

С. И. СОВОЛЕВСКИЙ

ХРЕСТОМАТИЯ

ПО
ЛАТИНСКОМУ
ЯЗЫКУ

ЧАСТЬ

I

УЧПЕДГИЗ—1938

ХРЕСТОМАТИЯ

ДЛЯ ПЕРЕВОДОВ

С ЛАТИНСКОГО ЯЗЫКА НА РУССКИЙ

СОСТАВИЛ
С. И. СОБОЛЕВСКИЙ

Ч А С Т Ь I

*Утверждено Всесоюзным Комитетом
по делам высшей школы при СНК СССР
в качестве учебного пособия для инсти-
тутов и факультетов иностранных
языков*

ГОСУДАРСТВЕННОЕ
УЧЕБНО-ПЕДАГОГИЧЕСКОЕ ИЗДАТЕЛЬСТВО
НАРКОМПРОСА РСФСР • МОСКВА • 1938

Цена 3 р. 45 к., переплет 1 р. 25 к.

Ответственный редактор *Л. Д. Тарасов*.
Наблюдал за изданием *Б. Е. Деген*.
Технич. редактор *Л. Н. Никольская*.
Корректор *С. И. Шталаов*.

Сдано в набор 28/VII 1938 г. Подписано
к печати 16/X 1938 г. Тираж 15000 экз.
Формат бумаги 60×92¹/₁₆.
Бумага Окуловской фабрики.
Печ. л. 18. Бум. л. 9. Уч.-авт. л. 21,49.
112600 печ. зн. в 1 бум. листе. У — 3.
Учпедгиз № 11005. Заказ № 445.

Леноблгорлит № 3869.

2-я тип. ОГИЗа РСФСР треста „Поли-
графкинга“ „Печатный Двор“ имени
А. М. Горького.
Ленинград, Гатчинская, 26.

ПРЕДИСЛОВИЕ.

При составлении латинской хрестоматии я держался следующих принципов:

1. Хрестоматию, как грамматику, я предназначаю преимущественно для высших учебных заведений.

2. Материал хрестоматии расположен в систематическом порядке применительно к моей грамматике и состоит из фраз, ведущих учащегося к чтению связного текста авторов. Хрестоматия мыслится мною как дополнение к грамматике: в грамматике примеры на правила синтаксиса переведены, чтобы учащийся видел, как должно переводить их; при переводе фраз хрестоматии на те же правила он должен приложить это знание. Числа в скобках при заголовках номеров хрестоматии указывают на параграфы грамматики.

3. Фразы взяты без изменения или с несущественными изменениями из древних авторов и отчасти из новых латинистов, писавших хорошим латинским языком (каковы Мурет, Ламбин, Эразм, Эрнести, Виттенбах, Фаччиолати, Форчеллини, О. Ян и др.), с обозначением автора и его сочинения. По мере расширения знаний учащихся, наряду с короткими фразами, приводятся фразы длинные, которые уже можно назвать отрывками текста автора; но они подобраны так, что содержат только тот грамматический материал, который уже известен учащемуся; в тех (немногих) случаях, где встречается грамматический факт, еще неизвестный учащемуся, преподаватель может дать соответствующее разъяснение. Так, незаметно учащийся перейдет к чтению цельного текста автора.

4. Ввиду этого в морфологической части все фразы наклоняемые имена содержат глагольные формы только в *praesens indicativi activi* и *passivi* (во всех лицах), *praesens infinitivi activi* и *passivi*, *praesens imperativi activi* и *passivi* (во 2-м лице), глаголов *esse* и всех спряжений; в виде вокабул даны формы: *fuisset, fuerunt, erat, erant, potest, possunt, vult, volunt*. Но зато уже в самом начале прохождения курса морфологии должны быть изучены обороты *accusativus cum infinitivo* и *nominativus cum infinitivo* (в простейших видах) и некоторые факты в употреблении падежей, или вполне тождественные с соответствующими фактами русского языка (например, винительный прямого дополнения, дательный косвенного дополнения, *accusativus temporis, ablativus instrumenti, genetivus subjectivus, genetivus possessivus, genetivus quantitatis*) или, хотя и несвойственные русскому языку, но очень понятные (например, двойной именительный

падеж, двойной винительный падеж объекта и предиката, *genetivus objectivus*, *dativus commodi*, *dativus possessivus*, *ablativus comparationis*); в других случаях употребление падежей при глаголах, несогласное с употреблением их при соответствующих русских глаголах, указывается в словаре.

5. Составители элементарных руководств по древним языкам обыкновенно наполняют их фразами или статьями собственного сочинения. Почти всегда этот материал никуда не годен ни по форме, ни по содержанию: почти всегда такие фразы и особенно статьи написаны плохим латинским языком; содержание тоже убогое. На эту тему есть очень интересная статья опытного педагога П. Д. Первова „Методологические наблюдения относительно латинских хрестоматий“ (в его книге „Очерки по методике преподавания латинского языка сравнительно с русским“, М. 1913, стр. 503—530). В этой статье он, между прочим, говорит следующее: „Содержательность фраз до последнего времени считалась в школьной практике излишней роскошью... Язык с первого же раза преподносился ученикам в виде какого-то мертвого и бесполезного материала, в виде вокабул и грамматических форм, а не в виде живой речи, имеющей реальное содержание и служащей для выражения мысли. Искусственно отнимая у обучения всякий интерес и делая его бесцельным в глазах ученика, этот неестественный прием имел много и других печальных последствий. Говорят, что хрестоматия не есть кодекс нравственных правил или свод научных данных, что она представляет только средство в возможно короткий срок ознакомить ученика с законами языка. Этим оправдывают пустоту фраз и всевозможные нелепости, в них заключающиеся. При таком взгляде предполагается, что внимание учеников будет сосредоточено на форме, что ученики и учитель не станут добиваться смысла, не станут вникать в содержание... Было бы очень желательно, чтобы каждая фраза давала знание или нравственный урок, но мы не решаемся пока ставить для сборников фраз такие требования. Дело в том, что употребляемые у нас сборники настолько неудовлетворительны, что простая содержательность фраз была бы уже огромным шагом вперед... В сборниках выдумывается огромная масса фантастических событий, невысказанных фактов, неверных действительности положений. Пехотинцы наши вечно сражаются, флот наш терпит оури, мы ежечасно только и делаем, что разоряем страны и избиваем жителей, наши полководцы вечно ободряют солдат, легионы строят вал, жители ловят пиратов и т. д. Сколько лжи и нелепостей вынесет ученик из этого фантастического калейдоскопа, если его не уверить, что все это пишется в книге нарочно, что все это — выдумки, что его дело заучивать формы, а не придирается к смыслу!“ В виде иллюстрации к словам Первова приведу пример такой „статьи“: „На Альпах расположены многие города. На Альпах местопребывание больших и мрачных туч. На Альпах есть гнезда многих птиц“ (П. Виноградъ, Начальный курс латинского языка, № 33). И это называется

статьей! Если подобные бессодержательные, а часто и совсем глупые фразы (вроде „в лесу нет статуй, а есть деревья“, „девушки любят кур“) были непригодны в прежнее время для детского возраста и губили классицизм, то они уже совсем немыслимы при преподавании древних языков взрослым людям.

6. На основании вышесказанного, я старался выбирать такие фразы, которые имеют законченный смысл, понятный учащимся, и содержат в себе какую-нибудь „мысль“ (а не простой набор слов), например, изречения, пословицы, исторические и культурно-исторические сведения: изучая грамматику, учащиеся попушно получают много сведений, касающихся мировоззрения древних, их быта и отчасти истории. Так как я предназначаю хрестоматию главным образом для высших учебных заведений, то я не избегал и таких фраз, где отражаются отрицательные стороны морали древних: от изучающих литературу древних нельзя скрывать и пороков их.

7. Большая часть фраз, как я сказал, взята из древних авторов (всего больше из Цицерона), что гарантирует чистоту латинского языка. Число фраз очень неравномерно на разные отделы грамматики. Это объясняется также тем, что фразы взяты из авторов: понятно, что факт языка, часто встречающийся у авторов, представлен у меня большим числом фраз, чем факт редкий; если бы я хотел сочинять фразы, то очень легко было бы соблюсти равномерность. Таким образом, неравномерность в значительной степени служит показателем большей или меньшей важности (т. е. употребительности) факта языка. Число фраз из авторов, конечно, легко можно увеличить: говоря словами Квинтилиана (3, 6, 62) „*scio, plura inventuros adhuc qui legere antiquos studiosius volent, sed, ne haec quoque excesserint modum, vereor*“. Но опытный педагог не сочтет недостатком большое количество материала, так как, при преподавании латинского языка по хрестоматии в течение нескольких лет, полезно каждый год переводить разные фразы; кроме того, преподаватель может выбирать подходящие к его вкусу и степени знаний учащихся. „*Facile remedium est ubertatis*“, говорит тот же Квинтилиан (2, 4, 6).

8. Я совершенно не сочувствую стремлению некоторых педагогов как можно скорее, до окончания курса грамматики, приниматься за чтение автора; такое чтение, при котором учащемуся представляется масса затруднений с формальной стороны, только может быть вредным и приучить его к переводу кое-как. Чтение автора должно быть сознательным: учащийся должен отдавать себе отчет, почему он переводит так, а не иначе. Для такого сознательного чтения необходимо знание полного курса грамматики с систематическими упражнениями, которые могут состоять только из фраз: так называемые „статьи“ (вроде приведенной мною об Альпах) состоят из набора фраз (даже есть для них термин: „фразо-статьи“). В конце 2-й части я поместил некоторое количество статей и стихотворений, также взятых из авторов, с законченным смыслом.

Quaerenti mihi multumquē et diu cogitanti, quam re possem prodesse quam plurimis, ne quando intermitterem consulere rei publicae, nulla major occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus (Cic. Divin. 2, 1,1). Quod enim munus rei-publicae afferre majus meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus juventutem? (Cic. Div. 2, 2,4). Исполняя этот долг, я поступаю подобно тому старцу, который *serit arbores, quae alteri saeculo prosient* (Caecilius Staius apud Cic. Senect. 24. Tusc. 1,31).

Знаю, что в моей работе найдется много недостатков: *edidi, quae potui, non ut volui, sed ut me temporis angustiae coegerunt* (Cic. De or. 3, 61, 228).

**ПОЛНЫЕ ЗАГЛАВИЯ ЦИТИРУЕМЫХ СОКРАЩЕННО ИЗДАНИИ
(КРОМЕ ОБЩЕИЗВЕСТНЫХ).**

- Bell.** = Bellaria juventutis scholasticae sive versiculi memoriales, ex poëtis antiquioribus et recentioribus, item grammaticorum libellis collecti etc. Accurante J. W. Heinckio. 1711.
- B., Bind.** = Novus thesaurus adagiorum latinorum. Von W. Binder. Stuttgart. 1861.
- Erasm.** = Desiderii Erasmi Roterodami colloquia familiaria et encomium moriae. Editio stereotypa. Tomus I, II. Lipsiae. Sumptibus Ottonis Holtze. 1872.
- Erasmi Adagia** = Des. Erasmi Roterodami adagiorum chiliades juxta locos communes digestae etc. Sumptibus haeredum Andree Wecheli. 1599.
- Ernesti** = Initia doctrinae solidioris. Auctore Io. Augusto Ernesti. Editio V. Lipsiae. 1776.
- Hb.** = Dictionary of quotations (classical). By Thomas Benfield Harbottle. London. 1902.
- Ht.** = Sententiarum liber. Collegit et disposuit Carolus Hartung. Berolini. 1872.
- K., King** = Classical and foreign quotations. By W. Francis H. King, M. A., Oxford. Third edition. London. 1904.
- Mureti Epist.** = M. Antonii Mureti epistolae. Editio stereotypa, Lipsiae. Sumptibus et typis Caroli Tauchnitii. 1838.
- Mureti Orat.** = M. Antonii Mureti orationes. Vol. I. II. Editio stereotypa. Lipsiae. Sumptibus et typis Caroli Tauchnitii. 1838.
- Oss., Ossude** = Flores latinae locutionis. Auctore P. L. Ossude. Paris. 1812.
- O., Otto** = Die Sprichwörter und sprichwörtlichen Redensarten der Römer. Gesammelt und erklärt von Dr. A. Otto. Leipzig. 1890.
- R., Riley** = A dictionary of latin and greek quotations, proverbs, maxims and mottos. Edited by H. T. Riley, M. A. London. 1914.
- W., Wuest.** = Promptuarium sententiarum ex veterum scriptorum Romanorum libris congegit E. F. Wuestemann. Editio altera. Curavit Mauricius Seyffertus. Nordhusae. 1864.

ПРЕДВАРИТЕЛЬНЫЕ СВЕДЕНИЯ.

Наиболее употребительные слова (предлоги, см. § 324—328).

est (он, она, оно) есть
sunt (они) суть
esse быть
fuit } (он, она, оно) был
erat } (была, было)
fuertunt } (они) были
erant }
potest (он, она, оно) может
possunt (они) могут
vult (он, она, оно) хочет
volunt (они) хотят
inquit, ait (он, она, оно) гово-
 рит, сказал
ajunt (они) говорят
qui который, кто
quod которое, что
quis кто?
quid что?
nemo никто
nihil, nil ничто
nullus никакой
ego я
tu ты
meus мой
tuus твой
suus свой
noster наш
vester ваш
hic здесь
ibi там
ubi где
tum, tunc тогда
quum когда
dum пока

nunc теперь
diu долго
nuper недавно
saepe часто
semper всегда
nunquam никогда
nonnunquam иногда
olim, quondam, aliquando неког-
 да, когда-то
ita, sic, tam так
ut как
quam как, чем
magis больше
plus больше
minus меньше
non, haud не
neque, nec и не
etiam даже, еще
quoque также
iam уже
ne-quidem даже не
et. ac, atque, que и
aut или
sed но
non solum — sed etiam не толь-
 ко — но и
autem, vero а, же
nam, enim потому что,
 • именно
quod, quia потому что
si если
nisi если не
etsi, quamquam хотя
itaque, igitur итак

УПРАЖНЕНИЯ В ЧТЕНИИ.

Ars	The-ā-trum	Germania
Vox	Ty-ran-nus	Britannia
A-er	Me-tal-lum	Aegyptus
Ro-sa	Ab-sur-dus	Gallia
Lu-na	Ef-fec-tus	Athēnae
Vi-num	Pro-jec-tus	Thebae
Ly-ra	Rha-psō-dus	Roma
Fi-gū-ra	Fic-ti-o	Tarentum
A-rē-na	Con-flic-tus	Sardinia
Co-rō-na	Sec-tor	Corinthus
Na-tū-ra	For-ma	Sparta
Mu-sl-ca	Di-sci-pli-na	Neapōlis
Ra-d'us	Phi-lo-sō-phus	
O-cū-lus	Col-lec-ti-o	Месяцы:
Nu-mē-rus	Col-le-gi-um	Januarius
Po-pū-lus	Hi-sto-ri-a	Februarius
Me-dī-cus	Fa-mi-li-a	Martius
Po-ē-ta	Ob-struc-ti-o	Aprilis
Se-nā-tus	Gram-ma-ti-ca	Majus
La-ti-nus	Pro-le-ta-ri-us	Junius
Scae-na	Con-sti-tu-ti-o	Julius
Prae-mi-um	U-ni-ver-si-tas	Augustus
Poe-na	In-tel-le-gen-ti-a	September
O-rā-tor	Si-mu-la-ti-o	October
Stel-la	De-mon-strati-o	November
Per-sō-na	In-ter-val-lum	December
Vic-tor	La-by-rin-thus	
Scho-la	E-mi-gra-ti-o	Боги:
Fa-bū-la	In-du-stri-a	Juppiter
Lit-tē-ra	A-ca-de-mi-a	Juno
Sta-tu-a		Neptūnus
Phy-si-ca		Apollo
Del-phi-nus	Страны и города:	Diāna
Fac-tum	Asia	Mars
Sec-ti-o	Africa	Venus
Nor-ma	Eurōpa	Mercurius
De-crē-tum	Italia	Minerva
Cir-cū-lus	Graecia	Ceres
Pro-gres-sus	Sicilia	Vulcānus
		Vesta

Писатели латинские:

Julius Caesar	Annaeus Seneca
Cornelius Nepos	Fabius Quintilianus
Sallustius Crispus	Plinius Secundus
Titus Livius	Petronius Arbiter
Justinus	Appulejus
Vellejus Paterculus	Plautus
Valerius Maximus	Publius Terentius Afer
Cornelius Tacitus	Publius Vergilius Maro
Curtius Rufus	Titus Lucretius Carus
Suetonius Tranquillus	Publius Ovidius Naso
Julius Florus	Quintus Valerius Catullus
Aurelius Victor	Quintus Horatius Flaccus
Eutropius	Albius Tibullus
Marcus Tullius Cicero	Sextus Propertius
Aulus Persius Flaccus	Gajus Valerius Flaccus
Decimus Junius Juvenalis	Claudius Claudianus
Silius Italicus	Decimus Magnus Ausonius
Marcus Annaeus Lucanus	

Писатели греческие:

Herodotus	Democritus	Archimedes
Thucydides	Socrates	Homerus
Xenophon	Plato	Hesiodus
Polybius	Aristoteles	Orpheus
Diodorus Siculus	Epicurus	Apollonius
Dionysius	Theophrastus	Tyrtaeus
Flavius Josephus	Antiphon	Theognis
Plutarchus	Andocides	Mimnermus
Flavius Arrianus	Lysias	Aesopus
Appianus	Isocrates	Archilochus
Dio Cassius	Isaeus	Sappho
Herodianus	Lycurgus	Anacreon
Claudius Aelianus	Demosthenes	Pindarus
Strabo	Aeschines	Aeschylus
Claudius Ptolemaeus	Hyperides	Sophocles
Pausanias	Dinarchus	Euripides
Heraclitus	Hippocrates	Aristophanes
Pythagoras	Euclides	Menander

Формы глагола в активе (без существительных).

1.

1. Vale. Vive valeque (Hor. Sat. 2, 5, 110).
2. Tace (Pl. Amph. 1, 3, 31 = 529).
3. Aut disce, aut discède (King 194).
4. Cogito, ergo sum (Cartesius = King 618).
5. Dum spiro, spero (Otto 329).
6. Si vales, bene est, ego valeo (Cic. Epist.).
7. *Dum vivis, sperare decet.*
8. Nihil semper floret (Cic. Phil. 11, 15, 39).
9. Vivere est cogitare (Cic. Tusc. 5, 38, 111).
10. Tacent, satis laudant (Ter. Eun. 3, 2, 23 = 476).
11. Quum tacent, clamant (Cic. Cat. 1, 8, 21).

Формы глагола в пассиве (без существительных).

2.

1. Mentiris nunc (Pl. Amph. 344).
2. Auscultare disce, si nescis loqui (Diehl, p. 150).
3. Nemo invitus audit, quum cogitur aut cibum sumere, aut vivere (Petron. 111).

ПЕРВОЕ СКЛОНЕНИЕ (§§ 30—32; 41—42).

Глаголы в активе.

3.

1. Epistolā non erubescit (Cic. Fam. 5, 12, 1).
2. Malā herbā cito crescit (Bind. 1758).
3. Fortunā caecā est (Cic. Lael. 15, 54).
4. Experiētiā docet (K. 739).
5. Naturā est semper invictā (Cic. Tusc. 5, 27, 78).
6. Haud semper errat famā (Tac. Agr. 9).
7. *Ibi semper est victoriā, ubi concordiā est* (Syr. 319).
8. *Nunquam securā est pravā conscientiā* (Appendix Syri sententiarum 14).
9. Laboriōsā vitā est rusticā (Pl. Vidul. 31).
10. Nocet saepe nimiā diligentiā (Plin. N. H. 35, 10, 80).
11. *Non est vivere, sed valere vitā* (Mart. 6, 70, 15).

12. Luxuriae filiã est inopiã.
13. Rarã est concordiã formae atque pudicitiae (Juv. 10, 297).
14. Nemo nimiae fortunae credere debet (Val. Max.).
15. Pecuniae imperare oportet, non servire (Sen. De mor, 58).
16. Non vitae, sed scholae discimus (Sen. Ep. 106, 12).
17. Vitã rusticã parsimoniae, diligentiae, justitiae magistrã est (Cic. Rosc. Am. 27, 75).

4.

1. Aquillam volare doces (Bind. 216).
2. Malo invidiam, quam misericordiam (Bind. 1776).
3. Misericordiã non causam, sed fortunam spectat (Sen. Clem. 2, 5, 1).
4. Vitam regit fortunã, non sapientiã (Cic. Tusc. 5, 9, 25).
5. Immodicã irã gignit insaniam (Sen. Ep. 18, 14).
6. Fortunam et laudare stultitiã, et vituperare superbiã est (Cic. Inv. 2, 59, 178).
7. Nemo patriam, quia magnã est, amat, sed quia suã (Sen. Ep. 66, 26).
8. Umbram suam metuit (Q. Cic. De petitione cons. 2, 9).
9. Amat victoriã curam (Erasm. 1, 39).
10. Occludere januam (Pl. Aul. 1, 2, 10=89).
11. Pecuniã non satiat avaritiam, sed irritat (Sen. De mor. 101).
12. Familiam curã (Dion. Cat. Sent. 15).
13. Pugnã pro patriã (Dion. Cat. Sent. 23).
14. Nullã avaritiã sine poenã est (Sen. Ep. 115, 16).
15. Vindictã nemo magis gaudet, quam femina (Juv. 13, 191).
16. Promittis ad cenam nec venis (Plin. Epist. 1, 15, 1).
17. Totam ignoras viam gloriae (Cic. Phil. 1, 14, 33).

5.

1. Aurorã Musis amicã (Bind. 297).
2. Aquillã non captat muscas (Bind. 213).
3. Divitiae pariunt curas (Bind. 824).
4. Tuas litteras exspecto (Cic. Att. 7, 21, 3).
5. *Lacrimis struit insidias, quum femina plorat* (Dion. Cat. Dist. 3, 20).
6. Litteras disce (Dion. Cat. Sent. 38).
7. Quis aut in victoriã, aut in fugã copias numerat? (Curt. 3, 11, 17).
8. Litterae varias formas habent (Lactant. 3, p. 146 Gersdorf).

Глаголы в пассиве.

6.

1. *Fortunã vitreã est: tum, quum splendet, frangitur* (Syr. 214).
2. Fortunã dicitur caecã (Cic. Phil. 13, 5, 10).
3. Pecuniã est ancilla, si scis uti; si nescis, domina (Appendix Syri 47).

4. Fortūnam tene: lubricā est nec invitā tenēri potest (Curt. 7, 8, 24).
5. Gloriam invidiā sequitur (Sall. Jug. 55, 3).
6. Avaritiā neque copiā neque inopiā minuitur (Sall. Cat. 11, 3).
7. *Perpetuo vincit, qui utitur clementiā* (Syr. 539).
8. *Rumplitur invidiā* (Mart. 9, 97, 1).
9. Rixatur de lanā caprinā (Hor. Epist. 1, 18, 15).
10. Vincere scis, victoriā uti nescis (Liv. 22, 51, 4).
11. Poētis mentiri licet (Plin. Epist. 6, 21, 6).
12. *Non datur ad Musas currere latā viā* (Prop. 4, 1, 14).

ВТОРОЕ СКЛОНЕНИЕ (§§ 33—45).

Существительные и прилагательные мужского рода на *-us*
(§§ 33—34; 41—42).

7.

1. *Etiam capillus unus habet umbram suam* (Syr. 183).
2. *Cautus enim metuit foveam lupus* (Hor. Epist. 1, 16, 50).
3. *Tranquillas etiam naufragus horret aquas* (Ov. Pont. 2, 7, 8).
4. *Semper avārus eget* (Hor. Epist. 1, 2, 56).
5. *Qui fruītur poenā, ferus est* (Claudian. Cons. Mall. Theod. 224).
6. Est profecto animi medicinā—philosophiā (Cic. Tusc. 3, 3, 6).
7. Tam deest avāro, quod habet, quam quod non habet (Syr. 684).
8. Fabulam surdo narras (Bind. 1060).
9. Apparet etiam caeco (Liv. 32, 34, 3).
10. Ludus animo debet aliquando dari (Phaedr. 3, 14, 12).
11. Asīne! (Ter. Ad. 935).
12. Amice, salve! (Ter. Eun. 560).
13. *Mule, nihil sentis!* (Catull. 83, 3).
14. Stulte, stude! (Sen. Apoc. 8).
15. Mane, mane, Charinel (Plaut. Merc. 2, 4, 6=928).
16. Bene vale, ocule mi! (Plaut. Curc. 1, 3, 47=203).
17. *Inimicus oculus esse vicini solet* (Syrus in Nisardi editione p. 783).

8.

1. Corvus oculum corvi non eruit (Greg. Tur. Hist. Fr. 5, 18, p. 211).
2. Inter dominum et servum nullā amicitia est (Curt. 7, 8, 28).
3. Delphinum natare doces (Bind. 735).
4. Lupus non mordet lupum (Bind. 1716).
5. **A.** Charinum video. Salve.—**B.** O salve, Pamphile! (Ter. Andr. 2, 1, 18=318).
6. Filium unicum adolescentulum habeo (Ter. Heaut. 1, 1, 41=93).
7. Fundum alienum arat (Plaut. Asin. 874).
8. *Avārum irratat, non satiat pecuniā* (Appendix Syri 48).
9. Dionysium jube salvare (Cic. Att. 4, 14, 2).

10. Aegyptum Nilus irrigat (Cic. N. D. 2, 52, 130).
11. *Amicum laedere ne joco quidem licet* (App. Syri 246).
12. Clavus clavo pellitur (Bind. 506).
13. Audaciā pro muro habetur (Sall. Cat. 58, 17).
14. Vivere, Lucili, militare est (Sen. Ep. 96, 3).

9.

1. Multi famam, conscientiam pauci verentur (Plin. Epist. 3, 20, 8).
2. Quod di dant, fero (Plaut. Aul. 88).
3. Mortui non dolent (Bind. 1899).
4. A. Oculi dolent. — B. Cur? — A. Quia fumus molestus est (Plaut. Most. 4, 2, 9=891).
5. Medici quoque saepe falluntur (Cic. N. D. 3, 6, 15).
6. *Lentā irā deorum est* (Juv. 13, 100).
7. Qui aequo animo malis immiscetur, malus est (Sen. De. mor. 75).
8. Multis fortunā parcit in poenam (Plin. N. H. 16, 1, 4).
9. *Non canimus surdis* (Verg. Ecl. 10, 8).
10. Bonis nocet, qui malis parcit (Sen. De. mor. 114).
11. Ignavis semper feīae (Bind. 1363).
12. *Cura pii dis sunt* (Ov. Met. 8, 724).
13. Placere tantum bonis studemus (Acolastus 49).
14. Malis displicere, laudari est (Sen. De. remed. Fort. 7, 1).
15. Boni improbis improbi bonis amici esse non possunt (Cic. Lael. 20, 74).

10.

1. *Secreto amicos admone, lauda palam* (App. Syri 103).
2. Fortunā, ut medicus ignarus, multos caecat (Chilo ap. Caecilium Balbum = Otto, p. 145).
3. *Quid fles et madidos lacrimis corrumpis ocellos?* (Ov. Am. 3, 6, 57).
4. De mortuis aut bene, aut nihil.
5. Philosophi in suis lectulis plerumque moriuntur (Cic. Fin. 2, 30, 97).

Существительные и прилагательные среднего рода на -um

(§§ 33—34; 41—42).

11.

1. Vitiōsum est ubique, quod nimium est (Sen. Tranq. 9, 6).
2. Vitium est ubique, quod nimium est (Quint. 8, 3, 42).
3. Et gaudium et solacium in litteris (Plin. Epist. 8, 19, 1).
4. Humānum amare est, humānum autem ignoscere est (Plaut. Merc. 2, 2, 48=319).
5. Si Graeco poetae credimus, aliquando et insanire jucundum est (Sen. Tranq. 17, 10).
6. Vacare culpā magnum est solacium (Cic. Fam. 7, 3, 4).

7. *Periculōsum est credēre et non credēre* (Phaedr. 3, 10, 1).
8. Irā — initium insaniae (Cic. Tusc. 4, 23, 52).
9. Nullā terrā exsilium est, sed altērā patriā est (Sen. De remed. fort. 8, 1).
10. De mortuis nil, nisi bonum.
11. Discēre non est vitiōsum, sed ignorare (Bind. 802).
12. Errare humānum est (King 667).
13. Mali corvi — malum ovum (Bind. 1772).
14. Ante portas est bellum (Liv. 3, 68, 7).
15. Divitiae bonum non sunt (Sen. Ep. 87, 28).
16. Mala gallinā — malum ovum (Riley 215).
17. *Satis est superare inimicum, nimium est perdere* (Syr. 675).

12.

1. Nervi belli — pecuniā infinitā (Cic. Phil. 5, 2, 5).
2. Saepe morā remedium est mali (Bind. 2995).
3. In Britannā nihil esse audio neque auri neque argenti (Cic. Fam. 7, 7, 1).
4. Iracundiā est inimicā consilio (Cic. Marcell. 3, 9).
5. Multum magnorum virorum iudicio credo (Sen. Ep. 45, 4).
6. *Amittit merito proprium, qui alienum appetit* (Phaedr. 1, 4, 1).
7. Animum debes mutare, non caelum (Sen. Ep. 28, 1).
8. *Semper plus metuit animus ignotum malum* (Syr. 644).
9. E terrā spectant naufragium (Bind. 913).
10. Irā impedit animi iudicium (Bind. 1567).
11. Qui dat mutuum, amicum vendit, inimicum emit (Bind. 2766).
12. Narra somnium (Acolast. 415).
13. Bellum cum captivis et feminis gerere non soleo (Curt. 4, 11, 17).

13.

1. *Avārus animus nullo satiatur lucro* (Sen. Ep. 94, 43).
2. Sapientiā vino obumbratur (Plin. N. H. 23, 23, 1).
3. Nemo sine vitio est (Sen. Contr. 2, 4, 4).
4. Parvo est naturā contentā (Cic. Fin. 2, 28, 91).
5. A puro purā defluit aquā (Bind. 14).
6. Ab ovo usque ad malā (Hor. Sat. 1, 3, 6).
7. Ferrum ferro acultur (Bind. 1126).
8. Oleo incendium restinguis (Bind. 2360).
9. Alienum noli concupiscere (Dion. Cato Sent. 54).
10. Saepe est etiam sub pallio sordido sapientiā (Caecilius apud Cic. Tusc. 3, 23, 56).
11. Malum malo sanat (Bind. 1781).
12. Lacrimo gaudio (Ter. Ad. 3, 3, 55=409).
13. Nihil recte sine exemplo docetur aut discitur (Colum. 11, 1=p. 419 Nisard).
14. Utitur consilio ne suorum quidem, sed suo (Cic. Fam. 4, 9, 2).
15. Venenum in auro bibitur (Sen. Thy. 453).

14.

1. Ex inimicitiiis jurgia, maledicta, contumeliae gignuntur (Cic. Lael. 21, 78).
2. *De linguā stultā veniunt incommōda multa* (Bind. 706).
3. *Nec viōlae semper nec semper lilia florent* (Ovid. A. A. 2, 115).
4. *Saepe solent auro multa subesse mala* (Tib. 1, 9, 18).
5. Dum fata sinunt, vivite laeti (Sen. Herc. F. 177).
6. Jucundā memoriā est praeteritorum malorum (Cic. Fin. 2, 32, 105).
7. Mala sunt vicīna bonis (Bind. 1000).
8. Mala multi probant, nemo improbat bona (Quint. 12, 10, 76).
9. Magna di curant, parva negligunt (Cic. N. D. 2, 66, 167).
10. Est proprium stultitiae aliorum vitia cernere, oblivisci suorum (Cic. Tusc. 3, 30, 73).
11. *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt* (Hor. Sat. 1, 2, 24).
12. Otia dant vitia (Otto 9).
13. Certa amittimus, dum incerta petimus (Plaut. Pseud. 685).
14. Nec unguenta, aurum et margaritas quaerunt in luto (0.202).
15. Ad mala facta malus socius socium trahit (Bind. 57).
16. Boni ad bonorum convivia ultro accedunt (Bind. 352).
17. *Credere nil vitium est, vitium est quoque credere cunctā* (Bind. 604).
18. Habent sua fata libelli (Terentianus Maurus, De literis etc. 1286 = Harbottle 78).
19. Prope oppidum castra ponit (Caes. B. C. 2, 26, 1).
20. Divitias putas aurum et argentum, ludibria fortunae (Sen. Contr. 2, 1, 1 = p. 153, 9).
21. Addis culpaе mendaciā (Ov. Fast. 2, 261).
22. Nihil perpetuum, paucā diuturnā sunt (Sen. Ad Polyb. 1, 1).

15.

1. Aliēnis malis torquēri aeternā miseriā est (Sen. Tranq. 15, 5).
2. *Vitiis nemo sine nascitur* (Hor. Sat. 1, 3, 68).
3. *Sero in periculis est consilium quaerere* (Syr. 673).
4. *Stultum est queri de adversis, ubi culpā est tuā* (Syr. 656).
5. Magnum est praesidium in periculis innocentia (Sen. Contr. 7, 1).
6. Cito exarescit lacrimā, praesertim in aliēnis malis (Cic. Part. or. 17, 57).
7. Verbis decōris vitia obvolvis (Hor. Sat. 2, 7, 42).
8. Consilia eventis ponderamus (Cic. Rab. 1, 1).

Существительные и прилагательные на -er (§§ 35—37; 43—45).

16.

1. Niger tanquam corvus (Petron. 43).
2. Puer, abige muscas (Cic. De or. 2, 60, 247).
3. Faber fabro inldet (O. 136).
4. Misērum noli irridere (Dion., Cat. Sent. 43).

5. Etiam sine magistro vitia discuntur (Sen. Natur. quaest. 3, 30, 8).
6. Puēri in scholis ludunt (Petron. 4).
7. *Cunctis janūā nostrā patet* (Tib. 1, 4, 78).
8. *Non ignārā mali, misēris succurrēre disco* (Verg. Aen. 1. 630).
9. Libros lege (Dion. Cat. Sent. 26).
10. *Libros, qui bēne discit, amat* (Bellaria 174).
11. *Misēros prudentiā primū relinquit* (Ov. Pont. 4, 12, 47).
12. *Tenēros anīmos aliēnā opprobriū saepe Absterrent vitiis* (Hor. Sat. 1, 4, 128).
13. Cum socēris genēri non lavantur (Cic. Off. 1, 35, 129).
14. Aliēnā vitia in oculis habēmus, a tergo nostrā sunt (Sen. Ira, 2, 28, 8).
15. Per aspēra ad astra! (Buechmann, p. 315).
16. Vitiis nostris in anīmum per oculos viā est (Quint. Decl. 1, 6).
17. An non pulchrum est imitari natūrā? (Erasm. 1, 268).
18. Pulchrum est diglto monstrari (Pers. 1, 28).
19. Malum est libēros amittēre (Cic. Fam. 4, 5, 3).
20. Nihil tam mortifērum ingeniis, quam luxuriā est (Sen. Contr. lib. 1, Prooem. 7 = p. 59 Kiessling).
21. Non magister ad discipulum debet venīre, sed discipulus ad magistrum (Jul. Capitolinus in vita Antonini Pii 10, 4).

Существительные на *-ir* (§ 36).

17.

1. O salve, bone vir! (Ter. Andr. 846).
2. Tuo viro oculi dolent (Ter. Phorm. 1053).
3. *Malo in consilio feminae vincunt viros* (Syr. 358).
4. Non cadit in virum bonum mentiri emolumentum sui causā (Cic. Off. 3, 20, 81).
5. Mollit viros otium (Sen. Contr. 10, 8 = p. 178,9).
6. *Saepe viri fallunt, tenērae non saepe puellae* (Ov. A. A. 3, 31).

ТРЕТЬЕ СКЛОНЕНИЕ (§§ 46—66).

Существительные мужского рода на *-o* (§ 58).

18.

1. Improbus est homo, qui beneficium scit accipere et reddere nescit (Plaut. Pers. 762).
2. *Contra verbosus noli contendere verbis:*
Sermo datur cunctis, animi sapientiam paucis (Dion. Cato, Dist. 1, 10).
3. Nemo, nisi vitio suo, miser est (Sen. Ep. 70, 15).
4. Nemo sine vitio est (Sen. Contr. 2, 4, 4 = p. 196, 10).
5. Nemo solus satis sapit (Pl. Mil. 3, 3, 12 = 885).
6. Nemo beneficia in calendario scribit (Sen. Ben. 1, 2, 3).
7. Nemo ditescit, nisi malo alterius (Bind. 2041).
8. Nemo nimiae fortunae credere debet (Val. Max.).

19.

1. Nullum sani hominis signum habet (Just.).
2. Nulli est homini perpetuum bonum (Pl. Curc. 1, 3, 33 = 189).
3. Docto homini et erudito vivere est cogitare (Cic. Tusc. 5, 38, 111).
4. Lupus est homo homini, non homo (Pl. Asin. 495).
5. Nemini nimium bene est (Diehl p. 97).
6. *Fortunã spondet multã multis, praestat nemini* (Carmina lat. epigraphica, 185).
7. Probus invidet nemini (Cic. Tim. 3, 9).
8. Homo locum ornat, non hominem locus (Comicorum fragm. Ribbeck p. 128).
9. Gratum hominem semper beneficium delectat, ingratum semel (Sen. Ben. 3, 173).
10. Neminem metuit innocens (Bind. 2035).
11. Hominem hominis incommodo suum commodum augere est contra naturam (Cic. Off. 3, 5, 21).
12. Hominem occidere non licet (Quint. Decl. 274 = p. 130 Lemaire).
13. Leonem mortuum et catuli mordent (Bind. 1644).
14. Cicero Platōnem philosophorum deum appellat (Manutius ad Cic. Cat. M., c. 13, p. 346).
15. *Venti rapido percurrunt turbine campos* (Lucret. 1, 273).

20.

1. Homines, dum docent, discunt (Sen. Ep. 7, 8).
2. Multa in vita falso homines opinantur (Cic. De domo 40, 105).
3. Cibus animi sunt boni pulchrique sermones (Athen. VI, p. 270 C).
4. Habentur plerumque sermones de domesticis negotiis (Cic. Off. 1, 37, 135).
5. Rumpit interdum, interdum moratur proposita hominum fortuna (Vell 2, 110, 1).
6. Animi hominum delectantur aut bono proprio, aut malo alieno (Bacon, Sermones fideles, p. 37).
7. Varia sunt hominum iudicia (Plon. Ep. 1, 2).
8. Magno malo est hominibus avaritia (Ad Herenn. 2, 37).
9. Non fortunae, sed hominibus soleo esse amicus (Nep. 25, 9, 5).
10. *Fata regunt homines* (Juv. 9, 30).
11. Delectant homines ludi (Cic. Mur. 19, 40).
12. Natura, non poena debet arcere homines ab injuria (Cic. Leg. 1, 14, 40).
13. Conciliant homines mala (Bind. 538).
14. Herodotus ait, multos quidem esse homines, at viros paucos (Desprez ad Hor. p. 324).
15. Ajunt, homines plus in alieno negotio videre, quam in suo (Sen. Ep. 109, 16).
16. Venis in locum, hominibus plenum, amicis vacuum (Sen. Ben. 6, 34, 4).

21.

1. Generōsos anīmos labor nutrit (Sen. Ep. 31, 4).
2. Timor non est diuturnus magister officii (Cic. Phil. 2, 36, 90).
3. Error a culpa vacat (Sen. Herc. Oet. 983).
4. Amor etiam deos tangit (Petr. 83).
5. Veniā dignus est humanus error (Liv.).
6. *Honestus rumor altērum est patrimonium* (Syr. 246).
7. Malus clandestinus est amor, damnus est merum (Plaut. Curc. 49).
8. Quid tumultuaris, soror? quid insānis? (Cic. Cael. 15, 36).

22.

1. Nemo parricidae aut proditoris supplicio misericordiā commovetur (Cic. Tusc. 4, 8, 18).
2. *Gaudia principium nostri sunt saepe doloris* (Ov. Met. 7, 796).
3. Homo nullius coloris (Pl. Pseud. 4, 7, 99 = 1196).
4. Dolōris medicinam a philosophia peto (Cic. Acad. 1, 3, 11).
5. Bono imperatōri haud magni fortunā momenti est; mens ratioque dominatur (Liv. 22, 25, 14).
6. *O formōse puer, nimium ne crede coloris* (Verg. Ecl. 2, 17).
7. Victōri magnum praemium est gloriā (Erasm. 1, 44).
8. *Irā odium genērat, concordiā nutrit amōrem* (Dion. Cat. Dist. 1, 36).
9. *Cantīcā gignit amor et amōrem cantīcā gignunt* (Anth. 277).
10. Pudōrem rubor, terrōrem pallor et tremor consequitur (Cic. Tusc. 4, 8, 19).
11. Dicebat, nullum dolōrem longum esse, qui magnus est (Sen. Ep. 30, 14).
12. Tuam vult sorōrem ducere uxōrem (Plaut. Trin. 444).
13. Vetti sorōrem habes in matrimonio (Cic. Verr. 3, 72, 168).
14. *Malae naturae nunquam doctōre indigent* (Syr. 362).
15. *Judicium rectum turbatur amōre puellae* (Bind. 1598).
16. *Scillcet insāno nemo in amōre videt* (Prop. 2, 14, 18).
17. Caecus non iudicat de colore (Riley 42).
18. Non semper viator a latrone, nonnunquam etiam latro a viatore occiditur (Cic. Mil. 21, 55).
19. *Sine amore jocosque nil est jucundum* (Hor. Epist. 1, 6, 65).

23.

1. *Fato junguntur, fato solvuntur amores* (Bind. 1104).
2. Nostrā malā non vidēmus; alii simul delinquunt, censōres sumus (Phaedr. 4, 10, 5).
3. Praeceptorum officium est docere (Quint. 2, 9, 3).

4. Non satis magnam homines tribuunt inventoribus gratiam (Cic. Fin. 4, 5, 13).
5. Qui dat beneficia, deos imitatur; qui repētit,—faeneratores (Sen. Ben. 3, 15).
6. Labōres pariunt honōres (Bind. 1615).
7. *Tristitiam vitaeque labōres*
Molli, Plance, mero (Hor. Carm. 1, 7, 18).
8. Discipūli praeceptōres et amant et reverentur (Quint. 2, 2, 8).
9. Magna negotia magnis adjutoribus egent (Vell. 2, 127, 2).
10. Dei bonā laboribus vendunt (Bind. 783).
11. Periculōsum est in tot humanis erroribus solā innocentia vivere (Liv. 2, 3, 4).

Существительные мужского рода на *-os* (§ 59).

24.

1. Eo labor impendi solet, unde emolumentum atque honos speratur (Liv. 4, 35, 7).
2. Aegyptiorum morem quis ignōrat? (Cic. Tusc. 5, 27, 78).
3. Puerum ingenuum decent ingenui mores (Erasm. 1, 35).
4. *Corrumpunt bonos mores colloquia mala* (K. 371).
5. *Nam serā nunquam est ad bonos mores viā* (Sen. Ag. 242).
6. Censōres mores popūli regunt (Cic. Leg. 3, 3, 7).
7. Scimus, nostris moribus saltare etiam in vitiis poni (Nep. 15, 1, 2).
8. Non fortunā homines aestimo, sed moribus (Macrobian. Sat. ap. Wuestemannum, p. 89).
9. Juvat novos decerpere flores (Lucret. 4, 3).
10. Falsum est, testamenta hominum speculum esse morum (Plin. Ep. 8, 18, 1).
11. Grammatici—custōdes Latini sermōnis (Sen. Ep. 95, 65).

Существительные на *-er* (§ 59).

25.

1. Salve, mi pater! (Ter. Hec. 455).
2. *In perpetuum, frater, ave atque vale* (Cat. 101, 10).
3. Fabulis non explētur venter (Erasm. 1, 202).
4. *Jam frater fratrem, jam fallit filiā matrem.*
Jam socius socium, jam fallit amicus amicum (Bell. 67).
5. Quintum fratrem cotidie exspectamus (Cic. Att. 1, 5, 8).
6. Stultum est pugnā aërem verberare (O. 5).
7. Ad patres.
8. In Britannia caelum crebris imbribus ac nebūlis foedum (Tac. Germ. 12, 7).

Существительные мужского рода на *-es* (§ 60).

26.

1. *Comes facundus in via pro vehicūlo est* (Syr. 113).
2. *Gaudii maeror comes* (Bind. 1233).
3. *Jactantiae comes invidiā* (Bind. 1580).
4. *In uno pede stare* (Hor. Sat. 1, 4, 10).
5. *Non procul a proprio stipite poma cadunt* (Bind. 2213).
6. *Plus audire, quam loqui, militem decet* (Amm. Marc. 21, 5, 2).
7. *Quod est ante pedes, nemo spectat; caeli scrutantur plagas* (Pacuv. ap. Cic. Reip. 1, 18, 30).
8. *Serā, tamen tactis poenā vēnit pedibus* (Tib. 1, 9, 4).
9. *Capiunt milites arma obviamque procedunt* (Lact. De mort. persec. c. 46).
10. *Pedes dolent* (Sen. Ep. 53, 6).

Существительные мужского рода на *-ex* и *-ix* (§ 60).

27.

1. *Nemo nascitur artifex* (Acolastus 439).
2. *Judicis est semper in causis verum sequi* (Cic. Off. 2, 14, 51).
3. *Vir bonus ponit personam amici, quum induit judicis* (Cic. Off. 3, 10, 43).
4. *Neque ingenium sine disciplinā, aut disciplinā sine ingenio perfectum artificem potest efficere* (Vitr. 1, 1, 3).
5. *Poetas Plato heroum filios et sapientiae patres ac duces vocat* (Mur. Or. XI = v. 2, p. 98).
6. *Suus rex reginae placet* (Plaut. Stich. 133).

Существительные женского рода на *-as* (§ 61).

28.

1. *Nullā certā felicitas est* (Hartung 78).
2. *Potestas non solum si invitāt, sed etiam si supplicat, cogit* (Macr. Sat. 2, 7, 2).
3. *Probitas laudatur et alget* (Juv. I, 74).
4. *Aliēnis delectari malis voluptas inhumānā* (Sen. Tranq. an. 15,5).
5. *Taciturnitas stulto homini pro sapientia est* (Syr. 683).
6. *Nimia securitas saepe in periculum homines ducit* (Phaedr. App. 16, 1).
7. *Nullā tempestas magnā perdurat* (Sen. N. Q. 7, 9, 3).
8. *Obsequium amicos veritas odium parit* (Ter. Andr. 1, 1, 41 = 68).
9. *Amicus Plato, sed magis amicā veritas* (King 108).
10. *In vino veritas* (King 1129).
11. *Veritas laborare potest, vinci non potest* (Otto 368).
12. *Volat aetas* (Cic. Tusc. 1, 31, 76).
13. *Cito pede labitur aetas* (Ov. A. A. 3, 65).

14. Copiā ciborum subtilitas anīmi impeditur (Sen. Ep. 15, 3).
15. Loquacitas raro caret mendacio (Bind. 1692).
16. *Formōsis levītas semper amīcā fuit* (Prop. 2, 16, 26).
17. Nemini inter homines probro debet esse paupertas (Ossude 152).
18. Paupertas si malum est, mendicus esse beātus nemo potest (Cic. Fin. 5, 28, 84).
19. *Jucundum nil est, nisi, quod rēflectit variētas* (Syr. 270).
20. Leoni praecipuā generositas tunc, quum colla armosque vestiunt jubae (Plin. N. H. 8, 17, 42).

29.

1. Vitia sua confitēri sanitatis indicium est (Sen. Ep. 53, 8).
2. Est natūrā hominum novitatis avidā (Plin. N. H. 12, 5, 11).
3. Crudelitātis mater avaritiā est (Quintil. 9, 3, 89).
4. Argumentum tempestātis nautae putant, quum multae transvolant stellae (Sen. N. Q. 1, 1, 12).
5. De sua potentia dimicant homines periculō civitatis (Cic. Att. 7, 3, 4).
6. Nihil parcere egestātis est initium (Rutil. Lup. 2,15 = p. 19, 13 Halm).
7. Cupiditāti nihil est satis, natūrae satis est etiam parum (Sen. Ad. Helv. 10, 11).
8. Fortunā, amīcā varietati, respuit constantiam (Cic. N. D. 2, 16, 43).
9. Nimiā fiduciā magnae calamitati solet esse (Nep. 16, 3, 1).
10. Nihil semper floret, aetas succēdit aetati (Cic. Phil. 11, 15, 39).
11. Necessitāti ne di quidem resistunt (Bind. 78).
12. *Effugere cupiditatem regnum est vincere* (Syr. 178).
13. *Post calamitatem memoriā aliā est calamitas* (Syr. 536).
14. Necessitatem ne dii quidem superant (Liv. 9, 4, 16).
15. Beneficium accipere libertatem est vendere (Syr. 58).
16. Veritatem laborare nimis saepe, ajunt, extinguere nunquam (Liv. 22, 39, 19).
17. Magno malo est hominibus avaritiā, idcirco quod homines magnis et multis incommōdis conflictantur propter immensam pecuniae cupiditatem (Ad Herenn. 2, 24, 37).
18. Auream mediocritatem diligit (Hor. Od. 2, 10, 5).
19. Libertatem nemo bonus, nisi cum anima simul, amittit (Sall. Cat. 33, 5).
20. Propter aetatem pedibus jam non valet (Nep. 19, 4, 1).
21. Felicitas homines stultos saepe ad improbitatem impellit (Herms, p. 119).

30.

1. Matrimonium tum perpetuum est, si mutuā voluntate jungitur (Quint. Decl. 376 = p. 488 Lemaire).

2. Gaudet naturā varietate (Varr. Sent. 66).
3. Ut ex studiis gaudium, sic studia hilaritate proveniunt (Plin. Ep. 8, 19, 2).
4. Diligentia plerumque minuatur diuturnitate (Caes. B. G. 8, 12, 1).
5. Formae dignitas aut morbo deflorescit, aut vetustate extinguitur (Ad Her. 4, 27, 37).
6. *Si modo verā fatēmur,*
Vulgus amicitias utilitate probat (Ov. Pont. 2, 3, 7).
7. Italia metallorum fertilitate nullis cedit terris (Plin. N. H. 3, 24, 138).
8. Nec civitati cum civitate, nec vicino cum vicino concordia est (Erasm. 2, p. 135).
9. Miseriae tolerantur, felicitate corrumpimur (Tac. Hist. 1, 15).
10. Malum est in necessitate vivere, sed in necessitate vivere necessitas nulla est (Sen. Ep. 12, 10).
11. Aestate pueri, si valent, satis discunt (Mart. 10, 62, 12).
12. Caesar flagrat, ardet cupiditate iusti et magni triumphii (Cic. Pis. 25, 59).
13. Plerumque in calamitate ex amicis inimici existunt (Caes. B. C. 3, 104, 1).
14. Accusatores multos esse in civitate, utile est (Cic. Rosc. Am. 20, 55).
15. Pro patria, pro libertate, pro vita certamus (Sall. Cat. 58).

31.

1. Magnas opportunitates habet amicitia (Cic. Lael. 6, 22).
2. Anatum ova gallinis saepe supponimus (Cic. N. D. 2, 48, 124).
3. Non modo simultates, sed bella quoque finiuntur (Liv. 40, 46, 10).
4. Sperne voluptates (Hor. Epist. 1, 2, 55).
5. Siciliae civitates multae sunt (Cic. Verr. 3, 73, 170).
6. Ex cupiditatibus odia, discidia, discordiae, seditiones, bella nascuntur (Cic. Fin. 2, 13, 44).

Существительные на *-is* (§ 62).

32.

1. Nunquam expleretur nec satiatur cupiditatis sitis (Cic. Parad. 1, 1, 6).
2. *Sed nimium propēras, et adhuc tuā messis in herba est* (Ov. Her. 16 (17), 263).
3. Amicus verus — rara avis (Bind. 159).
4. Amor tussisque non celatur (Bind. 165).
5. Anacreontis tota poesis est amatoria (Cic. Tusc. 4, 33, 71).
6. *Lis est cum formā magnā pudicitiae* (Ov. Her. 15 (16), 288).
7. *Grammatici certant, et adhuc sub iudice lis est* (Hor. A. P. 78).

33.

1. Tam placidum, quasi ovem, reddo (Ter. Ad. 4, 1, 18 = 534).
2. Ovem lupo committis (Ter. Eun. 5, 1, 16 = 832).
3. Alii sementem faciunt, alii metunt (Bind. 123).
4. Dormire in utramvis aurem (Ter. Heaut. 342).
5. Non vestem amatōres muliēris amant (Plaut. Most. 169).
6. Aliēnam messem metis (Sen. Ag. 250).
7. Ovum sine ave et avis sine ovo gigni non potest (Censorin. 4, 3).

34.

1. Aures hominum novitate laetantur (Plin. Ep. 8, 18, 12).
2. Multae regum aures et oculi (Bind. 1921).
3. Leōnum animi index cauda est, equorum aures (Plin. N. H. 8, § 49).
4. Apes non sunt solitariā naturā, ut aquillae, sed ut homines (Varro R. R. 3, 16, 4).
5. Alpes Italiam a Gallia sejungunt (Nep. 23, 3, 4).
6. Vera ornamenta matronarum pudicitia, non vestes (Justin. 20, 4, 12).
7. Oculis magis, quam auribus, credimus (Liv. 6, 26, 5).
8. Arrige aures, Pamphile (Ter. Andr. 933).
9. Aures veritati claudere (Cic. Lael. 24, 90).
10. Apes, ut ajunt, debemus imitari (Sen. Ep. 84, 2).
11. Lupos apud oves relinquis custodes (Pl. Pseud. 1, 2, 8 = 140).
12. Ut in grege pastor oves minus idoneas removere solet, sic saepe unus puer petulans atque impurus inquinat gregem puerorum (Varro apud Nonium p. 247 Lindsay).
13. Apes nascuntur ex apibus (Varro R. R. 3, 16, 4).

Существительные на *-es* равносложные (§ 62).

35.

1. Non habitant unā pudor et fames (Quint. Decl. 12, 8 = p. 269—270 Lemaire).
2. *Etiā stu'tis acuit ingenium fames* (Phaedr. App. 20, 7).
3. Cibi condimentum est fames (Cic. Fin. 2, 28, 90).
4. Vulpes pilum mutat, non mores (Suet. Vesp. 16).
5. Impendet fames, incendia, caedes (Cic. Dom. 10, 25).
6. Magnae indolis signum est sperare semper (Flor. 2, 18, 7).
7. Nihil cogitant, nisi caedem, nisi incendia, nisi rapinas (Cic. Catil. 2, 5, 10).
8. *Errat et in nulla sede moratur amor* (Ov. A. A. 3, 436).
9. Scythis plaustra sedes sunt (Sall. Hist. 3, 51).
10. Neque ex multa fame nimia satiētas, neque ex nimia satietate fames idonea est (Cels. 1, 3 = p. 16, 3).

Существительные на *-aus* (§ 61).

36.

1. Laus senectūtis est, quod voluptātes nullas magnopere desiderat (Cic. Sen. 13, 44).
2. Piā fraus (K. 2102).
3. Alii sunt veritātis cultōres, fraudis inimici (Cic. Off. 1, 30, 109).
4. Boni nullo emolumento impelluntur in fraudem, improbi saepe parvo (Cic. Mil. 12, 32).
5. Majoribus nostris praecipuam laudem gratiamque debemus (Cic. Leg. agr. 2, 4, 9).
6. Ex fraude, fallaciis, mendaciis constare totus videtur (Cic. Qu. Rosc. 7, 20).
7. *Dignum laude virum Musā vetat mori* (Hor. Od. 4, 8, 28).

Существительные женского рода на *-us* (§ 61).

37.

1. Virtus et conciliat amicitias et conservat (Cic. Lael. 27, 100).
2. Nihil virtus inexpertum omittit (Curt. 5, 9, 7).
3. Virtus solā neque datur dono neque accipitur (Sall. Jug. 85, 38).
4. Solā virtus praestāt gaudium perpetuum, securum (Sen. Ep. 27, 3).
5. Habet apud malos quoque multum auctoritatis virtus (Quint. Decl. 253 = p. 41 Lemaire).
6. Virtus nec eripi nec surripi potest unquam, neque incendio neque naufragio amittitur (Cic. Parad. 6, 51).
7. Magno ubique pretio virtus aestimatur (V. Max. 5, 4, 1).
8. *Nobilitas solā est atque unlcā virtus* (Juv. 8, 20).
9. Salus hominum non veritate solum, sed etiam famā nititur (Cic. Qu. fr. 1, 2, 2).
10. *Quam continuis et quantis longā senectus
Plenā malis!* (Juv. 10, 190).
11. Longis morbis senectus, acūtis adolescentiā magis patet (Cels. 2,1 = p. 28, 22).
12. *Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus* (Hor. Carm. 4, 4, 30).
13. Contemnit laudem virtus (Owen = Broeder p. 95).
14. Sus Minervam docet (Cic. Acad. 1, 5, 18).

38.

1. Magnā curā cibi — magnā virtūtis incuriā (Cato ap. Amm. Marc. 16, 5, 2).
2. Honos pretium virtūtis (Cic. Brut. 81, 281).
3. Gloriā umbrā virtūtis est (Sen. Ep. 79, 13).
4. Initium est salutis notitiā peccāti (Sen. Ep. 28, 9).
5. Nihil aliud est imperium, nisi curā salutis aliēnae (Amm. Marc. = Hart. 92).

6. Vestrae salutis causā suum pericūlum neglēgunt (Caes. B. G. 7, 77).
7. *Inviā virtūti nullā est viā* (Ov. Met. 14, 113).
8. Nil virtūti invium (Tac. Agr. 27).

39.

1. Gloriā virtūtem tanquam umbrā sequitur (Cic. Tusc. 1, 45, 109).
2. Ad virtūtem unā et arduā viā est (Sall. De rep. 2, 7, 9).
3. Qui virtūtem suam publicari vult, non virtūti labōrat, sed gloriae (Sen. Ep. 113, 32).
4. O homines ad servitūtem paratos! (Tac. Ann. 3, 65).
5. In fuga salutem sperare dementiā est (Sall. Cat. 58, 16).
6. Decimus Brutus salutem dicit Marco Cicerōni (Cic. Fam. 11, 26).
7. Pauci veniunt ad senectūtem (Cic. Senect. 19, 67).
8. Scaurus dicit, non minus magnam virtūtem esse scire dicere, quam scire desinere (Sen. Contr. 28, 17 = p. 437).
9. Ex aurea etiam sede in palūdem ranā resilit (Ostermann, Quinta 149).

40.

1. Magnos homines virtūte metimur, non fortunā (Nep. 18, 1, 1).
2. Non habet commercium cum virtūte voluptas (Cic. Sen. 12, 42).
3. Germāni reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt (Tac. Germ. 7, 1).
4. Cupio virtūte, non fraude vincere (Erasm. 1, 41).
5. *Divitiisne homines, an sunt virtūte beati?* (Hor. Serm. 2, 6, 74).

41.

1. Solae faciunt virtūtes beātum (Macr. in Somn. Scip. 1, 8, 3 = p. 506, 7).
2. Vitia sunt virtūtum contraria (Cic. Fin. 4, 24, 67).
3. Vicina sunt vitia virtutibus (O. 623).
4. Nostrorum hominum ingenia virtutesque soleo mirari (Cic. Tusc. 4, 1, 1).
5. Sues glande pascuntur (Cic. fragm.)

Существительные на -s с предшествующей согласной (§ 63).

42.

1. In civitatē libērā linguā mensque libērae esse debent (Suet. Tib. 28).
2. Raro simul hominibus bonā fortunā bonāque mens datur (Liv. 30, 42, 15).
3. *Consciā mens recti famae mendacia ridet* (Ov. F. 4, 311).

4. Mors malum non est (Sen. Ep. 123, 16).
5. In fugā foedā mors est, in victoriā—gloriōsā (Cic. Phil. 14, 12, 32).
6. Otium sine littēris mors est et hominis vivi sepultūrā (Sen. Ep. 82, 3).
7. Mors, quasi saxum Tantālo, semper impendet (Cic. Fin. 1, 18, 60).
8. Horae momento citā mors vēnit aut victoriā laetā (Hor. Sat. 1, 1, 8).
9. Mors est non esse (Sen. Ep. 54, 4).
10. Italiā pars Eurōpae est (Serv. ad V. Aen. 1, 2).
11. Magnā pars simultātum inter homines nascitur ex linguae intemperantiā (Erasm. 1, 244).
12. Nullā ars imitari sollertiam natūrae potest (Cic. N. D. 1, 33, 92).
13. Frons est anīmi januā (Qu. Cic. Epist. de pet. cons. 11, 44).
14. Adulescens, erras (Pl. Men. 1025).
15. *Ecce parens verus patriae* (Lucan. 9, 601).

43.

1. Stultitiā est timore mortis mori (Sen. Ep. 70, 8).
2. *Nesciā mens hominum fati sortisque futurae* (V. Aen. 10, 501).
3. Di sua templa atque urbis tecta defendunt (Cic. Catil. 2, 13, 29).

44.

1. Terror hominibus mentem consiliumque eripit et membra debilitat (B. Alex. 18, 2).
2. *Non metuit mortem, qui scit contemnere vitam* (Dion. Cat. 4, 22).
3. Metuunt homines mortem, ut pueri tenēbras (Bacon, Sermones fideles, p. 9).
4. Post mortem medicinā (K. 2498).
5. Ede, bibe, lude, post mortem nullā voluptas (B. 928).
6. *Et partem veri fabulā semper habet* (B. 2158).
7. Audi altēram partem (King. 184).
8. Rugis frontem senectus exarat (Hor. Epod. 8, 3).
9. *Tantae molis erat Romānam condere gentem* (Verg. Aen. 1, 33).
10. Eripere vitam nemo non homini potest; at nemo mortem (Sen. Phoen. 152).
11. Antonius mortem natūrae poenam putat esse (Cic. Phil. 11, 1, 3).
12. Procul ex oculis, procul ex mente.
13. Hostes in urbe sunt (Liv. 2, 15, 6).
14. Post mortem in morte nihil est mali (Plaut. Capt. 3, 5, 83=741).

45.

1. Honos alit artes (Cic. Tusc. 1, 2, 4).
2. Laus alit artes (Sen. Ep. 102, 16).

3. Scis bonas artes honōre nutriri (Symmach. Ep. 1, 79).
4. Acuunt ad bonas artes juventūtem praemia (Plin. Epist. 2, 7, 5).
5. Urbes constituit aetas, horā dissolvit (Sen. N. Q. 3, 27, 2).
6. *Magnae periclo sunt opes obnoxiae* (Pnaedr. 2, 7, 14).
7. *Nec paupertatem nec opes desidēro magnas* (B. 2018).
8. Stirpes e terra sucum trahunt (Cic. N. D. 2, 47, 120).
9. *Urbes mors violenta rapit* (Sannazarius. Eleg. 2, 9, 23 = Hb. 653).
10. Nimiae opes magnae jactūrae locum faciunt (Curt. 4, 11, 9).
11. *Non opibus mentes, hominum curaeque levantur* (Tib. 3, 3, 21).
12. Medici discunt periculis nostris et experimenta per mortes agunt (Plin. N. H. 29, § 18).
13. Parvulae serpentes non nocent; ferae etiam mansuescunt (Quint. Decl. 391 = p. 499 Lemaire).

Существительные на -x (§ 63).

46.

1. Paritur pax bello (Nep. 15, 5, 4).
2. *Pax decet almā hominem; gaudet ferā belluā bello* (Bell. p. 108).
3. Pigritia est nutrix egestatis (Sen.).
4. Nix alba est (Gell. 18, 13).
5. Est pecuniā effectrix multarum voluptatum (Cic. Fin. 2, 17, 55).

47.

1. *Pacem cum hominibus, bellum cum vitis habe* (Syr. App. 45).
2. Si vis pacem, para bellum (O. p. 54).
3. In pace leōnes, in proelio cervi (K. 110).
4. *Aurei secūrā cum pace renascitur aetas* (Calpurn. Ecl. 1, 42).
5. Cornix cornici oculos non effodit (Macrob. Sat. 7, 5, 2).
6. Conjūgem ama (Dion. Cato Sent. 20).
7. Post mediam noctem somnia vera (Hor. Sat. 1, 10, 33).
8. In nocte consilium (K. 1096).
9. *Consērit unus agrum, sed fruges demētit alter* (B. 554).
10. Quod spiratis, quod vocem mittitis, quod formas hominum habetis, indignantur (Liv. 4, 3, 8).
11. In cruce qui agit, beātus esse non potest (Cic. Fin. 5, 28, 84).
12. *Indicū tigris agit rabidā cum tigrīde pacem.*
Perpetuam (Juv. 15, 163).
13. Da nuces puēris (Catull. 59 (61), 124).
14. Eloquentiā pacis est comes otique sociā (Cic. Brut. 12, 45).
15. Convivium ad multam noctem vario sermone producimus (Cic. Senect. 14, 46).
16. Pernocant venatōres in nive (Cic. Tusc. 2, 17, 40).
17. Pervigilat noctes totas (Pl. Aul. 1, 1, 33 = 72).
18. *Ecce tacent voces hominum* (Petron. fr. 48, 11 ed. maj.).

48.

1. Mutum est picturā poēma (Riley, 243).
2. *Scribimus indocti doctique poemata passim* (Hor. Epist. 2, 1, 117).
3. Lac gallinaceum (Plin. N. H. Praef. 24).
4. Magnum vectigal est parsimoniā (Cic. Parad. 6, 3, 49).
5. Vir bonus est animal rarum (B. 3555).
6. Scythae lacte et melle vescuntur (Just. 2, 6).
7. A pedibus usque ad caput (Krebs-Schmalz, Antib. II, p. 268).
8. Non liberat diadēma capitis dolore (B. 2185).
9. Capite solo ex aqua exstant milites (Caes. B. G. 5, 18, 5).
10. A capite ad talos pulcher es (Acolastus, 546).
11. Homo cano capite atque albā barbā (Pl. Bacch. 5, 1, 15 = 1100).
12. Rhenus multis capitibus in Oceanum influit (Caes. B. G. 4, 10, 5).

Существительные среднего рода на *-e* (§ 64).

49.

1. Fidā terrā, infidum mare (B. 1141).
2. Mare Rubrum colore non abhorret a ceteris (Curt. 8, 9, 14).
3. Mare movetur ventis (Cic. Fragm. IV, 19 = p. 1059 Halm).
4. *In flammam flammās, in mare fundis aquas* (Ov. Am. 3, 2, 34).
5. Etiam nunc miserā timeo, ubi oculis intueor mare (Plaut. Rud. 449).
6. Stellae — terrae, maris, aquarum vaporibus aluntur (Cic. N. D. 2, 46, 118).
7. Mari aquam addere (B. 1798).

Существительные среднего рода на *-ar, -ur* (§ 64, 66).

50.

1. *Inmensum gloriā calcar habet* (Ov. Pont. 4, 2, 36).
2. Alter frenis eget, alter calcaribus (Cic. Att. 6, 1, 12).
3. *India mittit ebur* (V. Ge. 1, 57).

Существительные среднего рода на *-en* (§ 65).

51.

1. Vitiis nostris nomen virtutis imponimus (Sen. Ep. 92, 25).
2. *Qui debet, limen creditoris non amat* (Syr. 576).
3. Vitae limen initium mortis est (Sen. De rem. fort. 2, 6).
4. *Insānus medio flumine quaeris aquas* (Prop. 1, 9, 16).
5. *Flumine vicino stultus sitit* (Petron. fragm. 35, 5).
6. *Nec pleno flumine cernit aquas* (Ov. Tr. 5, 4, 10).
7. Quamdiu vivimus, in certamine sumus (Hieron. = O. 377).
8. Nemo sine crimine vivit (Dion. Cato 1, 5).
9. Quis est dignus nomine hominis? (Cic. Fin. 2, 34, 114).

52.

1. Nullis vitiis desunt pretiōsa nomina (Pl. N. H. 37, 3, 50).
2. Nomina honesta praetenduntur vitiis (Tac. Ann. 14, 21, 2).
3. Nomina sunt odiōsa.
4. *E rivo flumina magna facis* (Ov. Pont. 2, 5, 22).
5. *Opprīme, dum novā sunt, subīti malā semina morbi* (Ov. R. A. 81).
6. Carmina morte carent (Ov. Am. 1, 15, 32).
7. *In aeternam clauduntur lumina noctem* (Verg. Aen. 10, 746).
8. *Quum feriunt unum, non unum fulmina terrent* (Ov. Pont. 3, 2, 9).
9. *Mors etiam saxis nominibusque vēnit* (Auson. Ep. 35, 10).
10. Constat, Germaniam et Galliam et Italiam abundare rivis et fluminibus, quia caelo umīdo utuntur, et ne aestas quidem imbribus caret (Sen. N. Q. 3, 6, 2).

Существительные среднего рода на *-us* (gen. — *-eris*) (§ 66).

53.

1. Qui genus jactat suum, aliēnā laudat (Sen. H. F. 340).
2. *Et genus et formam regnā pecuniā donat* (Hor. Epist. 1, 6, 37).
3. *Artificem commendat opus* (B. 250).
4. Finis corōnat opus (K. 3046).
5. Misērum est opus fodere puteum, ubi sitis fauces tenet (Pl. Most. 380).
6. Nullum scelus defendo ac tego (Cic. Sulla 31, 86).
7. Procreare libēros lepīdum est opus (Pl. Mil. 3, 1, 88 = 682).
8. Onus est honos (Com. fragm. p. 125 Ribbeck).
9. *Vacuae carmina mentis ovis* (Ov. Her. 15; 14).

54.

1. Nunquam malum malo nec vulnus curatur vulnere (O. 341).
2. Nox placet sceleri (Sen. Contr. 7, 5 = p. 335, 13).
3. Horā nullā vacuā a furto, scelere, crudelitāte, flagitio reperitur (Cic. Verr. 1, 12, 34).

55.

1. Non diu latent scelera (Flor. 1, 36, 6).
2. Scelera plerāque ex cupiditāte nascuntur (Quint. Decl. 321 = p. 298 Lemaire).
3. *Navitā de ventis, de tauris narrat arātor;*
Enumērat miles vulnera, pastor oves (Prop. 2, 1, 43).
4. Hostium munera — non munera (B. 1346).
5. Munera etiam deos vincunt (Sen. N. Q. 4, 7, 1).
6. *Interdum lacrimae pondera vocis habent* (Ov. Pont. 3, 1, 158).
7. *Vivit post fūnera virtus* (K. 3115).
8. Munera placant hominesque deosque (Ov. A. A. 3, 653).
9. Scelerum conscientia exagitur (Sall. Hist. 1, 48, 7).
10. Dum aliēnis medēmur ulceribus, ulcera nostra cumulamus (O. 354).

56.

1. Praeteritum tempus nunquam revertitur (Cic. Sen. 19, 69).
2. *Tempus et hora volat* (Anth. 676, 10).
3. Perjurii poenā divinā — exitium, humanā — dedēcus (Cic. Leg. 2, 9, 22).
4. Nonne emōri per virtūtem praestat, quam vitam miseram atque inhonestam per dedēcus amittere? (Sall. Cat. 20, 9).
5. *Dedēcus est semper sumēre nilque dare* (Bell. p. 21).
6. Boni pastōris est tondere pecus, non deglubere (Suet. Tib. 32).
7. Scio, in discrimine esse vitam corpusque meum (Liv. 22, 59, 19).
3. Ut hominis decus ingenium, sic ingenii lumen est eloquentiā (Cic. Brut. 15, 59).

57.

1. Veritas — temporis filia (Gell. 12, 11, 7).
2. Infinita est velocitas temporis (Sen. Ep. 49, 2).
3. Tempori parce (Sen. Ep. 88, 39; 94, 28).
4. *Nunc animis opus, Aenēā, nunc pectore, firmo* (V. Aen. 6, 261).
5. *Ingenio plerumque caret, qui corpore praestat* (Bell. p. 60).
6. *Mens sana in corpore sano* (Juv. 10, 356).
7. Corporis voluptas non satis est digna hominis praestantia (Cic. Off. 1, 30, 106).
8. Febres aliae a calore incipiunt, aliae a frigore, aliae ab horrore (Cels. 3, 3 = p. 77, 21).
9. Animi voluptates et dolores nascuntur e corporis voluptatibus et doloribus (Cic. Fin. 1, 17, 55).
10. Saucii saepe homines, quum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt (Cic. Caecin. 15, 42).
11. Gellidus toto manat corpore sudor (V. Aen. 3, 175).
12. Nemo liber est, qui corpori servit (Sen. Ep. 92, 33).
13. *Ad nullum consurgit opus, quum corpore languet Mens* (Maximiani Eleg. 1, 125 = Poetae lat. min. v. 5, p. 322).
14. *Magnus Alexander corpore parvus erat* (Riley 215).

58.

1. O tempora, o mores! (Cic. Cat. 1, 1, 2).
2. *Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis* (Ov. F. 6, 771).
3. Historia — testis temporum, lux veritatis, vita memoriae, magistra vitae, nuntia vetustatis (Cic. De or. 2, 9, 36).
4. *Temporibus servire decet* (B. 606).
5. *Utēre temporibus* (Ov. Tr. 4, 3, 83).
6. Mala facinora conscientia flagellantur (Sen. Ep. 97, 15).
7. *Linque tuas sedes alienaque littora quaere* (Petron. fragm. 37 ed. maj.).

8. In Britannia est pecōrum magnus numērus (Caes. B. G. 5, 12, 3).
9. Somnus corpora, duris fessā ministeriis, mulcet repāratque labōri (Ov. Met. 11, 624).

Существительные среднего рода на *-us* (gen.—*-uris*).

59.

1. Jusjurandum serva (Dion. Cato Sent. 22).
2. Jus est in armis (Sen. H. F. 253).
3. *Laudo ruris amoeni rivos* (Hor. Epist. 1, 10, 6).
4. Habet rus amoenum et suburbānum (Cic. R. A. 46, 133).
5. Sunt et belli, sicut, pacis, jura (Liv. 5, 27, 6).
6. *Armāque in armātos sumēre jura sinunt* (Ov. A. A. 3, 492).
7. *Sunt supēris sua jura* (Ov. Met. 9, 500).

Винительный падеж на *-im* (§ 70).

60.

1. Socrātem audio dicentem cibi condimeñtum esse famem, potiōnis sitim (Cic. Fin. 2, 28, 90).
2. Cibus famem sedat, potio sitim exstinguit, vestis arcet frigus (Sen. Ep. 8, 5).
3. *Vina sitim minuunt animique doloribus obstant* (Bell. p. 166).
4. *Dumque sitim sedare cupit, sitis altērā crescit* (Ov. Met. 3, 415).
5. Vino levant curamque sitimque (Ov. Met. 12, 156).
6. *Ponto demergite puppim* (Ov. Her. 5, 119).
7. Gallī turrim constitui procul vident (Caes. B. G. 2, 30, 3).
8. In tua suburbāna villa malam pectōre expello tussim (Catull. 44, 7).
9. Vergilius „turrim“ dicit, non „turrem“, et „secūrim“, non „secūrem“ (Geil. 13, 21, 6).
10. Taurus excūtit cervice secūrim (Verg. Aen. 2, 224).

Творительный падеж на *-i* (§ 71).

61.

1. In mari aquam quaerit (B. 1445).
2. Peloponnēsus fere totā in mari est (Cic. Reip. 2, 4, 8).
3. Filias pater mari terrāque usquequāque quaeritat (Pl. Poen. 105).
4. Nobllis equus umbrā quoque virgae regitur, ignāvus ne calcāri quidem concitari potest (Curt. 7, 4, 18).
5. Sedēmus in puppi et clavum tenēmus (Cic. Fam. 9, 15, 3).
6. Bacchus e puppi pontum prospectat (Ov. Met. 3, 651).
7. Lictōres virgis caedunt proditōres securique feriunt (Liv. 2, 5, 8).
8. Jupplter ambrosiā satur est et nectāre vivit (Mart 11, 57, 3).

Именительный падеж множественного числа
существительных на *-ia* (§ 72).

62.

1. Maria vel a provinciis, vel ab insulis, vel a civitatibus nomen accipiunt (Serv. ad Aen. 3, 211).
2. Hominis utilitati agri et maria parent (Cic. Tusc. 1, 28, 69).
3. Maria montesque pollicetur (Sall. Cat. 23, 3).
4. Animalia sine nequitia, sine fraudibus degunt, fruuntur voluptatibus (Sen. Ep. 74, 15).
5. *Vina bibunt homines, animalia cetera — fontes* (B. 3539).
6. Gallinae avesque reliquae cubilia nidosque construunt (Cic. N. D. 2, 52, 129).
7. Valerius subdit calcaria equo et Tarquinium infesto spiculo petit (Liv. 2, 20, 2).

Родительный падеж множественного числа
существительных на *-ium* (§ 73).

63.

1. Hostium munera — non munera (B. 1246).
2. Referta Gallia negotiatorum est, plena civium Romanorum (Cic. Font. 5, 11).
3. Seditio civium hostium est occasio (Syr. 669).
4. Cerno animo miseros atque insepultos acervos civium (Cic. Catil. 4, 6).
5. Aedui bona civium Romanorum diripiunt, caedes faciunt, in servitum abstrahunt (Caes. B. G. 7, 42, 3).
6. Nostri partem navium depriment, nonnullas cum hominibus capiunt (Caes. B. C. 1, 58, 4).
7. Bibulus igne nautas dominosque navium interficit (Caes. B. C. 3, 8, 3).
8. O praeclarum custodem ovium, ut ajunt, lupum! (Cic. Phil. 3, 11, 27).
9. Plerisque litterarum ignavis libri non studiorum instrumenta sunt, sed aedium ornamenta (Sen. Tranqu. an. 9, 5).
10. Nocturnorum animalium, veluti felium, in tenebriis fulgent radiantque oculi (Plin. N. H. 11, 151).
11. Xenophanes ait, lunam esse terram multarum urbium et montium (Cic. Acad. 2, 39, 123).
12. Fames — artium magistra (B. 1094).
13. Galli spatia temporis numero noctium finiunt (Caes. B. C. 6, 18, 2).
14. Multa aranea imbrum signa sunt (Plin. N. H. 11, 84).
15. Corpora juvenum labore firmantur (Cic. Tusc. 2, 15, 36).
16. *Praeda canum lepus est* (Mart. 1, 22).
17. Aprum turba canum circumsona terret (Ov. Met. 4, 722).

Неправильно склоняющиеся существительные (§ 76).

64.

1. *Raro senex mutat sententiam* (B. 2925).
2. *Mors tam seni ante oculos debet esse, quam juveni* (Sen. Ep. 12, 6).
3. *Thesaurum in sepulcro ponit, qui senem heredem facit* (Syr. 682).
4. *Multa senem circumveniunt incommoda* (Hor. A. P. 169).
5. *Deliramus interdum senes* (Pl. Epid. 3, 3, 11 = 393).
6. *Ante barbam doces senes* (B. 186).
7. *Infantes sumus, et senes videmur* (Mart. 6, 70, 11).
8. *Juppiter ambrosiam satur est et nectare vivit* (Mart. 11, 57, 3).
9. *Quod licet Jovi, non licet bovi* (B. 2882).
10. *Ab Jove principium* (Al. 25).
11. *Procul a Jove, procul a fulmine* (Riley 345).
12. *Sua regina regi placet, Juno Jovi* (Riley 444).
13. *Da spatium vitae, multos da, Juppiter, annos* (Juv. 10, 188).

Неправильно склоняющиеся существительные. *Vis* (§ 76).

65.

1. *Magna vis est conscientiae, iudices* (Cic. Mil. 23, 61).
2. *Vis est permagna naturae* (Cic. Fin. 2, 9, 28).
3. *Vis violenta non est diuturna* (B. 3576).
4. *Contra vim mortis non est medicamen in hortis* (B. 103).
5. *Vim vi repellere licet* (B. 631).
6. *Ut immodica sitis aut inedia ingenii memoriaeque vim elidit in pueris ita cibus immodicus in pueris gignit ingenii stuporem, si credimus Aristoteli* (Erasm. 1, 328).
7. *Civitates ad vim atque ad arma confugiunt* (Cic. Verr. 1, 31, 78).
8. *Mare ventorum vi agitur atque turbatur* (Cic. Cluent. 49, 138).
9. *Dum vires annique sinunt, tolerate labores* (Ov. A. A. 2, 669).
10. *Denique non parvas animo dat gloria vires.*
Et fecunda facit pectora laudis amor (Ov. Tr. 5, 12, 37).
11. *Vanã sine viribus ira est* (Liv. 1, 10, 4).
12. *Est munus oratoris non ingenii solum, sed latèrum etiam et virium* (Cic. Senect. 9, 28).
13. *Non sunt in senectute vires? Ne postulatur quidem vires a senectute?* (Cic. Senect. 11, 34).
14. *Vino aluntur vires* (Plin. N. H. 23, 37).
15. *Aegrum corpus caret viribus* (Cic. Fin. 5, 17, 47).

Исключения по роду. Существительные женского рода по значению, с окончаниями мужского и среднего рода.

66.

1. *Xantippa et Tanquil — uxorum exempla malarum* (Bell. p. 175).
2. *Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres* (Ov. F. 1, 1, 704).

3. Sine Cerere et Libero friget Venus (Ter. Eun. 4, 5, 6 = 732).
4. Unā vir uxore et uno viro uxor esse contenta debet (Ernesti, Initia doct. sol. p. 498).
5. Neque maritus uxorem, neque uxor maritum deserere debet (Ernesti, Initia doct. sol. p. 498).
6. Tuam vult sororem ducere uxorem (Pl. Thin. 444).
7. Hodie uxorem ducis? (Ter. Andr. 321).
8. Erroris mater ignorantia est (Ernesti, Initia doct. sol. p. 443).
9. Bonae mentis soror est paupertas (Petron. 84).
10. Luxuria — inopiae mater (Acolastus, 1074).
11. Mulieres valde, intelligo, delectari obsequio et comitate adolescentis (Cic. Att. 6, 6, 1).
12. *Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo* (Anth. 15 = Apul. De deo Socrat. p. 136 Nisard).
13. Matrum in liberos, virorum in uxores scelera cernitis? (Cic. Scaur. 7, 13).

Исключения по роду. Существительные мужского рода по значению, с окончаниями среднего и женского рода.

67.

1. Aut Caesar, aut nihil (King. 23).
2. Caesar non supra grammaticos (Al. 26).
3. Vincere scis, Hannibal, victoria uti nescis (Liv. 22, 51).
4. Caesarem vehis Caesarisque fortunam (K. 239 = Plutarchi Jul. Caesar, c. 38).
5. Fur furem cognoscit, lupus lupum (B. 1219).
6. Tenete furem (Erasm. 1, 310).
7. In aedibus sunt fures (Pl. Pseud. 895).
8. Amici — fures temporis (B. 148).
9. Parentes ama (Dion. Cat. Sent. 2).
10. Decet verecundum esse adolescentem (Pl. Asin. 5, 1, 6 = 833).
11. Princeps, qui delatores non castigat, irritat (Suet. Dom. 9, 3).
12. Saluta, mi Alexander, parentes tuos, tum etiam alterum patrem tuum: ita enim praeceptorem voco (Mur. Epist. p. 321).
13. Adolescentes senum praeceptis gaudent (Cic. Senect. 8, 26).

Исключения по роду. Слова на -o (§ 77). С определением или сказуемым прилагательным.

68.

1. *Habet suum venenum blandā oratio* (Syr. 243).
2. Nihil magis facit iracundos, quam educatio mollis et blandā (Sen. Ira 2, 21, 6).
3. Falsā suspitione ducitur (Nep. 10, 10, 1).

4. Habet praeteriti dolōris securā recordatio delectationem (Cic. Fam. 5, 12, 4).
5. Cato — virtūtum vivā imāgo (Sen. Tranq. 16, 1).
6. Libērae sunt nostrae cogitationes (Cic. Mil. 29, 79).
7. Morborum infinitā est multitudo (Plin. N. H. 7, 51, 172).
8. Serā post damnationem innocentiae defensio est (Quint. Decl. 732 = p. 480 Lemaire).
9. Hominis est propria veri inquisitio atque investigatio (Cic. Off. 1, 4, 13).
10. Nullā regi gloriā est ex saeva animadversione (Sen).
11. Nihil aequae sanitatem impedit quam remediorum crebrā mutatio (Sen. Ep. 2, 3).
12. Repetitio est mater studiorum (Al. 708).
13. Non multum oportet consilio credere, quia suam habet fortunā rationem (Petron. 82).
14. Punctum est, quod magnitudinem nullam habet (Cic. Acad. 2, 36, 116).
15. *Quod latet, ignōtum est: ignōti nullā cupido* (Ov. A. A. 3, 397).
16. Nihil aequae accelerat senectūtem, quam immodicae atque intempestivae comotationes, impotentes amores mulierum et salacitas immoderata (Erasm. 1, 248).
17. In Britannia hominum est infinitā multitudo (Caes. B. G. 5, 12, 3).
18. *Et sequor imperium, magne Cupido, tuum* (Petron. Fragm. 48, 14 ed. maj.).
19. Nullā lassitudo impedire officium debet (Cic. Fam. 12, 25, 6).
20. Eurōpae loca multae incolunt nationes (Varr. L. L. 5, 5, 32).
21. Hostes ex oppido legiones educunt suas, nimis pulchris armis praeditas (Plaut. Amph. 217).
22. Lunā varias lucis mutationes habet (Cic. N. D. 2, 40, 103).
23. Ubi sunt superbae Carthaginis alta moenia? (Val. Max. 5, 6, ext. 4).
24. Nasctur in Britannia plumbum album in mediterraneis regionibus, in maritimis ferrum (Caes. B. G. 5, 12, 4).
25. Unde subito tanta mutatio? (Cic. Phil. 1, 13, 33).
26. Versantur in animo meo multae cogitationes (Cic. Leg. agr. 2, 2, 5).
27. Divitias alii praepōnunt, bonam alii valetudinem, alii potentiam, alii honores, multi etiam voluptates (Cic. Lael. 6, 20).

Исключения по роду. Слова на *-or* (§ 78).

69.

1. Quid? tu ignōras, arbōres magnas diu crescere, unā horā extirpari? (Curt. 7, 8, 14).
2. Horti sunt multarum arbōrum umbrā et proceritate amoeni (Curt. 5, 1, 32).

3. Procēras dejicit arbōres procellā (Riley 524).
4. Nunc meum cor cumulat irā (Caecilius ap. Cic. Cael. 16, 37 = 64 Diehl).
5. Specūlum cordis hominum verba sunt (Cassiod. Var. 6, 9 = O.257).
6. *Qui procul ex oculis, procul est a limine cordis* (Bind. 2795).
7. In melle sunt linguae sitae vestrae atque orationes; facta atque corda in felle sunt sita atque acerbo acēto (Plaut. Truc. 178).

Исключения по роду. Слова на -os (§ 79).

70.

1. Omnes uno ore consentiunt (Cic. Lael. 23, 86).
2. Mel in ore, verba lactis,
Fel in corde, fraus in factis (King. 1516).
3. Ossa ac pellis totus est (Plaut. Aul. 564).
4. Ingrātā patriā, ne ossa quidem meā habes (Val. Max. 5, 3, 2).
5. *Os — oris loquitur, sed os — ossis roditur ore* (Bell. 104).
6. *Ingenii dotes corpōris adde bonis* (Bell. 60).

Исключения по роду. Слова на -er (§ 80).

71.

1. Et longum est iter et non tutum (Cic. Fam. 14, 12).
2. Nostris civibus patet ad cetēras iter civitatēs (Cic. Balb. 12, 29).
3. *Magnum iter ascendo* (Prop. 4, 10, 3).
4. Ignōras verum iter gloriae (Cic. Phil. 1, 14, 33).
5. Caesar magnis itineribus in Italiam contendit (Caes. B. G. 1, 10, 3).
6. *Veris praenuntiā venit hirundo* (Ov. F. 2, 853).
7. Virorum cadavera supinā fluitant, feminarum — pronā (Plin. N. H. 7, 77).
8. Domitōres equorum non verbera solum adhibent, sed cibum etiam saepe subtrahunt (Cic. Hortens. fragm. 84 Klotz).

Исключения по роду. Слова на -es (§ 81).

72.

1. *Aliēnum aes homini ingenuo acerbā est servitūs* (Syr. 11).
2. Aes quoque ac ferrum rubigo consumit (Hieron. Ep. 98, 19 = O.135).
3. Comes aeris aliēni atque litis est miserīa (Plin. N. H. 7, 119).
4. Metallis plumbi, ferri, aeris, argenti, auri totā ferme Hispaniā scatet (Plin. N. H. 3, 30).
5. *Nam diuturnā quies vitiis alimenta ministrat* (Dion. Cato, Dist. 1, 2).
6. *Vires instigat alitque tempestivā quies* (Stat. Silv. 4, 4, 33).
7. *Durā quies oculos et ferreus urget*

Somnus; in aeternam clauduntur lumina noctem (V. Aen. 10, 745).

8. Caesar intelligit, mortem aut necessitatem naturae, aut laborum ac miseriarum quietem esse (Cic. Catil. 4, 4, 7).
9. Multae cogitationes animo meo nullam partem neque diurnae neque nocturnae quietis impertiunt (Cic. Leg. agr. 2, 2, 5),
10. Nullam virtus aliam mercēdem laborum periculorumque desiderat, praeter mercēdem laudis et gloriae (Cic. Arch. 11, 28).
11. Segētes fecundae non solum fruges, verum herbas etiam effundunt inimicas frugibus (Cic. Orat. 15, 48).
12. Flavā seges altis spicis tremit (Sen. Oed. 50).

Исключения по роду. Слова на *-ex* (§ 82).

73.

1. Diligēre parentes primā naturae lex est (Val. Max. 5, 4, 7).
2. Durā lex, sed lex.
3. Nullā lex scelus impērat (Sen. Controv. 6, 2 = p. 284, 3).
4. *Quid leges sine moribus Vanae proficiunt?* (Hor. Od. 3, 24, 35).
5. Vitiorum emendatricem legem esse oportet commendatricemque virtutum (Cic. Leg. 1, 22, 58).
6. *Desine, Paule, meum lacrimis urgere sepulcrum: Panditur ad nullas januā nigrā preces* (Prop. 5, 11, 1).

Исключения по роду. Слова на *-as* (§ 83).

74.

1. Malum vas non frangitur (Bind. 1783).
2. Jube vasa pura adornari (Plaut. Amph. 946).
3. Assem aerarium nemini debeo (Petron. 57).
4. Quod non opus est, asse carum est (Sen. Ep. 94, 27).

Исключения по роду. Слова на *-is* (§ 84).

75.

1. A recta conscientia transversum unguem non oportet discedere (Cic. Att. 13, 20, 4).
2. *Frigidus, o pueri, fugite hinc, latet anguis in herba* (Verg. Ecl. 3, 93).
3. Parvus ignis incendium exsuscltat (Liv. 21, 3, 6).
4. Mali principii malus finis (Riley 217).
5. *Pugnā suum finem, quum jacet hostis, habet* (Ov. Tr. 5, 3, 35).
6. Toto terrarum orbe infāmis Punica calliditas (Val. Max. 7, 4, 4).
7. *A cane non magno saepe tenetur aper* (Ov. Rem. 422).
8. *Grandibus exigui sunt pisces piscibus esca* (Bell. p. 50).
9. Fames malum panem tenerum reddit (Sen. Ep. 123, 2).

10. Magnam vim possidet paternus maternusque sanguis (Cic. Rosc. Am. 24, 66).
11. Sanguinem nostrum sitit (Cic. Phil. 5, 7, 20).
12. Apertos Bacchus amat colles (Verg. Ge. 2, 112).

76.

1. Finis coronat opus (K. 3046).
2. *Opēri victoriā finis* (Ov. Met. 6, 82).
3. Neque habet plus sapientiae, quam lapis (Pl. Mil. 236).
4. Quid stas, lapis? (Ter. Heaut. 831).
5. *Jucundā maculā est ex inimici sanguine* (Syr. 305).
6. Ex ungue leonem (K. 737).
7. A capillis usque ad unguēs (Bind. 4).
8. *Ex igne ut fumus, sic famā ex crimine surgit* (Anth. 716, 14).
9. Ignis non exstinguitur igne (Bind. 1368).
10. *Amōri finem tempus, non animus facit* (Syr. 42).
11. Aquā et panis—vitā canis (Bind. 207).
12. Panem, ut dicitur, ostendit, lapidem tenet (Hieron. Ep. 48, 13 = O.186).
13. *Guttā cavat lapidem* (Ov. Pont. 4, 10, 5).
14. *Cinēri gloriā sero vēnit* (Mart. 1, 21, 8).
15. *Et tepidi finem tempora veris habent* (Ov. F. 5, 602).
16. Capiο fustem, obtrunco gallum (Pl. Aul. 3, 4, 10 = 469).
17. *Poma dat autumnus; formosā est messibus aestas; Ver praebet flores; igne levatur hiems* (Ov. Rem. 1, 187).
18. *Mense malas Majo nubere, vulgus ait* (Ov. F. 5, 490).
19. Guttam haud habeo sanguinis (Pl. Most. 2, 2, 77 = 508).
20. Canem catenā trahit (Petron. 95).

Исключения по роду. Существительные мужеского рода по значению с окончанием -is.

77.

1. Civis Romanus sum (Cic. Verr. 5, 62, 162).
2. Inimico testi credi non oportet (Cic. Font. 12, 26).
3. *Satis est hostem superare, nimium est perdere* (Syr. 675).
4. Apud bonum iudicem argumenta plus, quam testes valent (Cic. Reip. 1, 38, 59).
5. Hostes prope muros castra habent (Cic. Inv. 2, 42, 123).
6. Jam ad vallum castrorum hostes accedere audent (Caes. B. C. 3, 17, 6).
7. Ne hostes quidem sepulturā invident (Tac. Ann. 1, 22, 9).
8. Potest testibus iudex non credere (Cic. Font. 10, 21).

Исключения по роду. Слова на -ns (§ 85).

78.

1. Magnos montes promittit (Pers. 3, 65).
2. Argenti montes habet Aetnā mons non aequē altos (Plaut. Mil. 1065).

3. *Cur in amicorum vitis tam cernis acūtum, Quam aut aquilā aut serpens Epidaurius?* (Hor. Sat. 1, 3, 26).
4. *Jam dente minus mordeor invidio* (Hor. C. 4, 3, 16).
5. Dentes adversi acuti dividunt escas, intima autem conficiunt (Cic. N. D. 2, 54, 134).
6. In colle fons aquae magnus erat (Sall. Jug. 98, 3).
7. Fons urbe tota nullus est (Bell. Alex. 5).
8. Modo non montes auri pollicentur (Ter. Phorm. 1, 2, 18 = 68).
9. Maria montesque pollicentur (Sall. Cat. 23, 3).
10. Si turbidae et nebulosae aquae fluunt, non est alvei culpa, sed fontis (Hieron. Ep. 48, 15 = O.140).
11. *Vina bibunt homines, animalia cetera — fontes* (B. 3539).

Исключения по роду. Слова на -l (§ 86).

79.

1. Salem et caseum edit (B. 3007).
2. *Nulla venustas, Nulla in tam magno est corpore mica salis* (Catull. 86, 3).
3. Sol omnibus lucet (Petron. 100).
4. Sol cuncta sua luce lustrat et complet (Cic. Reip. 6, 17, 17).
5. Si deos imitaris, da et ingratis beneficia: nam et sceleratis sol oritur, et piratis patent maria (Sen. Ben. 4, 26).
6. Solem Persae unum deum esse credunt (Justin. 1, 10, 4).
7. Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt (Cic. Lael. 13, 47).
8. Obscuratur et offunditur luce solis lumen lucernae (Cic. Fin. 3, 14, 45).
9. Solis defectioes itemque lunae praedicuntur in multos annos (Cic. N. D. 2, 6, 17).
10. Nihil sub sole novum (K. 145).

Исключения по роду. Слова на -us (gen. *oris, eris, uris*) (§ 87).

80.

1. Elephantus non capit murem (Riley 99).
2. Quasi mures, semper edimus alienum cibum (Pl. Capt. 1, 1, 9).
3. In praetoriis leones, in castris lepores (Sidon. Epist. 5,7).
4. Dehisce, tellus (Sen. Phaedr. 1238. Ov. Met. 1, 545).
5. Neque enim homines murum aut fornicarum causa frumentum condunt, sed conjugum et liberorum et familiarum suarum (Cic. N. D. 2, 63, 157).
6. Sine Cerere et Libero friget Venus (Ter. Eun. 4, 5, 6 = 732).
7. *Est rosa flos Venereis* (Poetae latini min. VII, p. 125 Lemaire).
8. *In Venere semper certat dolor et gaudium* (Syr. 298).
9. Magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murum (Sen. Ep. 90, 16).
10. Mus syllaba est; mus autem caseum rodit: syllaba ergo caseum rodit (Sen. Ep. 48, 6).

81.

1. *Fas est privata odia publicis utilitatibus remittere* (Tac. Ann. 1, 10).
2. *Fas est et ab hoste doceri* (Ov. Met. 4, 428).
3. *Britanni leporem et gallinam et anserem gustare fas non putant* (Caes. B. G. 5, 12, 6).

Прилагательные третьего склонения трех окончаний (§ 89).

82.

1. *Mali culices ranaeque palustres*
Avertunt somnos (Hor. Sat. 1, 5, 14).
2. *Terrestri itinere frumentum advehitur* (Tac. Ann. 4, 35).
3. **A.** *Pedes advenis, an eques?*—**B.** *Partim pedestri itinere, partim vehiculo, partim equo, partim navigio* (Erasm. 1, 10).
4. *Galli ad campestris munitiones accedunt* (Caes. B. G. 7, 81, 1).
5. *Bacae cupressi colliguntur mense Januario et Majo et Septembri* (Plin. N. H. 16, 115).
6. *Millites clamorem alacres gaudio repente tollunt* (Liv. 44, 11, 9).
7. *Hannibalis miles alacer animis corporibusque arma capit* (Liv. 21, 55, 1).
8. *Nihil tam volucre est, quam maledictum* (Cic. Planc. 23, 57).
9. *Scilicet aut magni monumenta revolvo Galeni,*
Aut medicam celebres audio in arte viros.
Saepe etiam montes vagus et loca sola pererro
Multaque cum libris arboribusque loquor (Io. Posthius-Deutsche Lyriker, ed. Ellinger, p. 21).

Прилагательные третьего склонения двух окончаний (§ 90).

83.

1. *Vita brevis est, ars longa* (Hippocr. ap. Sen. De brev. vit. 1, 1).
2. *Irā furor brevis est* (Hor. Ep. 2, 2, 62).
3. *Bona et suavis uxor rara avis est* (Sen. Fragm. 56).
4. *Gravis ira regum est semper* (Sen. Med. 494).
5. *Dulcis est libertas* (Phaedr. 3, 7, 1).
6. *In Venere semper dulcis est dementia* (Syr. 306).
7. *Non est vir fortis ac strenuus, qui laborem fugit* (Sen. Ep. 22, 7).
8. *Non est ad astra mollis e terris via* (Sen. H. F. 437).
9. *Hominum generi universo cultura agrorum est salutaria* (Cic. Sen. 16, 56).
10. *Malis artibus popularis favor quaeritur* (Sen. Ep. 29, 11).
11. *Heu, quam difficilis gloriae custodia est!* (Syr. 233).
12. *Levis est consolatio ex miseria aliorum* (Cic. Fam. 6, 3, 4).
13. *Levis est dolor, qui capere consilium potest* (Sen. Med. 155).

14. Pronus semper muliēbris in iras est animus (Sen.).
15. Comis et blandā salutatio saepe conciliat amicitiam, inimicitiam diluit, certe mutuam benevolentiam alit augetque (Erasm. 1, p. 1).
16. *Utlis es nulli cunctis ingrātā senectus* (Anth. 929).
17. Inānis verborum torrens (Quint. 10, 7, 23).
18. Ut ager, quamvis fertillis, sine culturā fructuōsus esse non potest, sic sine doctrīna animus (Cic. Tusc. 2, 5, 13).
19. Senectus insanabilis morbus est. (Sen. Ep. 108, 28).
20. Nullus contra fortunā inexpugnabilis murus est (Sen. Ep. 74, 19).
21. Nimis otiosā vitā utllis non est, quia potest incidere labōris necessitas (Cels. 1, 3 = p. 16, 13).
22. Diurnā virtutis simulatio difficilis (Cic. Att. 7, 1, 6).

84.

1. Omnis instabilis et incertā felicitas est (Sen. Controv. 1, 3 = p. 69, 2).
2. Omnis necessitas gravis (Sen. Ben. 3, 19, 4).
3. Omnis ars naturae imitatio est (Sen. Ep. 65, 3).
4. Non omnis aetas ludo convenit (Pl. Bacch. 129).
5. Omnis poenā non tam ad delictum pertinet, quam ad exemplum (Quint. Decl. 274 = p. 133 Lemaire).
6. *Insānus omnis furere credit cetēros* (Syrus, p. 783 Nisard).
7. *Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbor* (V. Ecl. 3, 56).
8. *Scriptorum chorus omnis amat nemus et fugit urbem* (Hor. Ep. 2, 2, 77).
9. *Verba dat omnis amor* (Ov. R. A. 95).
10. Omnis immodicus dolor turpis est et a viro alienus ([Cic.] Or. ad. pop. § 43 = Nobbe, p. 1348).
11. Omnis servitus est misera (Cic. Phil. 3, 5, 12).

85.

1. *Difficile est longum subito deponere amorem* (Catull. 76, 13).
2. Naturam mutare difficile est (Sen. Ira 2, 20, 2).
3. Prodesse difficile, nocere facile est (Quint. 8, 5, 6).
4. *Difficile est assuetam relinquere* (B. 772).
5. *Difficile est satiram non scribere* (Juv. 1, 30).
6. *Fallere difficile est inimicum. At amicum amicum Fallere non magno, Cyrne, labore potest* (Mureti Var. Lect. 9 = p. 130 Teubn.).
7. Affirmare de altero difficile est (Cic. Phil. 13, 19, 43).
8. *Dulce est desipere in loco* (Hor. Carm. 4, 12, 28).
9. *Dulce et decorum est pro patria mori* (Hor. Carm. 3, 2, 13).
10. Contemptor animus et superbia — commune nobilitatis malum (Sall. Jug. 64, 1).
11. Commune periculum concordiam parit (Riley 53).
12. O nomen dulce libertatis! (Cic. Verr. 5, 62, 163).

13. Dulcis amor patriae, dulce est vidēre suos (Riley 92).
14. *Principium dulce est, at finis amōris amārus* (Bell. 115).
15. Nihil est tam mobilē, quam feminarum voluntas (Sen. De rem. fort. 16, 3).
16. *Sors tuā mortālis; non est mortāle, quod optas* (Ov. M. 2, 56).
17. In bello nihil leve est (Liv. 25, 15, 1).
18. Non ovum tam simile ovo (Quint. 5, 11, 30).
19. Nihil est tam populāre, quam bonitas (Cic. Lig. 12, 37).
20. Est non modo liberāle paulum nonnunquam de suo jure decedēre, sed interdum etiam fructuōsum (Cic. Off. 2, 18, 64).
21. Vile est, quod licet (Petron. 93).
22. *Formā bonum fragīle est* (Ov. A. A. 2, 113).
23. Vūlgus ad clementiam suāpte naturā proclive (Amm. Marc. 19, 10, 3).
24. *Sed fūgit interea, fūgit irreparabilē tempus* (V. Georg. 3, 284).
25. Turpe est mutare sententiam, sed veram et rectam: nam stultam noxiamve et laudabile et salūbre est (Augustin. Ep. 210).
26. Sine pennis volare haud facile est (Pl. Poen. 4, 2, 49 = 871).
27. Nihil est tam miserabile, quam ex beāto miser (Cic. Part. or. 17, 57).
28. Frigus intolerabile est corpori nudo (Sen. Ep. 90, 16).

86.

1. Non habet omne, quod licet, voluptātem (Quint. Decl. 306 = p. 230 Lemaire).
2. Quod tuum est, meum est; omnē meum est autem tuum (Pl. Trin. 329).
3. *Delicias habet omne suas et gaudia tempus* (Bell. 22).
4. Omne vivum ex ovo (K. 1902).
5. Omne simile claudicat (K. 1829).
6. Omne, quod carum est, plus appetitur (Hieron. Ep. 146, 2 = O. 294).
7. Omne principium grave (B. 2374).
8. *Quum caput aegrōtat, corpus simul omne labōrat* (B. 641).
9. Fortunāto omne solum patriā est (Riley 131).
10. Omne animal terrestre alget, esūrit, sitit (Sen. Ep. 113, 21).

87.

1. Nullum pericūlum commūnis salutis causā recūso (Caes. B. G. 7, 2, 1).
2. Jurare, nisi ubi necesse est, gravi viro parum convēnit (Quint. 9, 2, 98).
3. *Omne solum forti patriā est, ut piscibus aequor* (Ov. F. 1, 493).
4. *Nocte latent mendae, vitioque ignoscitur omni* (Ov. A. A. 1, 249).
5. Omni aetāti mors est commūnis (Cic. Sen. 19, 68).
6. Nominativus et vocativus pluralis primae declinationis similis est genetivo et dativo singulari (Prisc. 7, 3, 9 = p. 732).

7. Nullā ars tam necessariā est omni genēri hominum, quam medicinā (Quint. Decl. 268 = p. 101 Lemaire).

88.

1. *Difficilem habere oportet aurem ad crimina* (Syr. 153).
2. *Ebrietas in proelia trudit inermem* (Hor. Ep. 1, 5, 16).
3. *Mors honestā saepe vitam quoque turpem exornat* (Cic. Quinct. 15, 49).
4. Vocālis ante vocālem brevis est.
5. Insignem felicitātem comitari solet invidiā: mediocritas tutā est (Erasm. 1, p. 244).
6. Ut Ixion in fabulis pro Junōne nubem, ita hodie magnā pars hominum pro eloquentia amplectitur inānem loquacitatem (Mureti Or. 6 = v. II, p. 56).
7. Virgīnem habeo grandem (Pl. Aul. 2, 2, 14 = 191).
8. *Misce stultitiam consiliis brevem:*
Dulce est desipere in loco (Hor. Carm. 4, 12, 27).
9. Omnem consolatiōnem vincit dolor (Cic. Att. 12, 14, 3).
10. Sol mundum omnem suā luce complet (Cic. N. D. 2, 46, 119).
11. Non veri simile dicis (Ter. Hec. 140).
12. Jam vero vidētis, nihil esse morti tam simile, quam somnum (Cic. Sen. 22, 80).
13. *Auri caecus amor ducit in omne nefas* (Rut. Nam. 1, 358 = Poet. lat. min. v. 5, p. 17).
14. Omne vitium ebrietas et incendit et detegit; non facit ebrietas vitia, sed protrahit (Sen. Ep. 83, 19, 20).
15. *Vires vitāque corpus meum nunc deserit omne* (Enn. ap. Cic. Div. 1, 20, 40 = Diehl p. 18).

89.

1. *Durā tamen molli saxā cavantur aquā* (Ov. A. A. 1, 476).
2. *Impiā sub dulci melle venenā latent* (Ov. Am. 1, 8, 104).
3. *Difficile est tristi fingere mente jocum* (Tib. 3, 6, 34).
4. Famā tanti facinōris per omnem Africā brevi divulgatur (Sall. Jug. 13, 1).
5. Tam levi momento famā pendet (Liv. 2, 7, 10).
6. Simile gaudet simili (Riley 431).
7. *Vincuntur molli pectōra durā prece* (Tib. 3, 4, 76).
8. Principium est discordiae ex commūni facere proprium (Hart. 233).
9. Plumbum gestare videor in pectōre: adeo gravi intus pondere torqueor (Acolastus 1126).
10. Reges spirant aere cum canibus commūni (Erasm. 1, 306).
11. Neque ex nimio labōre subitum otium, neque ex nimio otio subitus labor sine gravi noxa est (Cels. 1, 3 = p. 16, 8).
12. Apud Plautum non raro senes de aetate sua, ut de gravi ac ponderoso onere loquuntur (Mureti Var. Lect. 28 = p. 155 Teubn.).

13. Incredibili sum sollicitudīne de tua valetudīne (Cic. Fam. 16, 15, 1).
14. *Nihil est ab omni parte beātum* (Hor. C. 2, 16, 27).
15. In omni proelio non tam multitūdo et virtus indoctā, quam ars et exercitium solent praestare victoriam (Veget. 1, 1).

90.

1. Amicitiae immortāles, mortales inimicitiae debent esse (Liv. 40, 46, 12).
2. Sunt di immortāles lenti quidem, sed certi vindices genēris humani (Sen. Controv. 10, praef. 6 = p. 462, 6).
3. Superbiae crudelitatiq̄ue, etsi serae, non leves tamen veniunt poenae (Liv. 3, 56, 7).
4. Artes liberāles.
5. Cari sunt parentes, cari libēri, propinqui, familiāres (Cic. Off. 1, 17, 57).
6. Apud Herodōtum, patrem historiae, sunt innumerabiles fabūlae (Cic. Leg. 1, 1, 5).
7. Sunt morōsi et iracundi et difficīles senes (Cic. Sen. 18, 65).
8. *Obsequio dulces retinentur amīci* (Dion. Cato 1, 34).
9. Non semper similes parentibus libēri nascuntur (Calpurn. Declam. 2 = p. 523 Lemaire).
10. Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloriā (Cic. Tusc. 1, 2, 4).
11. *Fortūnae filius! Omnes clamant* (Hor. Sat. 2, 6, 49).
12. Omnes trahimur et ducimur ad cognitiōnis et scientiae cupiditatem (Cic. Off. 1, 6, 18).
13. Ad nova omnes concurrunt (B. 60).
14. Omnes Boeōti magis firmitati corpōris, quam ingenii acuminī serviunt (Nep. 7, 11, 3).
15. *Carne ferae sedant jejuniā, nec tamen omnes* (Ov. Met. 15, 83).

91.

1. Similia delectant (Sen. Ep. 109, 10).
2. Neminem excelsi ingenii virum humilia delectant et sordīda (Sen. Ep. 39, 2).
3. *Si vox est, canta; si mollia brachia, salta* (Ov. A. A. 1, 595).
4. *Tristia saepe latent sub dulci melle venēna* (Bell. 160).
5. *Scillcet interdum miscentur tristia laetis* (Ov. F. 6, 463).
6. Naturalia non sunt turpia (King. 1614).
7. *Turpia corrumpunt tenēras spectacūla mentes* (B. 3371).
8. *Tempora sunt vitae, sunt tristia tempora mortis* (Anth. 676, 9).
9. *Ne contemne casas et pastoralia tecta* (Calpurn. Ecl. 2, 60).
10. Omnia in omnibus vitia sunt, sed non omnia in singulis exstant (Sen. Ben. 4, 27, 3).
11. Non omnia in omnibus locis nascuntur (Pl. N. H. 16, 31, 134).

12. Sunt omnia facilia naturae (Sen. N. Q. 3, 30, 1).
13. *Inopiae desunt multā, avaritiae omnia* (Syr. 267).
14. *Fata regunt orbem; certā stant omnia lege* (Manil. Astr. 4, 14).
15. *Vanitatum vanitas; omnia sunt vana;
Nil sub sole stabile
In vita humana* (Hymnus medii aevi).
16. Omnia praeclara rara (Cic. Lael. 21, 79).
17. Amicorum sunt communia omnia (Cic. Off. 1, 16, 51).
18. Castis omnia casta (B. 452).
19. Pecuniae obediunt omnia (B. 2519).
20. Ex avaritia omnia scelera ac maleficia gignuntur (Cic. R. A. 27, 75).

92.

1. Sunt molles in calamitate mortalium animi (Tac. Ann. 4, 68).
2. Cuncta mortalium incerta (Tac. Ann. 1, 72).
3. Mortale est omne mortalium bonum (Sen. Ep. 98, 9).

93.

1. Causa calamitatum omnium nimia felicitas (Flor. 2, 13, 8).
2. Terra communis mater est omnium mortalium (Liv. 1, 56, 12).
3. Pietas fundamentum est omnium virtutum (Cic. Planc. 12, 29).
4. Iustitia omnium est domina et regina virtutum (Cic. Off. 3, 6, 28).
5. Omnium malorum stultitia est mater (Ad Herenn. 2, 22, 54).
6. Voluptati indulgere initium omnium malorum est (Sen. Ep. 110, 10).
7. Domina omnium et regina—ratio (Cic. Tusc. 2, 21, 47).
8. Pauptas—omnium artium repertrix (Apul. De mag. 18 = O.269).
9. Radix omnium malorum—avaritia (Hieron, Ep. 12,6 = O.51).
10. Consensio omnium gentium est lex naturae (Cic. Tusc. 1, 13, 30).
11. Desidia est initium omnium vitiorum (Berger, Phras. p. 142).
12. Jovem unum omnium deorum et hominum regem esse, omnes docti indoctique consentiunt (Cic. Reip. 1, 36, 56).
13. Pecunia omnium dignitatem exaequat (Cic. Att. 4, 15, 7).
14. Imprimis avaritiam fuge, malorum omnium originem atque fundamentum (Poggio).

94.

1. *O Fortūnā, viris invldā fortibus!
Quam non aequa bonis
Praemia dividis!* (Sen. H. F. 525).

2. *Currit mortalibus aevum* (Sil. It. 15, 63).
3. *Panis erat primis virides mortalibus herbae* (Ov. F. 4, 393).
4. *Naturā quidem omnibus novitatis incrementis adversā nobilitas* (Quint. Decl. 3, 18 = p. 62 Lemaire).
5. *Non omnibus unum est, quod placet* (Petron. Fragm. 35).
6. *Utrumque vitium est—et omnibus credere, et nūm* (Sen. Ep. 3, 4).
7. *Ingrātus unus omnibus misēris nocet* (Syr. 274).
8. *Patet omnibus honoris et gloriae campus* (Plin. Paneg. 70, 8).
9. *Ne Jupplter quidem omnibus placet* (B. 1999).
10. *Breve et irreparabile tempus
Omnibus est vitae* (V. Aen. 10, 467).
11. *Sol omnibus lucet* (Petron. 100).
12. *Nullā lex satis commōdā omnibus est* (Liv. 34, 3, 5).
13. *Mare quidem commūne certum est omnibus* (Pl. Rud. 975).

95.

1. *Ignis aurum probat, miserā—fortes viros* (Sen. Prov. 5, 9).
2. *Fortūnā fortes metuit, ignāvōs premit* (Sen. Med. 159).
3. *Fortes fortūnā adjūvat* (Liv. 34, 37, 4).
4. *Necessitūdo etiam timidos fortes facit* (Sall. Cat. 58, 19).
5. *Non oportet immortāles esse inimicitias* (Quint. Decl. 257 = p. 57 Lemaire).
6. *Deos esse et non neglegere humanā, fremunt, et superbiae crudelitāque, etsi seras, non leves tamen venire poenas* (Liv. 3, 56, 7).
7. *Ne medicīnā quidem morbos insanabiles vincit; tamen adhibetur aliis in remedium, aliis in levamentum* (Sen. Ep. 94, 24).
8. *Heu, fuge crudēles terras, fuge litus avārum* (V. Aen. 3, 44).
9. *Mortāles laetos vinum facit atque facētos* (B. 1896).
10. *Servos fidēles liberalitās facit.*
11. *Aratōres agros latos ac fertiles desērunt* (Cic. Verr. 3, 51, 120).
12. *Cannenses campos acervi Romanorum corpōrum tegunt* (Liv. 22, 59, 8).
13. *Sed omnes unā manet nox* (Hor. C. 1, 28, 15).
14. *Paupertas artes omnes perdōcet* (Pl. Stich. 2, 1, 24 = 178).
15. *Omnes humanos sanat medicīnā dolōres;
Solus amor morbi non amat artificem* (Prop. 2, 1, 57).
16. *Omnes adhibet machinas* (B. 2383).
17. *Non in omnes omnia conveniunt* (Cic. R. Aam. 42, 122).
18. *Omnes perturbationes anīmi morbos philosophi appellant* (Cic. Tusc. 3, 4, 9).
19. *Quam iniqui sunt patres in omnes adolescentes iudices* (Ter. Heaut. 213).

96.

1. *Cuncta imperia crudelia magis acerba, quam diuturna, arbitror* (Sall. Caes. De rep. ord. 1, 3).

2. Obmutescit inter militaria signa libertas (Sen. = H. 102).
3. Epicurei contendunt, deos nihil mortalia curare (Acolastus 713).
4. Quí habet vitium unum, habet omnia (Sen. Ben. 5, 15, 1).
5. Avaritia omnia vitia habet (Cato ap. Gell. 11, 2, 2).
6. Omnia vincit amor (V. Ecl. 10, 69).
7. Frustra mala omnia ad crimen fortūnae relegamus (Quint. 6, 1, 13).
8. Omnia habet, qui nihil concupiscit (Val. Max. 4, 4 prooem.).
9. Omnia mors aequat (Claud. Rapt. Pros. 2, 302).
10. Vitium est omnia credere, vitium nihil credere (Ps. Sen. de mor. 77).
11. Labor omnia vincit impröbus (V. Georg. 1, 145).
12. Non omnia possumus omnes (V. Ecl. 8, 63).
13. Nemo omnia potest scire (Varr. R. R. 2, 1, 2).
14. Omnia tempus revēlat (Tertull. = O. 343).
15. Multi multä sciunt, nemo omnia (B. 1925).
16. *Fata manent omnes, omnes exspectat avārus
Portitor, et turbae vix satis unā ratis.
Tendimus huc omnes, metam properamus ad unam,
Omnia sub leges mors vocat atrā suas* (Cons. ad Liviam 357).

97.

1. Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur (Sall. Cat. 52, 29).
2. Vescimur bestiis et terrēnis et aquatilibus et volatilibus (Cic. N. D. 2, 151).
3. Fortes creantur fortibus et bonis (Hor. C. 4, 4, 29).
4. Nemo mortalium omnibus horis sapit (Plin. N. H. 7, 40, 131).
5. Difficile est modum tenere in omnibus (O. 226).
6. Nec enim possunt omnia esse in omnibus hominibus (O. 254).
7. Ex omnibus civitatibus viā est in nostram (Cic. Balb. 12, 29).

Прилагательные третьего склонения одного окончания (§ 91).

98.

1. Lacerat animum et premit frequens meritorum commemoratio (Sen. Ben. 2, 11, 1).
2. Nemo nascitur dives (Sen. Ep. 20, 13).
3. Dives est, qui sapiens est (Hor. Sat. 1, 3, 124).
4. *Formōsā es, fateor, dives, generōsā, venustā* (Anth. 446).
5. *Ex vitio alterius sapiens emendat suum* (Syr. 174).
6. Homo sapiens sermonibus malignis non attendit (Plin. Ep. 7, 26).
7. Non semper temeritas est felix (Liv. 28, 42, 7).
8. Nemo malus — felix (Juv. 4, 8).

9. Demens est, qui perstat in errore (Sen. Ben. 4, 36, 3).
10. *Uno namque modo vina Venusque nocent:
Multos caecus amor cogit secretā fateri;
Arcānum demens detēgit ebrietas* (Anth. 535 Meyer).
11. Mundus est ingens deorum omnium templum (Sen. Ep. 90, 28).
12. Vincit malos pertinax bonitas (Sen. Ben. 7, 31, 1).
13. Nihil est tam fallax, quam vitā humanā, nihil tam insidiōsum (Sen. Ad Marc. 22, 3).
14. Dissolvit protinus legem iudex misericors (Syr. = H. 152).
15. Victoriā naturā insōlens et superbā est (Cic. Marc. 3, 9).
16. Veritatis simplex oratio est (Sen. Ep. 49, 12).
17. Impūdens est, qui pro beneficio non gratiam, verum mercēdem postulat (Cic. Inv. 2, 39, 115).
18. Vetus sententiā est, artes honōre nutriri (Symmach. Ep. 1, 43).
19. Semper boni assidue domini villā totā locūples est, abundat porco, haedo, agno, gallinā, lacte, caseo, melle (Cic. Sen. 16, 56).

99.

1. Magnas inter opes inops (Hor. C. 3, 16, 28).
2. *Femīnā naturā varium et mutabile semper,
Et tantum constans in levitate suā* (Anth. 914, 21 R).
3. Inops audaciā tutā est (Petron. 119, v. 57).
4. Audax est ad poculum sermo (B. 279).
5. *Quum moritur dives, concurrunt undique cives* (B. 648).
6. Exiguū malum — ingens bonum (B. 1033).
7. Felix, qui nihil debet (B. 1118).
8. Vetus amor non sentit rubiginem (B. 3526).
9. *Inter finitimos vetus atque antiquā similtas* (Juv. 15, 33).
10. *Non est discipulus par cognitione magistro* (B. 2160).
11. Neminem metuit innocens (B. 2035).
12. Magnum crimen et impūdens mendacium (Cic. Cluent. 60, 168).
13. *Rex, invicte armis, felix in pace senesce!* (Dracont. Carm. 8, 373).
14. *Dives, qui sapiens est,
Et sutor bonus, et solus formosus, et est rex* (Hor. Sat. 1, 3, 124).
15. Procēras dejicit arbōres procellā vehēmens (Riley 524).
16. Rubrum mare — procellōsum, aspērum, profundum et magnorum animalium magis, quam cetērā, capax (Mela, 3, 8 = p. 656 Nisard).
17. Antiquā est prudensque sententiā, omnes artes in meditatione consistere (Veget. 2, 24, fin.).
18. Pauper sum; fateor, patior; quod di dant, fero (Pl. Aul. 1, 2, 10).
19. Longum iter est per praecepta, breve et efflicax per exempla (Sen. Ep. 6, 5).

100.

1. Sicut in vita nunquam errare felicitis est, ita errorem quam primum emendare — sapientis (Calp. Flacc. Decl. 18 = p. 556 Le-maire).
2. Si egregium est hostem abjicere, non minus tamen laudabile infelicitis scire misereri (Val. Max. 5, 1, 8).
3. In tranquillo tempestatem adversam optare dementis est (Cic. Off. 1, 24, 83).
4. Inter hostes discordiarum serere causas — sapientis est ducis (Veget. 3, 10).

101.

1. Non minus principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa funera (Sen. Clem. 1, 24, 1).
2. Sapienti sat! (Pl. Pers. 4, 7, 19 = 729).
3. O vita misero longa, felici brevis (Syr. 476).
4. *Credere fallaci gravis est dementiae famae* (B. 603).
5. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit: crescit insolenti superbia, crudelitas saevo, malignitas livido (Sen. Ep. 83, 20).
6. *Juveni stimulus ad virtutem sunt litterae,
Senique sunt solacium,
Misero vero atque pauperi sunt refugium,
Adduntque honorem diviti* (Parnasse latin moderne, par Brunel, p. 70).
7. Desidi semper feriae (B. 745).
8. Ut improbo et stulto et inertis nemini bene esse potest, sic bonus vir et sapiens et fortis miser esse nemo potest (Cic. Parad. 2, 19).
9. Omnis locus sapienti viro patria est (Sen. Ad Helv. 9, 7).
10. Iudices saepe propter invidiam admunt diviti, aut propter misericordiam addunt pauperi (Ter. Ph. 2, 1, 46).

102.

1. Supplicem hominem opprimere virtus non est, sed crudelitas (Syr. 679).
2. Non ergo felicem faciunt divitiae (Varr. Sent. 129).
3. Ajunt, principem esse supra legem (Erasm. 1, 311).
4. Nec secundam sapientem evadunt, nec adversam demittunt (Sen. Ad Helv. 5, 1).
5. Divitiae apud sapientem virum in servitute sunt, apud stultum — in imperio (Sen. Vita beata 26, 1).
6. Cadit in sapientem animi dolor (Cic. Lael. 13, 48).
7. *Mors et fugacem persequitur virum* (Hor. C. 3, 2, 14).
8. In periculis juventutem impigram esse convenit et audacem (Amm. Marc. 16, 12, 10).
9. Mortales recentem aliorum felicitatem acerbis oculis introspectiunt (Tac. Hist. 2, 20).

10. *Contra impudentem stultā est nimīā ingenultas* (Syr. 119).
11. Philosophi solent amorem veterem amore novo, quasi clavum clavo, expellere (Hieron. Ep. 125, 14 = O. 106).
12. Mendacem memorem esse oportet (Quint. 4, 2, 91).

103.

1. *Corrige praeteritum, praesens rege, cerne futurum* (Bell. 16).
2. Parvus ignis incendium ingens exsuscitat (Liv. 21, 3, 6).

104.

1. Bellum in Sicilia jam alterum annum ingenti dimicatione geritur (Liv. 25, 6, 20).
2. *Tempore fellici multi numerantur amici* (B. 3305).
3. Par pari respondet (Pl. Truc. 939).
4. Pari periculo, sed famam impari boni atque ignavi erant (Sall. Jug. 57, 6).
5. Elephanti ne pari quidem numero Indici Africi resistunt, sive quia magnitudine, sive robore animorum vincuntur (Liv. 37, 39, 13).

105.

1. *Curae leves loquuntur, ingentes stupent* (Sen. Phaedra, 607).
2. *Eheu, fugaces, Postume, Postume, Labuntur anni* (Hor. C. 2, 14, 1).
3. Mendaces memores esse debent (Hieron. = O. 219).
4. Canis nonne similis lupo? At mores in utroque dispares (Cic. N. D. 1, 35, 97).
5. *Humiles laborant, ubi potentes desident* (Phaedr. 1, 30, 1).
6. Mendico ne parentes quidem amici sunt (Riley 226).
7. Habent sua verba miseri, sua verba felices (Plin. Paneg. 72, 7).
8. *Vivite felices, moneo, mors omnibus instat* (Anth. 1368 M.).
9. Nautae per omne audaces mare currunt (Hor. Sat. 1, 1, 30).
10. Graeci fallaces sunt permulti et leves (Cic. Qu. frat. 1, 1, 5, 16).
11. Omnes uxores divites servitum exiunt (Sen. Contr. 6, 5 = p. 115, 1).
12. Nostro quidem more cum parentibus puberes filii, cum soceris generi non lavantur (Cic. Off. 1, 35, 129).
13. Aequat omnes cinis: impares nascimur, pares morimur (Sen. Ep. 91, 16).
14. Permuli locupletes homines, magni et gnavi aratores agros latos ac fertiles deserunt (Cic. Verr. 3, 51, 120).
15. Omnia peccata sunt paria (Zeno ap. Cic. Mur. 29, 61).

106.

1. Unum est levamentum malorum ingentium: pati et necessitatibus suis obsequi (Sen. Ira 3, 16, 1).

2. Neque animo aequo paup̄eres aliēnam opulentium intuentur fortūnam (Nep. 12, 3, 3).
3. Cervi—luporum praedā rapacium (Hor. C. 4, 4, 50).
4. *Ut mors, sic somnus misēros felicibus aequat* (Bell. 172).

107.

1. Omnes sapientes suum officium, aequum est, colere et facere (Pl. Stich. 39).
2. *Fors juvat audāces, prisci sententiā vatis* (Claudian. 42, 9).
3. Amicitia pares semper aut accipit aut facit (Minuc. Fel. Oct. 4, 6).
4. *Degenēres animos timor arguit* (V. Aen. 4, 13).
5. *Novos amicos dum paras, vetēres cole* (Riley 290).
6. Videmus cottidie, audāces et facinorōsos fortes existimari; avāros autem et prodīgos liberalitātis nomen obtinere (Osorius, De gloria, 1, 7).
7. *Non lupos cervi metuunt rapāces* (Sen. Oed. 149).
8. *Ingentes animos angusto in corpore versant* (V. Ge. 4, 83).
9. Dispāres mores disparia studia sequuntur (Cic. Lael. 20, 74).
10. Stolci censent, sapientes sapientibus etiam ignōtis esse amicos (Cic. N. D. 1, 44, 121).
11. „Nec loquāces“, inquit Varro, „convivas nec mutos legere oportet, quia eloquentiā in foro et apud subsellia, silentium vero in cubiculo esse debet“ (Gell. 13, 11, 3).
12. *Quaerit aquas in aquis et poma fugacia captat Tantālus* (Ov. Am. 2, 2, 43).

Причастия третьего склонения одного окончания.

108.

1. Amans quod suspicatur, vigilans somniat (Syr. 16).
2. Judex damnatur, quum nocens absolvitur (Syr. 288).
3. Malus miles est, qui imperatōrem gemens sequitur (Sen. Ep. 107, 9).
4. Nihil contemnit esuriens (Sen. Ep. 119, 4).
5. Ille homo tuam hereditatem inhiat, quasi esuriens lupo (Pl. Stich. 605).
6. Aliud stans, aliud sedens de patria sentis (Ps. Sall. in Cic. 4, 7).
7. *Militat omnis amans et habet sua castra Cupido* (Ov. Am. 1, 9, 1).

109.

1. Temeritas est florentis aetātis, prudentiā senescentis (Cic. Sen. 6, 20).
2. *Amantis jusjurandum poenam non habet* (Syr. 37).
3. Assiduā eminentis fortūnae est comes invidia (Vell. 1, 9, 6).
4. Mores dicentis persuādent, non oratio (B. 1887).
5. Jacet corpus dormientis, ut mortui (Cic. Div. 1, 30, 63).

110.

1. Nulli, ad aliena respicienti, suā placent (Sen. Ira 3, 31, 1).
2. Animo cupienti nihil satis festinatur (Sall. Jug. 64, 6).
3. Omnis nimium longā properanti morā est (Sen. Ag. 421).
4. Nihil difficile amanti puto (Cic. Orat. 10, 33).
5. *Dicit, sed mulier cupido quod dicit amanti,
In vento et rapida scribere oportet aqua* (Catull. 70, 3).
6. Homines magis defendenti, quam accusanti favent (Sen. Controv. 7, 5, 7 = p. 337, 28).
7. Praecepta dare scienti supervacuum, nescienti parum (Sen. Ep. 94, 11).
8. Levis est labor omnis amanti (B. 1654).
9. Mendāci homini, ne verum quidem dicenti, credere solemus (Cic. Div. 2, 71, 146).

111.

1. Onerat discentem turbā librorum, non instruit (Sen. Tranq. 9, 4).
2. *Audentem forsque Venusque juvat* (Ov. A. A. 1, 608).
3. Necessitas egentem mendācem facit (Syr. 444).
4. *Fallere credentem non est operosa puellam
Gloria* (Ov. Her. 2, 63).
5. Sagittā in lapidem nunquam figitur; interdum resiliens percūtit dirigentem (Hieron. Ep. 52, 14 = O. 305).
6. Quid est enim aliud senem vidēre trementem, incurvum, canum, imbecillum, infirmum, quam cernere morientem vivum aut viventem mortuum? ([Cic.] Cons.).
7. *Crescentem sequitur curā pecuniam* (Hor. C. 3, 16, 17).
8. *Discentem comitantur opes, comitantur honores,
At contra nemo alloquio dignatur inertem* (B. 801).

112.

1. *Cunctā timemus amantes* (Ov. Met. 7, 719).
2. *Pacis Amor deus est; pacem veneramur amantes* (Prop. 3, 5, 1).
3. Amantes — amentes.
4. Vino debemus homines, quod soli animalium non sitientes bibimus (Pl. N. H. 23, 23, 42).
5. Bestiarum terrēnae sunt aliae, partim aquatiles, aliae quasi ancipites, in utrāque sede viventes (Cic. N. D. 1, 37, 103).
6. Beati possidentes (K. 209).
7. Omnes aliud agentes, aliud simulantes — perfidi, imprōbi, mali-tiōsi sunt (Cic. Off. 3, 14, 60).

113.

1. Omnia humāna brevia et cadūca sunt et infiniti temporis nullam partem occupantia (Sen. Ad Marc. 21, 1).
2. *Omnia sunt hominum tenui pendentia filo* (Ov. Pont. 4, 3, 35).

3. Nunquam eminentia invidiā carent (Vell. 2, 40, 6).
4. Ex praeteritis praesentia aestimantur (Quint. 5, 10, 28).
5. Contrariorum contraria sunt consequentia (Cic. Tusc. 5, 17, 50).

114.

1. Auditorum benevolentia crescit dicentium facultas (Prisc.=H. 96).
2. Finis justī imperii utilitas obedientium aestimatur (= existimatur) et salus (Amm. Marc. 30, 8, 14).
3. *Amantium irae amoris integratio est* (Ter. Andr. 3, 3, 23 = 555).
4. Mala facinōra conscientia flagellantur: proprium est nocentium trepidare (Sen. Ep. 97, 15).
5. Irascentium flagrant oculi, multus ore toto rubor, labia quatiuntur, dentes comprimuntur (Sen. Ira 1, 1, 4).
6. Multitudo errantium non patrocinator errori (B. 1932).
7. Pudorem tollit multitudo peccantium (Sen. Ben. 3, 16, 1).
8. Omnium animantium formam vincit hominum figura (Cic. N. D. 1, 18, 48).

115.

1. Magna pars hominum non peccatis irascitur, sed peccantibus (Sen. Ira 2, 28, 8).
2. Sed absentes tamen prosunt praesentibus (Pl. Cas. 20).

116.

1. *Audentes fortunā juvat* (V. Aen. 10, 284).
2. Gloriā fugientes magis sequitur (Sen. Ben. 5, 1, 4).
3. *Servat multos fortunā nocentes* (Luc. Phars. 3, 448).
4. *Timeo Danaos et dona ferentes* (V. Aen. 2, 49).

117.

1. Praesentia invidiā, praeterita veneratione prosequimur (Vell. 2, 92).
2. „Troja, vale, rapimur“, clamant dantque oscula terrae Troades et patriae fumantia tecta relinquunt (Ov. Met. 13, 420).

118.

1. *Praesentibus exple Deliciis animum: post mortem nullā voluptas* (Anth. 911).
2. *Candida de nigris et de candentibus atrā facere* (Ov. Met. 11, 314).
3. Necessē est cum insanientibus furere (Petron. 3).

Исключения: прилагательные третьего склонения одного окончания, имеющие в твор. п. ед. ч. окончание *-e* (§ 92—95).

119.

1. *Qui pro innocente dicit, satis est eloquens* (Syr. 548).
2. *Mobilis mutatur semper cum principe vulgus* (Claud. 8, 302).

3. Angustā et lubricā oratio sub principi, qui libertatem metuit (Tac. Ann. 2, 87, 6).
4. Fortes non modo fortunā adjuvat, ut est in vetere proverbio, sed multo magis etiam ratio (Cic. Tusc. 2, 4, 11).
5. *Nunquam est fidelis cum potente societas* (Phaedr. 1, 5, 1).
6. *Numero deus impare gaudet* (V. Ecl. 8, 75).

Исключения: прилагательные третьего склонения одного окончания, имеющие в им. п. множ. ч. окончание -a (§ 92—95).

120.

1. *Vetere extollimus, recentium incuriosi* (Tac. Ann. 2, 88).
2. *Vitio malignitatis humanae, vetera semper in laude, praesentia in fastidio sunt* (Tac. Dial. 18, 16).

Исключения: прилагательные и причастия третьего склонения одного окончания, имеющие в род. п. мн. ч. окончание -um (§ 92—95).

121.

1. *Ut cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas, sic emendari et corrigi continentia* (Cic. Leg. 3, 13, 30).
2. *Principum munus est resistere et levitati multitudinis et perditorum temeritati* (Cic. Mil. 8, 22).
3. *Pallida mors aequo pulsat pede pauperum tabernas Regumque turres* (Hor. C. 1, 4, 13).
4. *Bacchus et argentum mutant mores sapientum* (B. 310).
5. *Jupiter ex alto perjuriam ridet amantum* (Ov. A. A. 1, 633).
6. *O caeca nocentum Consilia, o semper timidum scelus!* (Stat. Theb. 2, 489).

ЧЕТВЕРТОЕ СКЛОНЕНИЕ (§ 96—102).

Существительные на -us.

122.

1. *Est ingens aestus* (Erasm. 1, 44).
2. *In formica non modo sensus, sed etiam mens, ratio, memoria est* (Cic. N. D. 3, 9, 21).
3. *Quod affectus decernit, temporarium est; quod autem dicitur ratio, perpetuo solet placere* (Erasm. 1, 158).
4. *Status hominum naturalis.*
5. *Virginis aspectus penetrat sine vulnere pectus* (Medulla facietiarum 329).
6. *Senectus est occasus vitae* (Cic. Top. 7, 32).
7. *Exitus acta probat* (Ov. Her. 2, 85).

8. *Herēdis fletus sub persōnā risus est* (Syr. 250).
9. *Eventus stultorum magister* (Liv. 22, 39, 10).
10. *Labōri incumbēre oportet, ubi effectus promittitur* (Quint. Decl. 6, 19 = p. 151 Lemaire).
11. *Solet cibus, quum sumitur, tactos efficere, potus — loquaces* (Macr. Sat. 7, 1).
12. *Nullius non irā, luctus, tristitiā et omnis animi impētus cibo mollitur* (Plin. N. H. 22, 24, 111).
13. *Usus est unus legum corrector* (Liv. 45, 32, 7).
14. *Mars commūnis est, et eventus incertus belli* (Liv. 42, 14, 4).
15. *Amare juvēni fructus est, crimen seni* (Syr. 29).
16. *Immoderātā irā fructus est insaniae* (Anth. 922).
17. *Imāgo animi — vultus, indices — oculi* (Cic. De or. 3, 59, 221).

123.

1. *Mors miserā non est; aditus ad mortem est miser* (Quint. 8, 5, 5 = Diehl. 92).
2. *Mens impudicam facere, non casus solet* (Sen. Phaedra, 735).
3. *Fletus aerumnas levat* (Sen. Tro. 769).
4. *Casus ubique valet* (Ov. A. A. 3, 425).
5. *Usus — magister egregius* (Plin. Ep. 1, 20, 12).
6. *Saepe tacens vocem verbaque vultus habet* (Ov. A. A. 1, 574).
7. *Non est ad magnā facilis ascensus* (Cyprian. = O.36).
8. *Sic flet heres, ut puellā viro nuptā: utriusque fletus non apparet* (Varr. Sent. 11).
9. *Doctrinā est fructus dulcis radlcis amārae* (Dion. Cato, Monost. 40 = Anth. 716).
10. *Nulli, nisi ex alterius injuriā, quaestus est* (Sen. Ira 2, 8, 1).
11. *Confirmat artes usus* (B. 544).
12. *Usus et experientia dominantur in artibus* (Colum. 1, 1 = p. 176-b Nisard.).
13. *Immodicus risus non est sapientis, at index Stultitiae* (Owen = Bell. 57).
14. *Casus belli* (Riley 46).
15. *Usus est tyrannus* (Riley 476).
16. *Vitae brevis est cursus, gloriae — sempiternus* (Cic. Sest. 21, 47).
17. *Honorum populi finis est consulatus* (Cic. Planc. 24, 60).
18. *Incertus est exitus et anceps fortunā belli* (Cic. Marc. 5, 15).
19. *Mulcet aures avium cantus* (Mureti or. 8 = v. 2, p. 65).
20. *Virtus et philosophiā et justitiā verborum inanium creptus est; unā felicitas est bene vitae facere* (Sen. Ep. 123, 10).
21. *Inhumānā crudelitas, perfidiā plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deorum metus, nullum jusjurandum, nullā religio* (Liv. 21, 4 de Hannibale).

124.

1. *Vetērem atque antiquum quaestum majōrum meorum servo atque obtineo et magnā cum curā colo* (Pl. Pers. 1, 2, 1 = 53).

2. Plerumque hominibus Gallis prae magnitudine corporum suorum brevitās nostrā contemptui est (Caes. B. G. 2, 30, 4).
3. Ut undā supervēnit undam, ita alii fluctui curarum insistit alius (Acolastus 1107).
4. Cicero perpetuo omnium aetatum consensu inter Romanos scriptores eloquentiae laude numeratur primus (Mureti Or. 6 = v. 2, p. 52).
5. Matronarum ornātus non est in veste aut reliquo corporis cultu, sed in castis ac pudicis moribus et in ornamentis animi (Erasm. 1, 171).
6. Initia in potestate nostrā sunt; de eventu fortunā iudicat (Sen. Ep. 14, 16).
7. *Visu carenti magnā pars veri latet* (Sen. Oed. 295).
8. Consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent (Cic. Att. 9, 7 A, 1).
9. *Necesse est facere sumptum, qui quaerit lucrum* (Plaut. Asin. 1, 3, 65 = 217).
10. *Metu non peccant multi, haud innocentia* (Syri append. 38).
11. Militaris sine duce turbā corpus est sine spiritu (Curt. 10, 6, 8).
12. *Aetate fruere: mobili cursu fugit* (Sen. Phaedra, 447).
13. Odia sub vultu, sub osculo etiam multorum latent (Syri appendix 23).
14. *Tempus in agrorum cultu consumere dulce est* (Ov. Pont. 2, 7, 69).
15. Romulus hostium exercitum fundit fugatque, regem in proelio obruncat et spoliat (Liv. 1, 10, 4).

125.

1. Prudentia in delectu bonorum et malorum cernitur (Cic. Fin. 5, 23, 67).
2. Multos fortunā liberat poenā, metu neminem (Sen. Ep. 97, 15).
3. *Prudens futuri temporis exitum Caliginosa nocte premit deus* (Hor. Od. 3, 29, 29).
4. Tacito nam tempora gressu diffugiunt (Colum. 10, 159).
5. Nimiā familiaritas parit contemptum (Augustinus = O. 132).
6. Isocrates dicit, stirpem quidem doctrinae esse amarā, fructum vero dulcem (Priscian. Praeexerc. p. 432, 12 K).
7. *Heu, quam difficile est crimen non prodere vultu* (Ov. Met. 2, 447).
8. E cantu dignoscitur avis (B. 891).
9. *Gutta cavat lapidem, consumitur anulus usu* (Ov. Pont. 4, 10, 5).
10. *Per risum multum debes cognoscere stultum* (B. 2540).
11. *Intrat amor mentes usu, dediscitur usu* (Ov. R. A. 503).
12. *Membra reformidant mollem quoque saucia tactum, Vanaque sollicitis incutit umbrā metum* (Ov. Pont. 2, 7, 13).
13. Militibus levat omnem vulnerum metum nobilitas mortis et gloria (Cic. Tusc. 2, 24, 59).
14. Ventorum flatu nimii temperantur calores (Cic. N. D. 2, 53, 131).
15. Galli cantum audit (Cic. Pis. 27, 67).
16. Navem in portu mergis (Sen. Contr. 2, 6 (14), 4 = p. 218, 4).

17. *Audaces cogimur esse metu* (Ov. Tr. 1, 2, 4).
18. *Impetum facere in arcem statuunt* (Liv. 43, 1).

126.

1. *Fructu, non foliis arborem aestima* (Riley 132).
2. *Membra metu debilia sunt* (Ter. Ad. 612).
3. *Tristis veritas inest in vultu* (Ter. Andr. 857).
4. *Magis vultum, quam ingenium, bonum habet* (Sall. Cat. 10, 5).
5. *Ante oblitum nemo debet dici beatus* (Ov. Met. 3, 135).
6. *Facit indignatio versum* (Juv. 1, 79).
7. *Utilitates innumerabiles, ad victum et ad vitam necessariae* (Cic. N. D. 2, 53, 132).
8. *Sententiae nostrae magnum in senatu pondus habent* (Cic. Fam. 1, 9, 12).
9. *Testitudinea gradu movēris* (Hieron. = O.346).
10. *Tubicen ad bellum vocat milites et rursum receptui canit* (Veget. 2, 22).
11. *Tremuloque gradu venit aegra senectus* (Ov. Met. 14, 143).
12. *Carmīna secessum scribentis et otia quaerunt* (Ov. Tr. 1, 1, 41).
13. *Sensim sine sensu aetas senescit nec sublimi frangitur, sed diuturnitate extinguitur* (Cic. Sen. 11, 38).
14. *Jovis jussu venio* (Pl. Amph. 19).
15. *Bonus et salutaris princeps senatui servire debet et universis civibus* (Suet. Tib. 29).
16. *Antonius mortem naturae poenam putat esse, iracundiae (poenam) — tormenta atque cruciatum* (Cic. Phil. 11, 1, 3).
17. *Nostri partem navium depriment, nonnullas cum hominibus capiunt, reliquas in portum compellunt* (Caes. B. C. 1, 58, 4).
18. *Semper magno cum metu incipio dicere* (Cic. Cluent. 18, 51).
19. *Desertor dicitur miles, qui injussu ducis ac sine comaeatu signa deserit* (Forcellini in v. Desertor).

127.

1. *Non exercitus neque thesauri praesidia regni sunt, verum amici* (Sall. Jug. 10, 4).
2. *Nusquam minus, quam in bello, eventus respondent* (Liv. 30, 30, 20).
3. *Sepone questus: non levat miseros dolor* (Sen. Phaedra, 404).
4. *Primis eventibus metus aut fiducia gignitur* (Tac. Ann. 12, 31).
5. *Passibus ambiguis fortunam volubilibus errat*
Et manet in nullo certam tenaxque loco (Ov. Tr. 5, 8, 15).
6. *Stultus est, qui fructus arborum spectat, altitudinem non metitur* (Curt. 7, 8, 14).
7. *Nervi atque artus sunt sapientiae — non temere credere* (Cic. De pet. cons. 10, 39).
8. *Tempus minuit luctus maestraque corda juvat* (Ov. Tr. 4, 6, 16).
9. *Ut magistratibus leges, ita populo praesunt magistratus, vereque dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum* (Cic. Leg. 3, 1, 2).

10. Bonos corrumpunt mores congressūs mali (Tertull. = O. 230).
11. De amāro semine litterarum dulces fructūs carpo (Hieron. = O. 915).
12. *Non habet eventūs sordidā praedā bonos* (Ov. Am. 1, 10, 48).
13. Ex vultibus hominum mores colligo (Petron. 136).
14. Gellidus fluit sudor per artūs (Sen. Oed. 922).
15. Homērus ex Oceāno dicit omnium amnium fontiumque cursūs initium capere (Quint. 10, 1, 46).
16. *Incēdunt arbusta per alta, securibus caedunt,
Percellunt magnas quercūs, abies consternitur altā,
Pinūs procēras pervertunt* (Ennius = Diehl p. 22).

128.

1. *Decipiuntur aves per cantūs saepe suāves* (B. 724).
2. Excitat fluctūs in simpulo, ut dicitur (Cic. Leg. 3, 16, 36).
3. *Gaudia post luctūs veniunt, post gaudia luctūs* (Owen = B. 1231).
4. *Judicibus lites, aurlgae somnia currūs* (Claud. In VI cons. Hon. Praef. 5).
5. *Ut Venus enervat vires, sic copiā Bacchi
Attenuat gressus debilitatque pedes* (Bell. p. 174).
6. Voluptas sensibus nostris blanditur (Cic. Acad. 2, 45, 139).
7. Omne vitium ebrietas et incendit et detegit, obstantemque malis conatibus verecundiam removet (Sen. Ep. 83, 19).
8. Saepe in bello parvis momentis magni casūs intercēdunt (Caes. B. C. 1, 21, 1).
9. Homo versūs facit (Hor. Sat. 2, 7, 17).
10. Semper incerti exitūs proeliorum sunt (Cic. Fam. 6, 4, 1).
11. Homines potentes fortunae manūs sūnt (Sen. De Constantia sap. 8, 3).
12. Manūs lavā et cenā (Cic. De or. 2, 60, 246).
13. Parvus Iūlus sequitur patrem non passibus aequis (V. Aen. 2, 724).
14. Si stimulos pugnīs caedis, manibus plus dolet (Pl. Truc. 4, 2, 55 = 768).
15. Littērarum radīces amārae, fructūs dulces (Cic. Fragm. IV, 9 = p. 1058 Orelli).
16. *Nec sic inflectere sensūs
Humānos edicta valent, ut vitā regentis* (Claud. De IV cons. Hon. 300).
17. Legum ministri magistrātūs, legum interpretēs iudices, legibus denique omnes servimus (Cic. Cluent. 53, 146).
18. *Ecce tacent voces hominum, strepītūsque viarum
Et volūcrum cantūs turbāque fidā canum* (Petron. Fragm. 48, 11, ed. maj.).
19. Ubi sunt superbae Carthaginis alta moenia? Ubi maritimā gloriā inclliti portūs? Ubi cunctis litoribus terribilis classis? Ubi tot exercitūs? Ubi tantus equitātūs? Ubi immenso Afrīcae spatio non contenti spirītūs? (Val. Max. 5, 6, ext. 4).

1. Non plenas di requirunt, sed puras manūs (Syri append. 3).
2. Eventūs in manu fortunāe est (Suet. Ner. 23).
3. Manūs manum lavat (Sen. Apoc. 9, 9 = Petron. 45).
4. *An nescis, longas regibus esse manūs?* (Ov. Her. 16 (17), 166).
5. Amicum obviis, ut ajunt, manibus excipio (Hieron. Ep. 48, 1 = O. 212).
6. Sciens et videns in flammam mitto manum (Hieron. Ep. 54, 21 = O. 138).
7. Praetōrem decet non solum manūs, sed etiam oculos abstinentes habere (Cic. Off. 1, 40, 144).
8. Jam etiam ad pecōra nostra avāras et insatiabiles manūs porrigis (Curt. 7, 8, 19).
9. Parabile est, quod naturā desidērat; ad manum est, quod satis est; ad supervacuā sudātur (Sen. Ep. 4, extr.).
10. Domum suam coērcēre plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regēre (Tac. Agr. 19).
11. Pro domo suā (B. 488).
12. *Non est magnā domūs; quid tum? sub paupere tecto
Saepe etiam virtus ingeniosā latet* (B. 2166).
13. *Non ebur neque aureum
Meā renidet in domo lacūnar* (Hor. C. 2, 18, 1).
14. Neque enim civitas in seditiōne beātā esse potest, nec in discordiā domīnorum domus (Cic. Fin. 1, 18, 58).
15. Praeclārā ars belli — incendere domos, diripere templa, violare virgines, spoliare miseros, occidere innoxios (Erasm. 1, 31).
16. (Augustus ponit) „domos“ genitivo casu singulāri pro „domus“ (Suet. Aug. 87).
17. O pater, o patriā, o Priāmi domūs! (Ennius = Diehl 35).
18. Parvi sunt foris arma, nisi est consilium domi (Cic. Off. 1, 22, 76).
19. Nunc populus est domi leōnes, foris vulpes (Petron. 44).
20. Vile habēt r, quod domi est (Sen. Ben. 3, 3).
21. Non omnibus sum domi (Erasm. 1, 15).
22. *Domi tyranni saepe servi sunt foris* (Syri append. 274).

Существительные на -и.

130.

1. Malus genius pingitur rostro adunco, longis cornibus, praelongā caudā (Erasm. 1, 169).
2. *Dente timentur apri; defendunt cornua cervos* (Mart. 13, 94).
3. *Dente lupus, cornu taurus petit* (Hor. Sat. 2, 1, 52).

ПЯТОЕ СКЛОНЕНИЕ (§ 103—108).

131.

1. Quid Pamphagus? An non certā pestis atque item communis perniciēs est adulescentium? (Acolastus 658).

2. Spes solā hominem in miseriis consolari solet (Cic. Catil. 4, 4, 8).
3. *Spes fallax, spes — dulce malum, spes unā — malorum Solāmen miseris* (Anth. 415, 1).
4. Aegrōto dum animā est, spes esse dicitur (Cic. Att. 9, 10, 3).
5. Praeclārā facies, magnae divitiae, vis corpōris et aliā omnia brevi dilabuntur, at ingenii egregia facinōra immortalia sunt (Sall. Jug. 2, 2).
6. *Formōsā facies mutā commendatio est* (Syr. 194).
7. Veritātis unā vis, unā facies est (Sen. Ep. 102, 13).
8. Ebriētas furōris voluntariā species est (Cato apud Amm. Marc. 15, 12).
9. Vulgāre amici nomen, rarā est fides (Phaedr. 3, 9, 1).
10. Facies Nympharum non omnibus unā, nec diversā tamen (Ov. Met. 2, 14).
11. O spes meā, o meā vita, o meā voluptas, salve (Pl. Stich. 583).
12. Planities sub radicibus montium spatiōsā procumbit, fertillis terrā multisque vicis atque urbibus frequens (Curt. 5, 4, 6).
13. Ubi divitiae clarae habentur, ibi omnia vilia sunt, — fides, probitas, pudor, pudicitia (Sall. Epist. ad Caes. 2, 7 = p. 136 Gerlach).
14. Fortunā innōcentem desērit saepe, at bonā spes nunquam (Sen.)
15. *Multum in amōre fides, multum constantiā prodest* (Prop. 2, 26, 27).
16. Canities senii, non prudentiae indicium est (Bind. 421).
17. *Spes alit agricōlas* (Tib. 2, 6, 21).
18. Erat in Vitellio enormis proceritas, facies rubidā plerumque ex vinolentia, venter obēsus (Suet. Vitell. 17).
19. *Non semper imbres nubibus hispidos
Manant in agros, aut mare Caspium
Vexant inaequāles procellae
Usque, nec Armeniis in oris,
Amīce Valgi, stat glacies iners
Menses per omnes, aut Aquilonibus
Quercēta Gargūni labōrant,
Et foliis viduantur orni* (Hor. Od. 2, 9, 1—8).

132.

1. Inter spem et metum haereo (Acolastus 1065).
2. Ex tui anīmi sententiā, Longe, qui malam faciem habet, liber non est? (Quint. 6, 3, 32).
3. Parum fidei miseris est (Sall. Jug. 24).
4. *Quis post vina gravem militiam aut pauperiem crepat?* (Hor. C. 1, 18, 5).
5. *Fortūnā interdum praeter spem hominibus favet* (Phaedr. App. 14, 1).
6. *Spem retīne: spes unā hominem nec morte relinquit* (Dion. Cat. 2, 25).
7. Sapientes pacis causā bellum gerunt, labōrem spe otii sustentant (Sall. Ad Caes. de rep. ord. 1, 6).
8. Magnae indōlis signum est sperare semper (Flor. 2, 18, 7).

9. *Non unquam spem ponit amor* (Sil. It. 8, 95).
10. Stultum consilium non modo effectu caret, sed ad perniciem quoque mortales devocat (Phaedr. 1, 20, 1).
11. Inter spem et desperationem haesitat (Curt. 4, 15, 31).
12. In bello parva momenta in spem metumque impellunt animos (Liv. 27, 47, 5).
13. *Scilicet uxorem cum dote fidemque et amicos
Et genus et formam regnâ pecuniâ donat* (Hor. Ep. 1, 6, 36).
14. Nulla lassitudo impedire officium et fidem debet (Cic. Fam. 12, 25a, 6).
15. Frons dicitur pars faciëi a superciliis usque ad capillorum radices (Forcellini in v. Frons).

133.

1. Nil agenti dies longus est (Sen. Ep. 122, 3).
2. Veritatem dies aperit (Sen. Ira 2, 22, 3).
3. Dies levat luctum (Cic. Att. 3, 15, 2).
4. Dies stultis quoque mederi solet (Cic. Fam. 7, 28, 3).
5. Nulla dies sine lineâ (K. 1812).
6. Dolorem dies longâ consumit (Sen. Ad Marc. 8, 1).
7. Conjugium sine prole est dies sine sole (B. 547).
8. Totâ vitâ hominis unus est dies (Quint.).
9. Nemo nisi suo die moritur. Nihil perdis ex tuo tempore: nam, quod relinquis, alienum est (Sen. Ep. 69, 6).
10. Dies diem docet (O. 113).
11. Vulgo audio dici, diem adimere aegritudinem hominibus (Ter. Heaut. 421).
12. Barbarorum est in diem vivere (Cic. De or. 2, 40, 169).
13. *Nocte dieque labora:
Non datur e terris mollis ad astra viâ* (Bell. p. 62).
14. Carpe diem (Hor. C. 1, 11, 8).
15. Si circa occidentem rubescunt nubes, serenitatem futuri diei spondent (Plin. N. H. 18, 78, 343).
16. Lunâ lucet tanquam meridie (Petron. 62).
17. Europâ terminos habet ab oriente Tanain et Maeotida et Pontum, a meridie reliquâ Nostrî maris, ab occidente Atlanticum, a septentrione Britannicum Oceanum (Mela 1, 3 = p. 604 Nisard.).
18. Galli gallinacei diem venientem nuntiant cantu (Plin. N. H. 10, 24, 46).

134.

1. Nulla res tam necessaria est omni generi hominum, quam medicina (Quint. Decl. 268 = p. 101 Lemaire).
2. Res magni discriminis consiliis est nulla tam inimica, quam celeritas (Liv. 31, 32, 2).
3. *Divitiae trepidant, paupertas liberâ res est* (Anth. 716, 24).
4. Credula res amor est (Ov. Her. 6, 21).
5. *Res est solliciti plenâ timoris amor* (Ov. Her. 1, 12).

6. Bellā res est mori suā morte (Sen. Ep. 69, 6).
7. Res est magnā tacēre (Mart. 4, 81, 6).
8. Verā res est, famam esse velōcem (Symmach. Ep. 3, 45, 1).
9. *Ad mortem sic vitā fluit, velut ad mare flumen:*
Vivēre nam res est dulcis, amārā mori (Owen. Epigr. 1, 32 = Bell. 3).
10. *Pellitur e medio sapientiā; vi geritur res* (Enn. ap. Gell. 20, 10).
11. Homo, sacrā res homini, jam per lusum ac jocum occiditur (Sen. Ep. 95, 33).
12. Si res firmā, item firmi amīci sunt. Res amicos invēnit (Pl. Stich. 521).
13. Res timidā est omnis miser (Ov. Pont. 2, 7, 37).

135.

1. Princeps reipublicae causā constituitur, non respubblicā principis causā (Erasm. 1, 11).
2. Nonne matrōnae est administrare rem domesticam, erudire liberos? (Erasm. 1, 271).
3. Verae et solidae voluptates nullā re magis, quam contemptu inanium comparantur (Mureti Epist. p. 56 Teubn.).
4. Disputare de omni re in contrarias partes (Cic. De or. 1, 34, 158).
5. Apud paucos post rem manet gratiā (Sen. Ben. 1, 12, 2).
6. *Amicus certus in re incertā cernitur* (Enn. ap. Cic. Lael. 17, 64).
7. *Rei nulli prodest morā, nisi iracundiae* (Syr. 618).
8. Fortunā in omni re dominatur (Sall. Cat. 8).
9. Zenōnis sententiā est, sapientem nullā in re falli, sententiam mutare nunquam (Zeno ap. Cic. Mur. 29, 61).
10. In omni re vincit imitatiōnem veritas (Cic. De or. 3, 57, 215).
11. Bonus animus in malā re dimidium est mali (Pl. Pseud. 452 = 1, 5, 37).
12. Vitium commūne omnium est, quod nimium ad rem in senectā attenti sumus (Ter. Ad. 5, 8, 30 = 953).
13. Non magnum in re militāri usum habent (Caes. B. G. 1, 39, 2).
14. *Crudelis in re adversā est objurgatio* (Syr. 98).
15. Pauper per metum male rem gerit (Pl. Aul. 248).
16. *Rem peragit nullam Sertorius, inchoat omnes* (Mart. 3, 79, 1).

136.

1. Non, ut hominum vultus, ita locorum facies mutantur (Tac. Ann. 14, 10).
2. O spes fallāces et cogitatiōnes inānes meae! (Cic. Mil. 34, 94).
3. *Tantā adeo, quum res trepidae, reverentia divum nascitur; at rariae fumant felicibus arae* (Sil. It. 7, 88).
4. Imperatorum res adversae auctoritatem minuunt (Caes. B. G. 7, 30).
5. Secundae res negligentiam creant (Liv. 21, 51, 2).
6. Magnis viris prospērae semper omnes res (Cic. N. D. 2, 66, 167).

7. In victoriā vel ignāvis gloriari licet; adversae res etiam bonos detrectant (Sall. Jug. 53, 8).
8. Rēs secundae valent commūtare natūrā (Curt. 10, 1, 40).
9. Secundae res sapientium anīmos fatigant (Sall. Cat. 11, 8).
10. Plerosque secundae res in miseratiōnem ex irā vertunt (Sall. Hist. 1, 41, 5).
11. Amicos res secundae parant, adversae probant (B. 156).
12. Horae cedunt et dies et menses et anni, nec praeteritum tempus unquam revertitur (Cic. Sen. 28, 69).
13. Studes noctes ac dies (Erasm. 1, 18).
14. *Noctes atque dies patet atri januā Ditis* (V. Aen. 6, 127).
15. Fluunt dies et irreparabilis vitā decurrit (Sen. Ep. 123, 10).
16. Fugiant dies (Ov. Fast. 6, 772).
17. Quasi claudus sutor, domi sedet totos dies (Pl. Aul. 73).

137.

1. Alii deos non esse dicunt; alii esse quidem, sed nihil procurare definiunt; alii et esse et rerum nostrarum curam procuratiōnemque suscipere (Firmicus Maternus, Matheseos 1, 2, 3).
2. Omnium rerum principiā parvā sunt (Cic. Fin. 5, 21, 58).
3. Omnium rerum cupido languescit, quum facilis occasio est (Plin. Ep. 8, 20, 1).
4. Est rerum omnium magister usus (Caes. B. C. 2, 8, 3).
5. Summā universi belli ex momentis parvarum plerumque rerum pendet (Liv. 32, 17, 9).
6. Fortunā rerum humanārum dominā (Cic. Marc. 2, 7).
7. Humanārum rerum fortunā pleraque regit (Sall. Jug. 102, 9).
8. Rerum copiā verbōrum copiam gignit (Cic. De or. 3, 31, 125).
9. *Per varios casūs, per tot discrimina rerum
Tendimus in Latium, sedēs ubi fatā quietas
Ostendunt* (Verg. Aen. 1, 204).
10. Est novarum rerum cupiens populus pavldusque (Tac. Ann. 15, 46, 4).
11. Sapientiā est rerum divinarum et humanarum scientiā (Cic. Tusc. 4, 26, 57).
12. Fallāces sunt rerum species (Sen. Ben. 4, 34, 1).
13. Omnium rerum, heus, vicissitudo est (Ter. Eun. 2, 2, 45 = 276).
14. Nihil tam irridet Epicūrus, quam praedictionem rerum futurarum (Cic. N. D. 2, 65, 162).
15. Omnium reginā rerum oratio (Cic. De or. 2, 44, 187).
16. Galli spatia omnis tempōris non numēris dierum, sed noctium finiunt (Caes. B. G. 6, 18, 2).

138.

1. Modum impōnere secundis rebus nec nimis credere serenitātī praesentis fortunāe—prudentis hominis et merito felicitis est (Liv. 42, 62, 4).
2. *Vivite fortes
Fortiaque adversis oppōnite pectōra rebus* (Hor. Sat. 2, 2, 135).

3. Heu, Fortūnā, semper gaudes illūdēre rebus humānis (Hor. Sat. 2, 8, 62).
4. Fortūnā rebus famam pretiumque constituit (Curt. 9, 10, 28).
5. Silentium magnis rebus inimicum est; quid est gloriā, si tacetur? (Symmach. in Val. 2, 23).
6. *Conveniunt rebus nomīna saepe suis* (Bell. p. 15).
7. *Exiguā est virtus — praestāre silentiā rebus* (Ov. A. A. 2, 603).
8. *Caeci sunt oculi, quum animus alias res agit* (Syr. 126).
9. Res humānas ordīne nullo fortūnā regit (Sen. Phaedra 978).
10. In crastinum diffēro res serias (Nep. Pelop. 3, 2).
11. *Judicis officium est, ut res, ita tempōra rerum Quaerere* (Ov. Tr. 1, 1, 37).
12. Studia litterarum secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium praebent (Cic. Arch. 16).

139.

1. *Dum licet, in rebus jucundis vive beātus* (Hor. Sat. 2, 6, 96).
2. Fragilitatis humānae nimiā in prosperis rebus oblivio est (Curt. 4, 14, 20).
3. *Invidus alterius macrescit rebus optimis* (Hor. Ep. 1, 2, 57).
4. *O curas hominum! O quantum in rebus ināne* (Pers. 1, 1).
5. *Labor omnia vincit*
Improbis et duris urgens in rebus egestas (Verg. Georg. 1, 145).
6. *Ludit in humānis divinā potentiā rebus* (Ov. Pont. 4, 3, 49).
7. Cito arescit lacrimā, praesertim in rebus aliēnis (Cic. Part. or. 17, 57).
8. Multum, quum in omnibus rebus, tum in re militari, potest fortūnā (Caes. B. G. 6, 30, 2).
9. *Est modus in rebus, sunt certi denique fines* (Hor. Sat. 1, 1, 106).
10. *Luxuriant animi rebus plerumque secundis,*
Nec facile est aequā commōdā mente pati (Ov. A. A. 2, 437).
11. *Rebus in adversis animus submittere noli;*
Spem retine (Dion. Cato, 2, 25).
12. Misericordiā aegritudo est ex alterius rebus adversis (Cic. Tusc. 3, 10, 21).
13. Fortūnā, quum in reliquis rebus, tum praecipue in bello, parvis momentis magnas rerum commutatiōnes efficit (Caes. B. C. 3, 68).
14. Sincerae fidei amici praecipue in adversis rebus cognoscuntur (Val. Max 4,7, Praef. = p. 201, 25).
15. *Certus in incertis spectatur rebus amicus* (Seyffert, Palaestra Musarum, p. 1, 25).

140.

1. Principes mortales, republicā aeternā (Tac. Ann. 3, 6).
2. Nihil tam incorruptum esse debet in republicā, quam suffragium, quam sententiā (Amm. Marc. 30, 4, 10).

3. Vectigalia nervi sunt reipublicae (Cic. Imp. Pomp. 7, 17).
4. Habentur plerumque sermōnes aut de domesticis negotiis, aut de republicā, aut de artium studiis atque doctrinā (Cic. Off. 1 37, 135).
5. Respublicā nihil aliud, quam magnā familiā est (Morus, Utopia, 63)
6. Non est in pariētibus respublicā (Cic. Att. 7, 11, 3).
7. Graecorum totae reipublicae sedentis contionis temeritate administrantur (Cic. Flacc. 7, 16).

СТЕПЕНИ СРАВНЕНИЯ ПРИЛАГАТЕЛЬНЫХ (§ 112—128).

СРАВНИТЕЛЬНАЯ СТЕПЕНЬ. ОБЫКНОВЕННАЯ ФОРМА (§ 112).

141.

1. Medicinā fructuosior ars nullā (Plin. N. H. 29, 1, 2).
2. Liberalitas in paupere gravior, quam in divite (Quint. 7, 4, 23)
3. Nullus est locus domesticā sede jucundior (Cic. Fam. 4, 8, 2)
4. Amor in senectute frigidior est (Calp. Flacc. Decl. 36 = p. 58 Lemaire).
5. *Gravior est pulchro veniens e corpore virtus* (Sen. Ep. 66, 2)
6. *Crede ratem ventis, animum ne crede puellis: Namque est femineā tutior undā fide* (Anth. 268).
7. Solutior est post vinum licentiā (Sen. Ira 3, 37, 1).
8. *O matre pulchrā filia pulchrior* (Hor. Od. 1, 16, 1).
9. *Voluptates commendat rarior usus* (Juv. 11, 208).
10. *Durior et ferro* (Ov. Met. 14, 712).
11. *Carior est auro juvenis* (Tib. 1, 8, 31).
12. Nigrior corvo (O. 95).
13. *Candidior puellā cycno* (Mart. 1, 115, 2).
14. Quis amicio, quam frater fratri? (Sall. Jug. 10,5).
15. Tu es lapide silice stultior (Pl. Poen. 291).
16. *Corvo rarior albo* (Juv. 7, 202).
17. *Cum mercēde labor gravior esse solet* (B. 646).
18. *Post inimicitias carior est et amor* (Bell. p. 13).

142.

1. Ove placidior (O. 261).
2. Durior saxo (Ov. Met. 14, 712).
3. Risu inepto res ineptior nullā est (Catull. 39, 16).
4. Sum avidior etiam, quam satis est, gloriae (Cic. Fam. 9, 14, 2)
5. **A.** Equidem puellā sum, non lapis. — **B.** Verum, sed adamanti durior (Erasm. 1, 149).
6. Blandior salutatio inter amantes: Salve, meā vitā. Salve, me meum. Salve, meā lux. Salve, meā spes (Erasm. 1, 2).
7. Ars est dux certior, quam naturā (Cic. Fin. 4, 4, 10).
8. Homo perniciosior feris omnibus (Sen. Ep. 107, 7).
9. Saepe pax periculosior bello fuit (Petrarca = Hb. 662).
10. Esurienti homini mazā pretiosior et auro et ebore (Athen. VI 270 e).

1. Nihil est miserius, quam anlmus hominis conscius (Pl. Most. 3, 1, 12 = 544).
2. Nihil iniquius est, quam ex eventu famam habere (Liv. 27, 44, 1).
3. Modicis rebus longius aevum est (Sen. Ag. 102).
4. Nihil est invidiā periculosius (Sen. Contr. 7, 6 (21), 20 = p. 350, 18).
5. Nihil est incertius vulgo, nihil obscurius voluntate hominum (Cic. Mur. 17, 36).
6. *Quid datur a divi felici optatius hora?* (Catull. 62, 30).
7. Libēris nihil carius humano genēri est (Liv. 1, 9, 14).
8. *Asperius nihil est humli, quum surgit in altum* (Claudian. in Eutr. 1, 181).
9. *Certius est, quam mors; quam mors, incertius est nil* (B. 480).
10. *Gratius est donum, quod venit ante preces* (B. 1254).
11. Nullum vitium taetrius est, quam avaritiā, praesertim in principibus et rempublicam gubernantibus (Cic. Off. 2, 22, 77).
12. Rectius videtur ingenii, quam virium, opibus, gloriam quaerere (Sall. Cat. 1,3).
13. Quid stultius, quam incertā pro certis habere, falsā pro veris? (Cic. Sen. 19, 68).
14. Nihil vicissitudine studiorum officiorumque jucundius (Cic. Lael. 14, 49).
15. Nihil est otiosā senectute jucundius (Cic. Sen. 14, 49).
16. Nihil est hominis animo jucundius, quam discere (Mureti or. 13 = v. 2, p. 109).
17. Jucundius est reprehendere, quam laudare; sed tutius laudare, quam reprehendere (Facciolati orat. p. 469).
18. Hieme mare calidius, autumnale salsius (Plin. N. H. 2, 234).
19. Fallere hostem, quam vi superare, gloriosius est (Liv. 42, 47, 7).
20. Varia sunt genera insaniae, et nullum certius, quam quod in caedes hominum et laniationes pervenit (Sen. Clem. 2, 4, 2).
21. Vero verius nihil est (Sen. N. Q. 2, 34, 1).
22. Pice nigrius (Ov. Her. 17 (18), 7).

144.

1. *Quod senior loquitur, omnes consilium putant* (Syr. 597).
2. Tormentis omnibus conscientia gravior (Quint. Decl. 12, 26).
3. *Nulla sors longa est: dolor ac voluptas invicem cedunt; brevior voluptas* (Sen. Thy. 595).
4. Dolor animi morbus gravior est, quam corporis (Syr. 163).
5. Nulla jactura gravior est scienti, quam temporis (Varr. Sent. 113).
6. Hilarior est, qui solvit, quam qui mutuatur (Sen. Ep. 81, 17).

7. Ignoratio futurōrum malōrum utilior est, quam scientiā (Cic. Div. 2, 9, 23).
8. O melle dulci dulcior! (Pl. Asin. 614).
9. Croeso Crassoque ditior (B. 617).
10. Aegypto nullā est benignior tellus, nullus ager feracior.
11. Elephanto belluarum nullā prudentior (Cic. N. D. 1, 35, 98).
12. Lux est sonitu velocior (Plin. N. H. 2, 54, 142).
13. Semper gravior in paucitate jacturā est (Curt. 4, 14, 17).
14. Labor militiae assiduā frugalitatis consuetudine facilius evadit (Just.).
15. Militarium rerum, quam quiētis otiique, animus patientior est (Curt. 6, 2, 1).
16. *Et genus et virtus, nisi cum re, vilior algā est* (Hor. Sat. 2, 5, 8).
17. Homo levior, quam pluma (Pl. Men. 488).
18. Quis me est divitior? (Pl. Aul. 809).
19. *Nutritur vento, vento restinguuntur ignis, Lenis alit flammās, grandior aurā necat* (Ov. R. A. 807).
20. Nullus suavior animo cibus est, quam cognitio veritatis (Lactant. Inst. 1, 1, 4).

145.

1. *Labitur occulte fallitque volatilis aetas, Et nihil est annis velocius* (Ov. M. 10, 519).
2. Incipere multo est, quam impetrare, facilius (Pl. Poen. 5, 2, 14).
3. Luxuriam accusare aliquanto facilius est, quam vitare (Val. Max. 9, 1, proem).
4. Nihil laudabilius, nihil magno et praeclaro viro dignius placabilitate atque clementia (Cic. Off. 1, 25, 88).
5. Pudore et liberalitate liberos retinere satius esse credo, quam metu (Ter. Ad. 57 = 1, 1, 32).
6. Nihil est in historia — pura et illustri brevitate dulcius (Cic. Brut. 75, 262).
7. Nihil est difficilius, quam bene imperare (Vopisc. Aur. 43).
8. Facilius est multa facere, quam diu (Quint. 1, 12, 7).
9. *Longe praestat in arte Et sollertius est multo genus omne virile* (Lucr. 5, 1352).
10. Nihil dulcius est ultione (Quint. Decl. 381 = p. 500 Lemaire).
11. Nihil est victoria dulcius (Cic. Verr. 5, 26, 66).
12. Dulcius serenum post tempestates est (Quint. Decl. 321 = p. 297 Lemaire).
13. Nihil est veritatis luce dulcius (Cic. Acad. 2, 10, 31).
14. Fama nihil est celerius (Liv. 24, 21, 5).
15. Gentes facilius est barbaras regere, quam animum suum continere (Sen. Ben. 5, 7, 5).
16. Utilius est, fortes milites esse, quam grandes (Veget. De re mil. 1,6).
17. Nihil est praestantius, quam de republica bene mereri (Cic. Fam. 10, 5, 2).

18. Crudelius est, quam mori, semper timere mortem (Sen. Contrōv. 3,5 = p. 252, 9).
19. Levius est mori ante mortis metum (Sen. Ben. 3, 31, 1).
20. Tolerabilius est faciliusque non acquirere, quam amittere (Sen. Tranq. 8, 3).
21. *Vento quid levius? Fulmen. Quid fulmine? Famā. Famā quid? Mulier. Quid muliere? Nihil.* (Lat. Sprichwörter des Mittelalters, Verner, p. 80).
22. *Fertilior seges est aliēnis semper in agris, Vicinumque pecus grandius uber habet* (Ov. A. A. 1, 349).
23. Quid est dulcius otio litterato? (Cic. Tusc. 5, 36, 105).
24. Facilius est de aliēnis judicare, quam de suis (Lactant. Inst. 2, 3, 16).

146.

1. Suā satius est malā, quam aliēnā tractare (Sen. Ep. 118, 2).
2. Neque aquā aquae, nec lacte lactis usquam similius est (Pl. Men. 1089).
3. *Intolerabilis nil est, quam femlnā dives* (Juv. 6, 460).
4. Onus Aetnā gravius sustinent (Cic. De sen. 2, 4).
5. *Vilius argentum est auro, virtutibus aurum* (Hor. Ep. 1, 1, 52).
6. Nihil est utilius sale et sole (Plin. N. H. 31, 9 (45), 102).
7. Saepe felicius est aegrōtare, quam valere; saepe felicius mori, quam vivere (Erasm. 1, 260).
8. Vix aliud nomen auribus nostris videtur intolerabilis, quam mendācis (Philippi, Latinität d. Neueren, p. 162).
9. Gloriā nihil est in rebus humanis pulchrius, nihil amabilis (Osorius, De Gloria, 1, 4).
10. Ferro nocentius aurum (Ov. Met. 1, 141).
11. Nihil est praestabilius otiosā vitā, plenā et confertā voluptatibus (Cic. Sest. 10, 23).
12. Mare Ponticum dulcius, quam cetērā (Sall. Fragm. Hist. 3, 44).

147.

1. Nostris consiliis et laboribus vitam hominum tutiorem et opulentio-riorem reddere studemus (Cic. Reip. 1, 2, 3).
2. Naturā crebro, tanquam ex industria, malos e bonis, agrestes e doctioribus gignit (Aur. Vict. De Caes. 3,5).
3. Mortales inconsideratiores in secundā, quam in adversā sunt fortunā (Nep. 9, 5, 1).
4. Litterarum radices amarae sunt, fructus jucundiores (Cato, Fr. orat. p. 89, ed. Meyer).
5. Dentes lacte candidiores (O. 183).
6. In lassitudine prouiores sumus ad iracundiam (Plin. N. H. 22, 111).
7. Imitatio bonorum hominum ex indoctis doctos, ex doctis doctiores facit (Stylpho, p. 16, 9).

8. Homines propter liberos pecuniae cupidiores solent esse (Cic. Cluent. 9, 28).
9. Omnes fontes aestate, quam hieme, gelidiores (Plin. N. H. 2, 233).
10. Duriores osse dentes sunt (Cels. 8, 1 = p. 325, 2).
11. Tardiora sunt remedia, quam mala. (Tac. Agr. 3).
12. Necessitatis inventa sunt antiquiora, quam voluptatis (Cic. Or. 55, 185).
13. Pectora vel puris nivibus vel lacte candidiora (Ov. Her. 15, 16, 248).
14. Brachia candidiora nive. (O. 244).
15. Lumina in tenebriis clariora sunt (Quint. Inst. 2, 12, 7).

148.

1. Consuetudo laborum perpressionem dolorum efficit faciliorem (Cic. Tusc. 2, 15, 35).
2. Ita sentio, Latinam linguam non modo non inopem, ut vulgo putant, sed locupletiore etiam esse, quam Graecam (Cic. Fin. 1, 3, 10).
3. Secundas res splendiores facit amicitia et adversas, partiens communicansque, leviores (Cic. Lael. 6, 22).
4. Omne jus in validioribus est (Fronto, Epist. de orat. 1, 4, 2, 4).
5. Dei fortioribus adsunt (Tac. Hist. 4, 17).
6. Gravioribus ac difficilioribus animi morbi sunt, quam corporis ([Cic.] Consolatio 43, 150 = p. 413 Klotz).
7. Officia alia sunt juvenum, alia seniorum (Cic. Off. 2, 34, 122).
8. Fideliores sunt oculi auribus (Bind. 1144).
9. Gravioribus morbis medici periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur (Cic. Off. 1, 24, 83).
10. Senioribus gravis est inveterati moris mutatio (Curt. 8, 5, 20).
11. Omnia leviora accidunt expectantibus (Sen. De const. sap. 19, 3).
12. Ubique vitia remediis fortiora (Plin. Ep. 4, 25, 5).
13. Sunt facta verbis difficiliora (Cic. Ad Quint. fr. 1, 4, 5).
14. *Verba puellarum foliis leviora caducis* (Ov. Am. 2, 16, 45).
15. Videntur omnia repentina graviora (Cic. Tusc. 3, 13, 28).
16. Indorum rex breviora itinera equo conficit; longior ubi expeditio est, elephantum vehunt currum (Curt. 3, 9, 29).

НЕДОСТАТОЧНЫЕ СТЕПЕНИ СРАВНЕНИЯ (§ 119—120).

149.

1. Felicius Augusto, melius Trajano (Eutr. 8, 5).
2. Saepe mora est melius (Apoll. Sid. Ep. 2, 6, 1).
3. Tacita est melius mulier semper, quam loquax (Pl. Rud. 1114).
4. Melius est canis vivus leone mortuo (Eccles. 9,4).
5. Miseratione melius invidia (Bind. 1869).
6. Leges res surda, inexorabilis est, salubrior meliorque inopi, quam potenti: nihil laxamenti nec veniae habet (Liv. 2,3).

7. *Heu, melior quanto sors tuā sorte meā est!* (Ov. F. 4, 520).
8. *Insāno melior sapiens inimicus amīco* (Korsch, Stephanus, p. 6).
9. *Vitā brevis longo melior mortalibus aevo* (Carmina lat. epigr. Buecheler, Nr. 1203).
10. Non faciunt equum meliorem aurei freni (Sen. Ep. 41, 6).
11. Opes, honores, genūſ neque feliciorem reddunt neque meliorem (Erasm. 1, 270).
12. Fici juvēnum vires augent, senibus meliōrem valetudinem faciunt minusque rugarum (Plin. N. H. 23, 7 (23), 120).
13. Nihil est agrī culturā melius, nihil dulcius, nihil homine libēro dignius (Cic. Off. 1, 42, 151).
14. Nihil melius est tempestivā morte (Plin. N. H. 28, 1, 9).
15. Melius est nescire, quam errare (Augustinus).
16. Melius est cavēre semper, quam pati semel (Riley 225).
17. Honores mutant mores raro in meliores (Bind. 1336).
18. Da locum melioribus (Ter. Phorm. 522).

150.

1. Turpis fugā mortis omni est morte pejor (Cic. Phil. 8, 10, 29).
2. Mortem optare — malum, timēre — pejus (Auson. Sap. Perianther 3).
3. Nil homine terrā pejus ingrāto creat (Auson. Epigr. 140, 1).
4. Antiquā non facile mutantur, nisi in pejus (Bind. 191).
5. *Labīmur in vitium et facile ad pejora movemur* (Bell. p. 68).

151.

1. *Non solet ingeniis summā nocēre dies,
Famāque post cinēres major vēnit* (Ov. Pont. 4, 16, 2).
2. *Majorque videtur
Et melior vicinā seges* (Juv. 14, 142).
3. Voluptas nullā est navitis major, quam quando ex alto procul terram conspiciunt (Pl. Men. 226).
4. *Adde, quod est senibus prudentiā major,
Solut et artifices qui facit usus adest* (Ov. A. A. 2, 675).
5. In Africa major pars ferarum aestate non bibunt inopiā imbrium (Plin. N. H. 10, 73 (94), 201).
6. Lunā est, ut ostendunt mathematici, major, quam dimidiā pars terrae (Cic. N. D. 2, 40, 103).
7. *Vires instigat alitque
Tempestivā quies; major post otia virtus* (Stat. Silv. 4, 4, 33).
8. *Vis consilii expers mole ruit suā,
Vim temperatam di quoque provehunt
In majus* (Hor. Od. 3, 4, 65).
9. Nullum majus boni imperii instrumentum, quam boni amici (Tac. Hist. 4, 7).
10. Nil consuetudine majus (Ov. A. A. 2, 345).

11. Nullum justae actionis praemium majus est, quam justum esse (Sen.).
12. Ubi paria sunt periculum ac praemium, et secundis rebus amplior est fructus, et adversis solacium majus (Curt. 9, 6, 10).
13. *Crescentem sequitur curā pecuniam Majorumque fames* (Hor. Od. 3, 16, 17).
14. Ad majorum navium multitudinem idoneus portus (Caes. B. G. 4, 20, 4).
15. Voluptates, blandissimae dominae, majoris partis animos a virtute detorquent (Cic. Off. 2, 10, 37).
16. *Omnia post obitum fingit majora vetustas. Majus ab exsequiis nomen in ora venit* (Prop. 4, 1, 23).

152.

1. *A bove majori discit arare minor* (Bind. 1).
2. *Sapiens uno minor est Jove, — dives, Liber, honoratus, pulcher, rex denique regum, Praecipue sanus, nisi quum pituita molestā est* (Hor. Ep. 1, 1, 107).
3. Non minor voluptas percipitur ex vilissimis rebus. quam ex pretiosissimis (Cic. Fin. 2, 28, 91).
4. Punctum est, quod vivimus, et adhuc puncto minus (Sen. Ep. 49, 3).

153.

1. Non qui parum habet, sed qui plus cupit, pauper est (Sen. Ep. 2, 6).
2. Qui multum habet, plus cupit (Sen. Ep. 119, 6).
3. Fortuna plus humanis consiliis pollet (Liv. 44, 40, 3).
4. In infamia plus poenae ducimus, quam in morte (Quint. 6, 2, 23).
5. Innocentiae plus periculi, quam honoris est (Sall. Jug. 31).
6. Ajunt, homines plus in alieno negotio videre, quam in suo (Sen. Ep. 109, 16).
7. Plus in amicitia valet similitudo morum, quam affinitas (Nep. 25, 5, 3).
8. Neque habet plus sapientiae, quam lapis (Pl. Mil. 236).
9. Plus oportet scire servum, quam loqui (Pl. Mil. 476).
10. *Plus in amore valet virtus, quam forma caduca, Virtute et forma conciliatur amor* (Bell. 153).
11. „Ergo“, inquit Epicurus, „dolor diuturnus habet laetitiae plus, quam molestiae“ (Cic. Tusc. 2, 19, 44).
12. Nullum adolescentem plus amo (Plaut. Merc. 540).
13. An parum habet, qui tantum non alget, non esurit, non sitit? Plus Juppiter non habet (Sen. Ep. 119, 7).
14. Plus vident oculi, quam oculus (Erasm. 2, 91).
15. Plus student in calicibus, quam in codicibus (B. 506).

16. In omni certamine, qui opulentior est, etiam si accipit injuriam, tamen, quia plus potest, facere videtur (Sall. Jug. 10, 7).
17. HesiöduS, dimidium plus esse toto, dicit (Gell. 18, 2).

154.

1. Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem (Pl. Truc. 2, 6, 8 = 489).
2. *Pluris opes nunc sunt, quam prisci temporis annis* (Ov. Fast. 1, 197).
3. Agere considerate pluris est, quam cogitare prudenter (Cic. Off. 1, 45, 160).
4. *Successus improborum plures allicit* (Phaedr. 2, 3, 7).
5. Morbi perniciosiores pluresque animi, quam corporis (Cic. Tusc. 3, 3, 5).
6. *Qui ulcisci dubitat, improbos plures facit* (Syr. 571).
7. Non aqua, non igni, ut ajunt, pluribus locis utimur, quam amicitia (Cic. Lael. 6, 22).
8. Una silva elephantis pluribus sufficit; homo et terra et mari pascitur (Sen. Ep. 60, 2).
9. Solere ajunt reges barbaros Persarum ac Syrorum plures uxores habere (Cic. Verr. 3, 33, 76).
10. Jam proci complures filiam meam ambiunt sponsam (Erasm. 1, 16).
11. Scio, fures esse hic complures (Pl. Aul. 718).
12. Certum signum est infirmitatis — pluribus indigere (Ap. Met. = H. 15).
13. Plura consilio, quam vi, perficimus (Tac. Ann. 2, 26).
14. *Semper plura bonis mala sunt et tristia laetis* (Bell. 191).
15. Plura loquuntur juvenes, utiliora senes (Erasm.).
16. Plura faciunt homines e consuetudine, quam e ratione (Riley, 333).

НЕДОСТАТОЧНЫЕ СТЕПЕНИ СРАВНЕНИЯ (§ 121—123).

155.

1. Incuria sequens prioris providentiae beneficia corrumpit (Apul. Met. = H. 172).
2. Non omnia apud priores meliora (Tac. Ann. 3, 55).
3. *Ut unda impellitur unda,
Urgeturque prior veniente, urgetque priorem,
Tempora sic fugiunt pariter pariterque sequuntur,
Et nova sunt semper* (Ov. Met. 15, 181).
4. Nulla tam familiaris est infelicibus patria, quam solitudo et status prioris oblivio (Curt. 5, 5, 11).
5. *Discipulus est prioris posterior dies* (Syr. 143).
6. Posterioris cogitationes sapientiores esse solent prioribus (Cic. Phil. 12, 2, 5).

7. Culpā, quam poenā, tempore prior; emendāri, quam peccare, posterius est (Tac. Ann. 15, *20, 12).
8. Pauci prudentiā honestā ab deterioribus, utilia ab noxiis discernunt; plures aliorum eventis docentur (Tac. Ann. 4, 33).
9. In melius adversā, in deterius optatā flectuntur (Sen. N. Q. 3, praef. 8).
10. Semper apud sollicitos in deterius pronā persuasio est (Quint. Decl. 11, 3 = p. 261 Lemaire).
11. *Video meliora proboque; Deteriōra sequor* (Ov. Met. 7, 20).
12. Omne futurum incertum est et ad deteriōra certius (Sen. Ad. Marc. 23, 1).
13. Vestis, ut neminem reddit meliōrem, ita nullum reddit deteriōrem (Erasm. 2, 257).
14. *Nam vitā morti propior est cotidie* (Phaedr. 3, 20, 10).
15. Tunicā propior pallio est (Pl. Trin. 5, 2, 30 = 1154).
16. Genu crure propius (B. 1237).

156.

1. *Durum est negare, superior quum supplicat* (Syr. 167).
2. Cum pare contendere anceps est, cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum (Sen. Ira 2, 34, 1).
3. Indignum est a pari vinci, indignius ab inferiore.
4. Crocodilis superior pars corporis durā et impenetrabilis est etiam majorum animalium dentibus; at inferior mollis et tenērā (Sen. N. Q. 4, 2, 14).
5. Curio copias ex locis superioribus in campum deducit (Caes. B. C. 2, 40, 4).
6. Appellatione parentis non tantum pater, sed etiam avus et proavus et deinceps omnes superiores continentur, sed et mater et avia et proavia (Gajus, Digest. 50, 16, 51).
7. Honestā mors turpi vitā potior (Tac. Agr. 33).
8. Reipublicae commoda privatis necessitudinibus habent potiora (Caes. B. C. 1, 8, 3).
9. Quieto servitio potior est periculosa libertas.
10. Et ventis et fulminis ocior alis (V. Aen. 5, 319).

СТЕПЕНИ СРАВНЕНИЯ, ОПИСАННЫЕ ЧЕРЕЗ *magis* (§ 124—125).

157.

1. *Liliā non dominā sunt magis albā meā* (Prop. 2, 3, 10).
2. Amicus Plato, sed magis amica veritas (K. 108).
3. *Quid magis est durum saxo? quid mollius undā*
Durā tamen molli saxa cavantur aquā (Ov. A. A. 1, 475).
4. Rubrum mare procellōsum, aspērum, profundum et magnum animalium magis, quam ceterā, capax (Mela 3, 1 = p. 656 Nisard).

158.

1. Perniciosissimum in omni quidem vitā, quod nimium, praecipue tamen corpōri (Plin. N. H. 11, 53, 284).
2. Firmissimā est inter pares amicitia; inter dominum et servum nullā amicitia est (Curt. 7, 8, 27).
3. Minus intervalli a beato ad beatissimum restat, quam a misero ad beatum (Sen. Ep. 92, 15).
4. Tutissimum est fortunam raro experiri (Sen. Tranq. 13, 2).
5. Unus dies hominum eruditorum plus patet, quam imperitis longissimā aetas (Sen. Ep. 78, 28).
6. Nedum hominum humilium, sed etiam amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate a plerisque probari solent (Cic. Att. 9, 7 A, 1).
7. Stultior stultissimo (Pl. Amph. 907).
8. Doctior doctissimo (Serv. in Donat. p. 431, 7).
9. *Aevo rarissimā nostro simplicitas* (Ov. A. A. 1, 241).
10. *Causā latet, vis est notissimā* (Ov. Met. 4, 287).
11. Etiam sapientibus cupido gloriae novissimā exultur (Tac. Hist. 4, 6).
12. *Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos; Nunc frondent silvae, nunc formosissimus annus* (Verg. Ecl. 3, 56).
13. Amor et melle et felle est fecundissimus (Plaut. Cistell. 69).
14. *Lex mortis legum lex est certissimā* (Bell. p. 69).
15. *Mors incertarum rerum certissimā* (Bell. p. 76).
16. Injustissimum est justitiae mercēdem quaerere (Cic. Leg. 1, 18, 49).
17. Infirmissimum est adversus viros fortes telum (Curt. 4, 14, 13).
18. Voluptates; blandissimae dominae, majōris partis animos a virtute detorquent (Cic. Off. 2, 10, 37).
19. Nihil scire est vitā jucundissimā (Riley 265).
20. Hierosolimā — longe clarissimā urbium orientis, non Judaeae modo (Plin. N. H. 5, 14, 70).
21. Tritā viā omnium tutissimā (Bind. 3347).
22. Omnium non bipedum solum, sed etiam quadrupedum impurissimus (Cic. Dom. 18, 48).
23. Euripides jucundissimum esse ait scire, Aristoteles autem discere (Mureti Or. 11 = vol. 2, p. 101).
24. Vides, doctrinam ac virtutem tutissimas esse divitias (Erasm. 1, 13).
25. Salve, vir ornatissime, clarissime. — Salve, tu quoque, bone vir (Erasm. 1, 3).
26. Pax vel injusta utilior est, quam justissimum bellum (Cic. Att. 7, 14, 3).
27. Feles est animal quadrupes, domesticum, acutis unguibus, mirā velocitate oculisque etiam noctu cernentibus praeditum, muribus et avibus infestissimum (Forcellini in v. Feles).

28. Lucius Philippus — vir patre, avo, majoribus suis dignissimus (Cic. Phil. 3, 10, 25).
29. Galli gallinacei terrori sunt etiam leonibus, ferarum generosis-simis (Plin. N. H. 10, 21 (24), 47).
30. Sallustius, auctor certissimus, assêrit, tam Tigris, quam Euphrâ-tis, in Armenia fontes demonstrari (Sall. Fragm. hist. 4, 52).
31. Quis nescit, primam hominis aetâtem laetissimam omnibusque gratissimam esse? (Erasm. 2, 305).
32. Dentium, oculorum, aurium dolor acutissimus est (Sen. Ep. 78, 9).
33. Luxuria quum omni aetâti turpis, tum senectûti foedissimâ est (Cic. Off. 1, 34, 123).
34. Subsidium bellissimum existimo esse senectûti otium (Cic. De or. I, 60, 255).

159.

1. *Gravissimum est imperium consuetudinis* (Syr. 230).
2. Vitâ rusticâ et honestissimâ et suavissimâ est (Cic. Rosc. Am. 17, 48).
3. Fortissimi viri et milites strenuissimi ex agricolis gignuntur (Cato ap. Plin. N. H. 18, 5, 26).
4. Modus — iudex omnium rerum utilissimus (Plin. N. H. 18, 6, 37).
5. Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet, et frequentis-simum initium calamitatis est securitas (Vell. 2, 118, 2).
6. Genus egestatis gravissimum est — in divitiis inopes (Sen. Ep. 74, 4).
7. *Quid agis, dulcissime rerum?* (Hor. Sat. 1, 9, 4).
8. Famulus amantissimus domini est canis (Colum. 7, 12 = p. 357 Nisard).
9. Res omnium rerum nocentissima est calumnia (Erasm.).
10. Eruditio ac virtus aditum habent difficilem, sed fructum dul-cissimum (Plin.).
11. Multi levissimam delectatiōnem gravissimae utilitâti antepōnunt (Cic.).
12. Corpus tenuissimâ de causâ saepe conficitur (Cic. Harusp. resp. 39).
13. Regulus — omnium bipedum nequissimus (Plin. Epist. 1, 5, 14).
14. Odia conjunctissimorum gravissima (Bind. 2356).
15. Cur avunculus meus, vir innocentissimus, in exilio est? (Cic. N. D. 3, 32, 80).
16. Praestantissimâ omnium feminarum — uxor tuâ (Cic. Fam. 5, 8, 2).
17. Homini cibus utilissimus simplex (Plin. N. H. 11, 117, 282).
18. Brevissimâ ad divitias per contemptum divitiarum viâ est (Sen. Ep. 62, 3).
19. Ut in corporibus, sic in imperio gravissimus est morbus, qui a capite diffunditur (Plin. Ep. 4, 22, 7).

160.

1. *Miserrimum est arbitrio alterius vivere* (Syr. 406).
2. *Ocūli et vestigia domīni — res agro saluberrimae* (Colum. R. R. 4, 18).
3. *Virtūtis uberrimum alimentum est honos* (Val. Max. 2, 6, 5).
4. *Acerrimum sapōre ac saluberrimum corpōri — sināpi* (Plin. N. H. 19, 54, 170).
5. *Tib. Sempronius Gracchus — longe tum acerrimus juvēnum* (Liv. 37, 7, 11).
6. *Proletarii erant pauperrimi homines in plebe Romāna* (Forcellini in v. Proletarius).
7. *Aquam salūbrem aēris quam simillimam esse oportet. Aquarum salubrium sapor odorve nullus esse debet* (Plin. N. H. 31, 22, 37).
8. *Sunt et ova ovorum et apes apium simillimae* (Cic. Ac. 2, 17, 54).

ПРЕВОСХОДНАЯ СТЕПЕНЬ. НЕДОСТАТОЧНЫЕ СТЕПЕНИ СРАВНЕНИЯ
(§ 119—120).

161.

1. *Usus magister est optimus* (Cic. Rabir. 4, 9).
2. *Ubi omnis vitae metus est, mors est optima* (Syr. 691).
3. *Optimi mortalium altissima cupiunt* (Tac. Ann. 4, 39).
4. *Amor magister est optimus* (Plin. Ep. 4, 19, 4).
5. *Optimus pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate discedit* (Sen. Tranq. 8, 9).
6. *In plerisque rebus mediocritas optima est* (Cic. Off. 1, 36, 130).
7. *Optimum est aliēnā insaniā frui* (Plin. N. H. 18, 5, 31).
8. *Studia vel optimarum rerum sedātā tamen et tranquillā esse debent* (Cic. Tusc. 4, 25, 55).
9. *Veterrimus homini optimus est amicus* (Pl. Truc. 174).
10. *Notā malā res optimā est* (Pl. Trin. 1, 2, 25 = 61).
11. *Animus aequae optimum est aerumnae condimentum* (Pl. Rud. 402).
12. *Probitas pudorque virgini dos optima est* (Ter. ap. Ossude).
13. *In omnem vitam unguento abstinēmus, quoniam optimus odor in corpore est nullus* (Sen. Ep. 108, 16).
14. *Mediocritas regula optima est* (Cic. Off. 2, 59).
15. *Fames est optimus coquus* (Riley 120).
16. *Bene audire est optimum patrimonium* (Bind. 325).
17. *Divitiae non semper optimis contingunt* (Bind. 823).
18. *Optimum condimentum fames* (Bind. 2432).
19. *Libertas, leges et pax sunt optima dona* (Bell. p. 69).
20. *Diluculum est totius diei pars optima* (Erasm. 2, p. 141).
21. *Salvare jubeo spectatores optimos* (Pl. Cas. 1).
22. *Cur mel et vinum diversis aetatibus habentur optima: mel, quod recentissimum, vinum, quod vetustissimum?* (Macrob. Sat. 7, 12, 9).

23. In dolii medio vinum est optimum. Atqui in vita prima pars, adulescentiã, est optima (Erasm. 2, p. 143).
24. Senatōres — optimi viri, senãtus — mala bestia.
25. Domus amicã — domus optimã (Riley 90).

162.

1. Pessimus pudor est vel parsimoniae vel paupertatis (Liv. 34, 4, 12).
2. Malum consilium consultori est pessimum (Gell. 4, 5, 2).
3. *A radice mälã nascuntur pessimã mälã* (Bell. p. 5.).

163.

1. Puncto saepe temporis maximarum rerum momenta vertuntur (Liv. 3, 27, 7).
2. Omnia sunt faciliora, quam peccãti dolor, qui et maximus est et aeternus (Cic. Att. 11, 15, 2).
3. Diligentiã — maximum etiam mediöcris ingenii subsidium (Sen. Controv. 3, prooem. 7).
4. *Iniquã raro maximis virtutibus Fortünã parcit* (Sen. H. F. 325).
5. Omnibus in rebus voluptatibus maximis fastidium finitimum est (Cic. De or. 3, 25, 100).
6. Diuturnitas maximos luctus vetustãte tollit (Cic. Fam. 5, 16, 5).
7. *Iracundiam qui vincit, hostem supërat maximum* (Syr. 282).
8. Maximum remedium irae morã est (Sen. Ira 2, 29, 1).
9. *Hic fossã est ingens, hic rupes maximã: serva!* (Hor. Sat. 2, 3, 59).
10. Concordiã parvae res crescunt, discordiã maximae dilabuntur (Sall. Jug. 10, 6).
11. Fortünã vim maximam habere dicitur (Cic. Parad. 5, 1, 34).
12. Pecuniam in loco negligere maximum interdum est lucrum (Ter. Ad. 216).
13. De parvã scintillã maxima saepe incendiã concitantur (Hieron. = O. 312).
14. Maximum fortasse omnium, ut dicitur, principium, quare et difficillimum (Boeth. Comment. in. Cic. Top. = O. 287).
15. Amicum perdere est damnorum maximum (Syr. in Nisardi editione, p. 766).
16. Utilitas commünis societãtis maximum vinculum est (Liv.).
17. Maximum animal terrestre est elëphas (Plin.).
18. Cupiditatibus imperare maximum imperium est, servire — gravissimã servitus (Sen.).
19. Urbs Syracusae maximã est Graecarum, pulcherrima omnium (Cic. Verr. 4, 52, 117).
20. Juppiter a majoribus nostris dicitur „optimus maximus“, et quidem ante „optimus“, id est beneficentissimus, quam „maximus“, quia majus est certeque gratius prodesse omnibus, quam opes magnas habere (Cic. N. D. 2, 25, 64).

21. Curarum maxima nutrix nox (Ov. Met. 8, 81).
22. Gratus animus est virtus non solum maximā, sed etiam mater omnium virtūtum reliquarum (Cic. Planc. 33, 80).
23. Externus timor maximum concordiae vinculum (Liv. 2, 39, 7).
24. *Maximo periculo custoditur, quod multis placet* (Syr. 360).
25. Contentum, suis rebus esse maximae sunt certissimaeque divitiae (Cic. Parad. 6, 3, 51).
26. Maxima bona sunt virtus ac pietas ac mors praeclārā (Plin. N. H. 15, 18, 378).
27. Dentium dolor maximis tormentis adnumerari potest (Cels. 6, 9 = p. 245, 32).
28. Maximas poenas pendo temeritatis meae (Cic. Att. 11, 8, 1).
29. Nilus — annium, in Nostrum mare permeantium, maximus (Mela, 1, 9, 49).
30. Maximo in discrimine respublicā versatur (Cic. Ep. ad Brut. 1, 12, 1).

164.

1. Ex minimis morum sumere signa licet (Varr. Sent. 98).
2. In maximā fortūnā minimā licentiā est (Sall. Cat. 51, 13).
3. Ex malis eligere minimā oportet (Cic. Off. 3, 1, 3).
4. Non est minimum in vita hominis negligere minimā (Sext. 10).
5. Minimis rebus exasperari insaniā est (Sen.).
6. Ubi maximā spes, ibi minimā spes (B. 3383).
7. Non offenditur, immo delectatur, Venus perjuriis inter amantes frequentibus. Quare vero? Quoniam pejurantes in rebus amatoriis, similes puëris, minimum mentis habent (Desprez annot. ad Hor. C. 2, 8, 13).
8. In fidibus musicorum aures vel minimā sentiunt (Cic. Off. I, 41, 146).
9. Rerum natura nusquam magis, quam in minimis, totā est (Plin. N. H. 11, 2, 4).
10. *Is minimo eget mortālis, qui minimum cupit* (Sen. Ep. 108, 11 = Syr. 316).
11. Maximis minimisque corporibus par est dolor vulneris (Sen. Tranq. 8, 2).
12. Homines prudentissimi intelligunt, neminem ne minimum quidem maleficium sine causa admittere (Cic. Rosc. Am. 26, 73).

165.

1. Homini plurimā ex homine sunt malā (Plin. N. H. 7, praef., 5).
2. Valet in consiliis auctoritas plurimum (Quint. 3, 8, 12).
3. Plagā caeli ad robur non tantum corporum, sed etiam animorum plurimum valet (Veget. De re milit. 1, 2).
4. *In rebus dubiis plurimi est audaciā* (Syr. 280).
5. *Plurimā virtūti laus est, sed praemiā nullā* (Bell. p. 111).
6. Inter plurima maximaque vitia nullum est frequentius, quam ingrati animi (Sen. Ben. 1, 1, 2).

7. Dominus videt plurimum in rebus suis (Phaedr. 2, 8, 28).
8. Fortunā plurimum potest quum in reliquis rebus, tum praecipue in bello (Caes. B. C. 3, 68, 1).
9. Corruptissimā republicā plurimae leges (Tac. Ann. 3, 27).
10. Salvēre Hegiōnem plurimum jubeo (Ter. Ad. 460).
11. Habet quidem loci mutatio voluptatis non nihil; longinquae vero peregrinationes, ut prudentiam addunt fortasse, ita plurimum habent periculorum (Erasm. 1, p. 246).
12. Infantiam et pueritiam vagitus, lacrimae, imbecillitas, nullus nec rationis nec corporis usus, dolores molestiaeque quam plurimae amplectuntur ([Cic.] Consol. 3, 8).
13. Nihil est tam populāre, quam bonitas, nullā de virtutibus tuis plurimis nec admirabilior nec gratior misericordiā est (Cic. Lig. 12, 37).
14. Oratorum genus quum in omnibus libēris civitatibus, tum praecipue Athēnis, ubi oratio plurimum pollet, favōre multitudinis alitur (Liv. 31, 44, 3).
15. Plerosque secundae res in miserationem ex ira vertunt (Sall. Hist. 1, 41, 5).

НЕДОСТАТОЧНЫЕ СТЕПЕНИ СРАВНЕНИЯ. ПРЕВОСХОДНАЯ СТЕПЕНЬ
(§ 121—123).

166

1. Voluptātem anīmi nimiam summum esse errorem arbitror (Trabea apud Cic. Tusc. 4, 15, 35 = Diehl p. 86).
2. Plerumque in summo pericūlo timor misericordiam non recipit (Caes. B. G. 7, 26).
3. Saepe summa ingenia in occulto latent (Pl. Capt. 1, 2, 62 = 165).
4. *Stultitiam simulare loco prudentiā summā est* (Dion. Cat. 2, 19).
5. Mors repentinā est summā vitae felicitas (Plin. N. H. 7, 53, 180).
6. Pietātis summum primumque munus est rempublicam ut domum paternam diligere et avitam (Amm. Marc. 17, 6, 9).
7. Summa scelera incipiuntur cum pericūlo, peraguntur cum praemio (Tac. Ann. 12, 67).
8. Summum jus — summā injuriā (Cic. Off. 1, 10, 33).
9. Etiam invidiā, tanquam ignis, summā petit (Liv. 8, 31, 7).
10. Intactā invidiā mediā sunt; ad summā ferme tendit (Liv. 45, 35, 5).
11. Usque ab unguicūlo ad capillum summum est festivissimā (Pl. Epid. 623).
12. Duci majorum rerum contemplatiōne ad cupiditatem scientiae summorum virorum est (Cic. Fin. 5, 18, 49).
13. Multā curā summo imperio inest, multi ingentes labōres (Sall. Hist. 2, 41, 14).
14. In summo est res discrimīne (Caes. B. G. 6, 38, 2).
15. *Optima sunt homini mediocria: summā periculis Obviā* (Bell. p. 103).
16. Amorem deum qui non summum putat, aut stultus aut rerum est imperitus (Caecilius ap. Cic. Tusc. 32, 68 = Diehl p. 65).

17. *Jus summum saepe summā est malitiā* (Ter. He. 4, 5, 47 = 796).
18. *Et jam summā procul villarum culmīna fumant;*
Majoresque cadunt altis de montibus umbrae (V. Ecl. 1, 83).
19. *Feriantque summos fulgūra montes* (Hor. C. 2, 10, 11).
20. *Summum decus matrōnae est morigēram esse suo conjūgi* (Erasm. 1, p. 182).
21. *Cur oleum, quod in summo est, — vinum, quod in medio, — mel, quod in fundo, optima esse creduntur?* (Macrob. Sat. 7, 12, 13).
22. *Summam prudentiam simulatiōne stultitiae tegere* (Cic. Brut. 14, 53).
23. *Montibus in summis pecōra inter vivēre praestat,*
Quam stollidos inter caelicōlum domibus (Carmen veterum Indorum = Korsch, Stephanus, p. 12).

167.

1. *Suprēmum vale* (Ov. M. 10, 62).
2. *Dicique beātus*
Ante obtum nemo supremāque funēra debet (Ov. M. 3, 136).
3. *Multā cadunt inter callcem supremāque labra* (Gell. 13, 17, 3 = Erasmi Adagia 865).
4. *Imā tenent pacem, perflant altissimā venti* (Bell. 57. Ov. R. A. 369).
5. *Nonne ab imis unguibus usque ad verticem summum ex fraude et mendaciis constare totus videtur?* (Cic. Rosc. Com. 7, 20).
6. *Flammā fumo est proximā. Fumo combūri nil potest, flammā potest* (Pl. Curc. 1, 1, 53 = 53).
7. *Urticae proximā saepe rosā est* (Ov. R. A. 46).
8. *Aedificare domos et corpora pascere multa*
Ad paupertatem proximus est aditus (B. 83 = Anthol. Pal. 10, 119).
9. *Acerrima proximorum odia* (Tac. Hist. 4, 70).
10. *Tullus Hostilius non solum proximo regi dissimilis, sed ferocior etiam Romūlo fuit* (Liv. 1, 22).
11. *Tuā res agitur, paries quum proximus ardet* (Hor. Ep. 1, 18, 84).
12. *Omnium rerum est mors extremum* (Cic. Fam. 6, 21, 1).
13. *A vertice, ut ajunt, ad extremum unguem* (Hieron. = O. 355).
14. *Extremā sunt vitiōsā* (B. 1052).
15. *Februarius — mensis extremus anni* (Cic. Leg. 2, 21, 54).
16. *Implger extremos currit mercator ad Indos* (Hor. Ep. 1, 1, 45).
17. *Nullum vocabulum neutrum comparativum, numero pluralivo, casu recto, ante extremum a habet i litteram, sicuti: meliora, majora, graviora* (Gell. 5, 21).
18. *In extremo ponte turrim constituit* (Caes. B. G. 6, 29, 3).
19. *Desperatione ultimā in furem animus impellitur* (Sen. Controv. 9, 6, 1 = p. 438, 12).
20. *Malorum ultimum est — malā suā amare* (Sen. Ep. 39, 6).
21. *Quum ultimī discriminis tempus adventat, in sollicitudinem vertitur fiducia* (Curt. 3, 8, 20).

22. Spes est ultimum adversarum rerum solacium (Sen. Controv. 5, 1 = p. 272, 23).
23. Ultimum omnium mors est (Curt. 5, 9, 7).
24. Mors ultimă lineă rerum (Hor. Ep. 1, 16, 79).
25. *Principium fervet, medium tepet, ultimă frigent* (B. 2654).
26. Mors optimă rapit, deterrimă relinquit (B. 1892).

ПРЕВОСХОДНАЯ СТЕПЕНЬ, ОПИСАННАЯ ЧЕРЕЗ *maxime* ИЛИ ОБРАЗОВАНАЯ ПОСРЕДСТВОМ ПРИСТАВОК *per* И *prae* (§ 124, 125, 127).

168.

1. Et delinquere humanum est, et hominis maxime proprium ignoscere (Fronto, Ad L. Ver. Aug. 5, 11).
2. Memoria — necessarium maxime vitae bonum (Pl. N. H. 7, 24, 88).
3. Caeli miră temperies, verno tepori maxime similis (Curt. 4, 7, 17).
4. Est hominum naturae maxime inimică crudellitas (Cic. Off. 3, 11, 46).
5. Est clementiă omnibus quidem hominibus secundum naturam, maxime tamen decora imperantibus (Sen. Clem. 1, 5).
6. Blanditiae — maxime ad muliebrem ingenium efficaces preces sunt (Liv. 1, 9, 16).
7. Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt (Cic. Sen. 17, 59).
8. Praeposteris utimur consiliis (Cic. Lael. 22, 85).
9. *Dicere perfacile est, opus exercere molestum* (Bell. p. 23).

НАРЕЧИЯ

ОТ ПРИЛАГАТЕЛЬНЫХ (§ 129—136).

169.

1. Nihil recte sine exemplo docetur aut discitur (Colum. R. r. 11, 1).
2. *Avarus, nisi quum moritur, nil recte facit* (Syr. 23).
3. *Aut virtus nomen inane est, Aut decus et pretium recte petit experiens vir* (Hor. Ep. 1, 17, 41).
4. „Metus hostium“ recte dicitur et quum timent hostes et quum timentur (Gell. 9, 12).
5. Nec enim tam stultus eram tamque vere asinus (Apul. Met. 10, 13).
6. *Aurea sunt vere nunc saecula* (Ov. A. 2, 277).
7. Vere dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutuum magistratum (Cic. Leg. 3, 1, 2).
8. Nunquam edepol temere tinnit tintinnabulum (Pl. Trin. 1004).
9. Omnino irasci amicis non temere soleo, ne si merentur quidem (Cic. Phil. 8, 5, 16).
10. Nihil aequae vel augetur cura, vel negligentia intercidit, ac memoria (Quint. 11, 2, 40).
11. *Labitur occulte fallitque volatilis aetas, Et nihil est annis velocius* (Ov. M. 10, 519. A. 1, 8, 49).

12. Qui timide rogat, docet negare (Sen. Phaedra, 593).
13. Asiae primā pars Aegyptus. Terrā expers imbrium; mire tamen fertillis, et hominum aliorumque animalium perfecunda generātrix (Mela 1, 9, 49 = p. 609 Nisard).
14. In aurem utramvis otiose dormire (Ter. Heaut. 342).
15. Tempus actiōnis opportunum latine appellatur occasio (Cic. Off. 1, 40, 142).
16. Festina lente (K. 793).
17. *Divitiae grandes homini sunt vivere parce*
Aequo animo: neque enim est unquam penuriā parvi (Lucr. 5, 1117).
18. *Imprōbe Neptūnum accūsāt, qui itērum naufragium facit* (Syr. 324 = Gell. 17, 14, 4 = Macr. Sat. 2, 7).
19. *Qui bibit immodice, vina venēna bibit* (Bell. p. 121).
20. Facis jucunde, quod non solum plurimas epistolās meas, verum etiam longissimas flagitās (Plin. Ep. 9, 2).
21. Nemini credo, qui large blandus est dives paupēri (Pl. Aul. 2, 2, 19).
22. Rarum et insolitum est, femīnam scire latine (Erasm. 1, 272).
23. Non enim tam praeclārum est scire latine, quam turpe nescire (Cic. Brut. 37, 140).
24. *Ille dolet vere, qui sine teste dolet* (Mart. 1, 33, 4).
25. Valent pueri; studiōse discunt (Cic. Ep. ad Quint. fr. 3, 3, 1).
26. In Caesāre est mitis clemensque naturā; accēdit, quod mirifice ingeniis excellentibus delectatur (Cic. Fam. 6, 6, 8).

170.

1. Inōpi beneficium bis dat, qui dat celeriter (Syr. 266).
2. Nihil caute simul et celeriter geri potest (B. 2076).
3. Dulcēdo vitae multā et facere et pati turpiter cogit (Val. Max. 2, 6, 12).
4. Molliter vivit (Sen. Ep. 82, 2).
5. Medici leviter aegrotantes leniter curant; gravioribus autem morbis periculōsas curatiōnes et ancipites adhibere coguntur (Cic. Off. 1, 24, 83).
6. Leviter saucius (Cic. Inv. 2, 51, 154).
7. *Crescit uvā molliter,*
Et puellā crescit;
At poēta turpiter
Sitiens canescit (Carmen scholasticum).
8. Feliciter sapit, qui aliēno periculō sapit (O. 14).
9. Fortunā nunquam simpliciter indulget (Curt. 4, 14, 19).
10. *Quam pulchrum est hominem pariter doctum esse probumque* (Bell. 120).
11. Venit mors velociter (Carmen scholasticum).
12. Jovem unum omnium deorum et hominum regem esse, omnes docti indoctique pariter consentiunt (Cic. Reip. 1, 36, 56).
13. Cum corpore unā crescere sentimus pariterque senescere mentem (Lucr. 3, 446).

171.

1. De suis homines laudibus libenter praedīcant (Caes. B. C. 2, 39).
2. Fere libenter homines, quod volunt, credunt (Caes. B. G. 3, 18, 2).
3. Omnis benignitas propērat, et proprium est libenter facientis — cito facere (Sen. Ben. 2, 5, 4).
4. *Lucretium Catullumque et Propertium, Tibullum Horatiumque amo; Nasōnem amo unice, multosque alios amo Vates Latinos, ac lego Saepe et libenter. Vergilium autem sic amo Venerorque, ut aequae neminem* (Parnasse latin moderne, p. 70).
5. Magnā est admiratio copiōse sapienterque dicentis (Cic. Off. 2, 14, 48).
6. Agēre considerāte pluris est, quam cogitare prudenter (Cic. Off. 1, 45, 160).
7. Dii boni! Ut sapit Eubūlus, ut prudenter consūlit, ut videt omnia (Acolastus 217).
8. *Pars hominum vitis gaudet constanter* (Hor. Sat. 2, 7, 6).
9. Valetudinem tuam cura diligenter (Cic. Fam. 16, 10).
10. Mater irātā est patri vehementer (Pl. Merc. 923).
11. *Verum, Gallice, non libenter audis* (Mart. 8, 76, 8).
12. Erras et vehementer erras (Sen. Controv. 9, 5 (28), 3 = p. 431, 3).

НАРЕЧИЯ НА -о (§ 131).

172.

1. Raro simul hominibus bonā fortunā bonaque mens datur (Liv. 30, 42, 15).
2. Honōres mutant mores, sed raro in meliores (B. 1336).
3. Loquacitas raro caret mendacio (B. 1692).
4. Cito inarescit lacrimā, praesertim in aliēnis malis (Cic. Part. orat. 17, 57).
5. Beneficium est, si cito negas, quod petitur (B. 333).
6. Malā herbā cito crescit (B. 1758).
7. Pulchre mones, sed sero (Erasm. 1, 181).
8. Sero venientibus ossa (B. 3092).

НАРЕЧИЯ, НЕПРАВИЛЬНО ОБРАЗОВАННЫЕ (§ 134).

173.

1. Nemini nimium bene est (Diehl p. 97).
2. Nihil est difficilius, quam bene imperare (Vopisc. Aur. 43, p. 532).
3. Non vivēre bonum est, sed bene vivēre (Sen. Ėp. 70, 4).
4. De mortuis aut bene, aut nihil.
5. *Non bene conveniunt nec in una sede morantur Majestas et amor* (Ov. M. 2, 846).
6. *Non bene olet, qui bene semper olet* (Mart. 2, 12, 4).

7. Neque enim minus laudis est aliquando bene fugere, quam fortiter pugnare (Erasm. 1, 44).
8. Bene audire est optimum patrimonium (B. 325).
9. Nil bene pauper agit (B. 2084).
10. Vivitur parvo bene. (Hor. C. 2, 16, 13).
11. *Libros, qui bene discit, amat* (Bell. 216).

174.

1. Per metum male rem gerit (Pl. Aul. 248).
2. Male audire plerumque iudicium nimiam severitas solet (Quint. Decl. 300 = p. 203 Lemaire).
3. *Naufragium rerum est mulier male fide marito* (Anthol. 716, 6).
4. Honesta consilia vel turpia, prout male aut prospere cedunt, ita vel probantur vel reprehenduntur (Plin. Ep. 5, 9, 7).
5. *Male imperatur, quum regit vulgus duces* (Sen. Oct. 579).
6. *Male facere qui vult, nunquam non causam invenit* (Syr. 370).
7. *Male secum agit aeger, medicum qui heredem facit* (Syr. 366).
8. Male cuncta ministrat impetus (Stat. Theb. 10, 704).
9. *Medico male est, si nemini male est* (B. 1819).

НАРЕЧИЯ на *-ter* и *-e* (§ 129, 133, 134).

175.

1. Mulier es: audacter juras (Pl. Amph. 836).
2. Aliter vestitur Hispanus, aliter Italus, aliter Gallus, aliter Germanus, aliter Graecus, aliter Turca (Erasm. 1, 268).
3. Adolescentium animi, molles aetate, dolis haud difficulter capiuntur (Sall. Cat. 14, 5).
4. Aliter loqueris, aliter vivis (Sen. Vita beata 18, 1).
5. Bonae facile mutantur in pejus (Quint. 1, 1, 5).
6. Quod nimis miseri volunt, facile credunt (Sen. Herc. fur. 313).
7. Solent pares facile congregari cum paribus (Amm. Marc. 28, 1, 53).
8. Proba merx facile emptorem reperit (Pl. Poen. 342).
9. *Labimur in vitium et facile ad pejora movemur* (Bell. p. 68).
10. *Facile omnes, quum valemus, recta consilia aegrotis damus* (Ter. Andr. 2, 1, 9 = 309).
11. *Non facile de innocente crimen fingitur* (Syr. 466).
12. *Qui nimium militis „non amo“ dicit, amat* (Ov. R. A. 648).
13. Vilde tuas litteras nunc exspecto (Cic. Att. 9, 18, 4).
14. Nemo potest valde dolere et diu (Sen. Ep. 78, 7).

СРАВНИТЕЛЬНАЯ СТЕПЕНЬ (§ 135).

176.

1. Validius bonos inhihet pudor, quam metus (Quint. 9, 2, 76).
2. Homines amplius oculis, quam auribus credunt (Sen. Ep. 6, 5).

3. *Saeuius ventis agitatur ingens
Pinus, et celsae graviore casu
Decidunt turres* (Hor. C. 2, 10, 9).
4. *Quod licet, ingrātum est; quod non licet, acrius urit* (Ov. Am. 2, 19, 3).
5. *In rebus acerbis
Acrius advertunt animos ad religionem* (Lucr. 3, 53).
6. Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet, et frequentissimum initium calamitatis est securitas (Vell. 2, 118, 2).
7. *Nunquam facilius culpā, quam in turba, latet* (Syr. 472).
8. Nihil facilius, quam lacrimae inarescunt (Quint. 6, 1, 27).
9. Facilius conualescit puer vel adulescens, quam senior (Cels. 5, 26, 6).
10. Nihil est tam volūcre, quam maledictum, nihil facilius emittitur, nihil citius excipitur, latius dissipatur (Cic. Planc. 23, 57).
11. *Turpius ejicitur, quam non admittitur, hospes* (Ov. Tr. 5, 5, 13).
12. Segnius homines bonā, quam malā, sentiunt (Liv. 30, 21, 6).
13. Regum majestas difficiliter ab summo fastigio ad medium detrahitur, quam a mediis ad imā praecipitatur (Liv. 37, 45, 18).
14. Facilius in morbos incidunt adulescentes, gravius aegrotant (Cic. Sen. 19, 67).

177.

1. Bellum cupidius, quam felicius, gerere (Just.).
2. Aquilā nullā avis volat vehementius (Plin.).
3. Canis timīdus vehementius latrat, quam mordet (Curt. 7, 4, 13).
4. Nullā res multitudinem efficacius regit, quam superstitio (Curt. 4, 10, 7).
5. Omnes libentius reprehensionem aliorum, quam laudes, excipiunt (Facciolati, Orat. p. 471).
6. *Qui metuit calamitatem, rarius accipit* (Syr. 546).
7. Nihil lacrimā citius arescit (Ad Her. 2, 31, 50 = Cic. Inv. 1, 56, 109).
8. *Citius venit periculum, quam contemnitur* (Syr. 104).
9. Inter pares quoque annos citius feminā senescit, neque amatur anus uxor, nisi memoriā (Quint. Decl. 306 = p. 230 Lemaire).
10. *Serius aut citius sedem properamus ad unam* (Ov. M. 10, 33).
11. Nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri potest (Cic. De or. 1, 28, 128).
12. Citius repentinus oculorum tumor sanatur, quam diuturnā lippitudo depellitur (Cic. Tusc. 4, 37, 81).
13. Velocius et citius nos corrumpunt vitiorum exempla domestica (Juv. 14, 31).

СРАВНИТЕЛЬНАЯ СТЕПЕНЬ (§ 136).

178.

1. Aliēnā melius vident homines et dijudicant, quam suā (Ter. Heaut. 3, 1, 94 = 503).

2. Est proverbium, balbum melius balbi verba cognoscere (Hieron. = O. 53).
3. Si jam melius vales, vehementer gaudeo (Cic. Att. 4, 14, 1).
4. *Semper plus metuit animus ignotum malum* (Syr. 644).
5. Unus dies hominum eruditorum plus patet, quam imperitis longissimā aetas (Sen. Ep. 78, 28).
6. Multo plus intellegitur, quod oculis videtur, quam quod aure percipitur (Hieron. = O. 251).
7. Scutum, gladium, galeam in onere nostri milites non plus numerant, quam umeros, lacertos, manus. Arma enim membra militis esse dicunt (Cic. Tusc. 2, 16, 37).
8. Fortunā plus consiliis humanis pollet (Liv. 44, 40, 3).
9. Frontem domini plus prodesse, quam occipitium, non mentiuntur (Plin. N. H. 18, 5, 31).
10. Omne, quod rarum est, plus appetitur (Hieron. = O. 294).
11. Inhumana crudelitas, perfidia plus, quam Punica, nihil veri, nihil sancti, nullus deorum metus, nullum jusjurandum, nulla religio (Liv. 21, 4, 9).
12. Plus oculis suis amare (Catull. 3, 5).

179.

1. Non minus magna virtus est scire desinere, quam scire dicere (Sen. Contr. 9, 5 (28), 17 = p. 437, 15).
2. Non minus principi turpia sunt multa supplicia, quam medico multa funera (Sen. Clem. 1, 24, 1).
3. In omnibus fere minus valent praecepta, quam experimenta (Quint. 2, 5, 15).
4. Nunquam plus ago, quam nihil quum ago; nunquam minus solus sum, quam quum solus sum (Cic. Reip. 1, 17, 27).
5. Magnorum virorum non minus praesentia est utilis, quam memoria (Sen. Ep. 102, 30).
6. Non minus est imperatoris consilio superare, quam gladio (Caes. B. C. 1, 72, 2).
7. Nullius rei minus diuturna est gratia, quam libertatis (Liv. 39, 26, 13).
8. Domum suam coercere plerisque haud minus arduum est, quam provinciam regere (Tac. Agr. 19).
9. Nihil minus populare, quam regnum est (Liv. 6, 19, 7).
10. Nusquam minus, quam in bello, eventus respondent (Liv. 30, 30, 20).

180.

1. *Nil magis amat cupiditas, quam quod non licet* (Syr. 430).
2. Magis deos miseri, quam beati colunt (Sen. Contr. 8, 1 = p. 380, 23).
3. Nullum clementiam ex omnibus magis, quam regem aut principem decet (Sen. Clem. 1, 3, 3).
4. Vindictam nemo magis gaudet, quam feminam (Juv. 13, 191).

5. Naturāle est magis novā, quam magnā, mirari (Sen. N. Q. 7, 1, 4).
6. Nihil magis facit iracundos, quam educatio mollis et blandā (Sen. Ira 2, 21, 6).
7. Nullā res magis anīmos in pararvum inclinābles revocat ad rectum, quam bonorum virorum conversatio (Sen. Ep. 94, 40).
8. Praeteritā magis reprehendi possunt, quam corrigi (Liv. 30, 30, 7).
9. *Non equidem invideo; miror magis* (V. Ecl. 1, 11).
10. Rerum naturā nusquam magis, quam in minimis, totā est (Pl. N. H. 11, 2, 4).
11. Fortes non modo fortunā adjūvat, ut est in vetere proverbio, sed multo magis etiam ratio (Cic. Tusc. 2, 4, 11).
12. Curatio funēris, condicio sepultūrae, pompae exsequiarum magis sunt vivorum solacia, quam subsidia mortuorum (Riley 68).
13. Non nascitur ex malo bonum, — non magis, quam ficus ex oleā (Sen. Ep. 87, 25).
14. Mulier muliēri magis congruit (Ter. Phorm. 793)½

181.

1. *Omnia prius experiri, quam arma, sapientem decet* (Ter. Eun. 4, 7, 19).
2. *Quum accūsas alium, propriam prius inspice vitam* (Cato, Monost. 41).
3. *Diversos diversā juvant: non omnibus annis Omnia conveniunt, res prius aptā nocet* (Maximian. El. 1, 103 = Poëtae lat. min., v. 5, p. 321).
4. Ebrietas hilārem unius horae insaniam longi temporis taedio saepius pensat (Sen. Ep. 59, 15).
5. Constāt, gloriā multo saepius simulatiōne virtūtis, quam verā virtute parari (Osorius, De Gloria 1, 7).
6. Saepius penuriā, quam pugnā, consūmit exercitum, et ferro saevior fames est (Veget. 3, 3).
7. Anīmus parātus ad pericūlum, si suā cupiditate, non utilitate commūni impellitur, audaciae potius nomen habet, quam fortitudinis (Cic. Off. 1, 19, 63).
8. Propius quidem est a sole mons, quam campus aut vallis, sed sic, quomodo est pilus pilo crassior (Sen. N. Q. 4, 11, 5).
9. Potius sero, quam nunquam (Liv. 4, 2, 11).
10. Caprae potius silvestribus saltibus delectantur, quam pratis (Varr. R. R. 2, 3, 6).

ПРЕВОСХОДНАЯ СТЕПЕНЬ (§ 135—136).

182.

1. Araneus telas muscis in parietibus latissime pandit (Plin. N. H. 29, 87).
2. Homines impudentissime mentiuntur (Cic. Cluent. 62, 174).
3. Lacrimae celerrime inarescunt (H. 218).

4. Omne bellum sumitur facile, ceterum aegerrime desinit (Sall. Jug. 83, 1).
5. Facillime tenera concitantur ingenia ad honesti rectique amorem (Sen. Ep. 108, 12).
6. Pares cum paribus, vetere proverbio, facillime congregantur (Cic. Sen. 5, 7).
7. Verae amicitiae difficillime reperiuntur (Cic. Lael. 17, 64).
8. Vir optimus difficillime alios esse improbos suspicatur (Cic. Quint. fr. 1, 1, 12).
9. Nihil minus expedit, quam agrum optime colere (Cato apud Plin. N. H. 18, 5, 36).
10. Doctrinae studia et optime felicitatem extollunt, et facillime minuunt calamitatem (Sen.).
11. *Avldum esse oportet neminem, minime senem* (Syr. 35).
12. Oratorem irasci minime decet, simulare non dedecet (Cic. Tusc. 4, 25, 55).
13. In Aegypto minime odorati flores, quia nebulosus et roscidus aer est a Nilo flumine (Plin. N. H. 21, 18, 36).
14. Omnes stulti sunt sine dubio miserrimi, maxime quod stulti sunt (Cic. N. D. 1, 9, 23).
15. *Semper consilium tunc deest, quum est opus maxime* (Syr. 642).
16. Virtus maxime illustratur magnis in rempublicam meritis (Cic. Fam. 10, 12, 5).
17. Nulli jactantius maerent, quam qui maxime laetantur (Tac. A. 2, 77, 6).
18. Vinum aegrōtis prodest raro, nocet saepissime (Cic. N. D. 3, 27, 69).
19. Frons, oculi, vultus persaepe mentiuntur, oratio vero saepissime (Cic. Quint. fr. 1, 1, 5).
20. Praepropere ante victoriam canis triumphum (Erasm. 1, 40).

МЕСТОИМЕНІЯ.

1. МЕСТОИМЕНІЯ ЛИЧНЫЕ (§ 137—140).

183.

1. Ego cogito, ergo sum (Cartesius = K. 618).
2. Alter ego (K. 94).
3. Non ego omnino lucrum omne esse utile homini existimo (Pl. Capt. 2, 2, 75 = 325).
4. Miser nemo est aequae, atque ego (Acolastus 1091).
5. Eques Romanus es? Et ego regis filius (Petr. 57).
6. Ego virtute deum (= deorum) et majorum nostrum (= nostrorum) dives sum satis (Pl. Aul. 2, 1, 44 = 166).
7. Ego senex a juvene paratus sum doceri (Augustin. Ep.).

184.

1. *Crede mihi: miseros prudentiam primam relinquit* (Ov. Pont. 4, 12, 47).

2. Proximus sum egomet mihi (Ter. Andr. 4, 1, 12 = 636).
3. Nihil mihi videtur turpius, quam optare mortem (Sen. Ep. 117, 22).
4. *Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires* (Prop. 4, 10, 3).
5. Meā mihi conscientiā pluris est, quam omnium sermo (Cic. Att. 12, 28, 2).
6. Dulce amarumque unā nunc misces mihi (Pl. Pseud. 1, 1, 63 = 63).
7. Sed mihi crede: venēnum sub melle latet (Hieron. = O. 218).
8. *Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque* (Ov. A. A. 3, 653).
9. Vicinus mihi malus est. Ecce rem vere malam (Querol. 1, 2, p. 14, 24 Peip.).
10. Respublicā mihi vitā est meā carior (Cic. Fam. 10, 12, 5).
11. Mihi ante oculos dies noctesque versaris (Cic. Fam. 14, 2).
12. *Vir mihi semper abest*
Monstrāque terribiles persequiturque feras (Ov. Her. 9, 33).
13. *Heu mihi! Difficile est imitari gaudia falsa!*
Difficile est tristi fingere mente jocum! (Tib. 3, 6, 33).
14. *Ei mihi, quod nullis amor est sanabilis herbis!* (Ov. Met. 1, 523).
15. *Mors est jam requies, vivere poenā mihi* (Maximianus, Eleg. 1, 4 = Poëtae lat. min., v, 5, p. 316).
16. *Militat omnis amans et habet sua castra Cupido;*
Attice, crede mihi, militat omnis amans (Ov. Am. 1, 9, 1).
17. Nihil est, mihi crede, virtūte formosius, nihil pulchrius, nihi amabilius (Cic. Fam. 9, 14, 4).
18. Vae miserāe mihi (Pl. Merc. 681).
19. Ei miserō mihi (Pl. Aul. 2, 2, 24).
20. Ad portum propèro, nam ibi mihi negotium est (Pl. Merc. 326).
21. Mihi exiguum vitae tempus supèrest (Liv. 3, 71, 8).
22. Mihi nullius noxae conscius sum (Liv. 3, 67, 1).
23. Tuae littèrae mihi gratae jucundaeque sunt (Cic. Att. 7, 17, 1).
24. Mihi tua salus et tranquillitas mirabiliter cordi est (Sadoletus, Epist. p. 160).
25. Sunt mihi nummi, est supellex, sunt vina, sunt familiāres, sunt granaria plena (Wimpfelingius, Stylpho, p. 9, v. 31).
26. Non temere est, quod corvus cantat mihi nunc ab laeva manu (Pl. Aul. 4, 3, 1 = 624).
27. Da mi, optimā femīnā, manum (Pl. Aul. 2, 1, 15 = 135).
28. Adulescentes mihi mori sic videntur, ut quum aquae multitudīne flammae vis opprimitur (Cic. Sen. 19, 71).
29. Paupertas mihi gravis est (Sen. De remed. fort. 10, 1).
30. Ubi mihi est filius? (Pl. Ba. 244).
31. Nunc meā mater irāta est mihi (Pl. Cist. 101).
32. Prae laetitia lacrimae prosiliunt mihi (Pl. Stich. 466).

185.

1. Nudo detrahère vestimenta me jubes (Pl. Asin. 1, 1, 79 = 92.)
2. Amariorem me senectus facit. Stomāchor omnia (Cic. Att. 14, 21, 3).

3. *Urit me Glycērae nitor,*
Splendentis Pario marmōre purius (Hor. C. 1, 19, 5).
4. Hominem me putas, an beluam? (Hieron. = O.56).
5. *Oceāni fluctūs me numērare jubes* (Mart. 6, 34, 2).
6. Me omnino lapidem, non hominem putas (Ter. Hec. 214).
7. Cotidie non desinis in viam me veram inducere et oculos mihi aperire, ut vulgo dicitur (Fronto p. 56 Nab. = O.251).
8. *Cur me querēlis exanimas tuis?* (Hor. C. 2, 17, 1).
9. Sed me verā pro gratis loqui necessitas cogit (Liv. 3, 68, 9).
10. Est mihi jucundā in malis, et gratā in dolore vestrā erga me voluntas (Cic. Catil. 4, 1, 1).
11. Di me servant (Pl. Merc. 966).
12. Sequere me! (Pl. Merc. 961).
13. Sanus tu non es, qui furem me vocas (Pl. Aul. 769).
14. Omnes noti me atque amici deserunt (Ter. Eun. 238).
15. Num igitur me cogis etiam fabulis credere? (Cic. Div. 2, 55, 113).
16. Tulliae meae morbus et imbecillitas corporis me exanimat (Cic. Att. 11, 6, 4).
17. In maximis meis doloribus excruciat me valetudo Tulliae nostrae (Cic. Fam. 14, 19).
18. Juva me consilio, si potes (Cic. Att. 7, 21, 3).
19. Apud me, ut apud bonum iudicem, argumenta plus, quam testes, valent (Cic. Reip. 1, 38, 59).
20. Si me dillgis, postridie Calendas cena apud me cum Pilia (Cic. Att. 4, 12).
21. Aut libris me delecto, aut fluctūs numero (Cic. Att. 2, 6, 1).
22. Non me arbitratur militem, sed mulierem (Pl. Ba. 4, 8, 4 = 845).
23. Quum mentior, et mentiri me dico, mentior, an verum dico? (Gell. 18, 2).
24. *Et mihi res, non me rebus subjungere conor* (Hor. Ep. 1, 1, 19).
25. Iniquus es in me iudex (Cic. Fam. 2, 1, 1).
26. Meā uxorcūlā, cur virum tuum sic me spernis? (Pl. Cas. 5, 2, 37 = 916).
27. *Vitas hinnuleo me similis, Chloë* (Hor. Od. 1, 23, 1).
28. Me ad cenam voca (Ter. Phorm. 1052).
29. Neque miser me commovere possum prae formidine (Pl. Amph. 337).

186.

1. *Homo sum: humāni nil a me aliēnum puto* (Ter. Heaut. 1, 1, 25 = 77).
2. Omnia mecum porto meā (Cic. Parad. 1, 1, 8).
3. Non homines habitare mecum mihi videntur, sed sues (Pl. Stich. 64).
4. Nemo mortālis me miserior est (Berger, Phraseol. p. 104).
5. In me omnis spes mihi est (Ter. Ph. 1, 2, 89 = 139).
6. Mater tuā et soror a me Quintoque fratre diligitur (Cic. Att. 1, 8, 1).

7. Nihil est in me ināne; sed tamen omnium ordlnum consensus, gratiarum actio gratulatioque me commövet (Cic. Brut. 1, 3, 2).
8. Nemo me minus timīdus, nemo tamen cautior (Cic. Phil. 12, 10, 24).

187.

1. *Dat Galēnus opes, dat Justiniānus honores,
At nos grammatīci turbā misellā sumus* (Bell. p. 21).
2. *Quum recessum frigōris
Nuntiat hirundo,
Terrā ornatur floribus
Et multo decōre,
Nos honestis moribus
Et multo labōre* (Carmen medii aevi).
3. Nemo nostrum non peccat: homines sumus, non dei (Petron. 75).
4. Patriā commūnis est parens omnium nostrum (Cic. Catil. 1, 7, 17).

188.

1. *Aliēnā nobis, nostrā plus aliis placent* (Syr. 28).
2. Vitia nobis cum virtūtum nomine obrēpunt (Sen. Ep. 45, 7).
3. *Simiā quam simllis turpissimā bestiā nobis!* (Ennius apud Cic. N. D. 1, 35, 97 = Diehl p. 48).
4. Vitā est nobis aliēnā magistrā (Dion. Cato 3, 13).
5. Laboribus vendunt dei nobis omnia bona (Priscian. Praeexercit. p. 432, 23 K.).
6. Luce sunt clariora nobis tua consilia omnia (Cic. Catil. 1, 3, 6).
7. Noster minime nobis injucundus est labor (Cic. Fin. 1, 1, 3).
8. Neque enim solum nobis divītes esse volūmus, sed libēris, amicis, propinquis, maximeque reipublīcae: singulorum enim facultātes et copiae divitiae sunt civitātis (Cic. Off. 3, 15, 63).
9. Non tam imperio nobis opus est, quam exemplo: quippe infidēlis recti magister est metus; melius homines exemplis docentur (Plin. Paneg. 45, 6).
10. *Fellces frustra nobis promittimus annos:
Semper enim curae tristitiaequae premunt* (B. 1111).
11. Est ager sub urbe hic nobis (Pl. Trin. 508).
12. Atque ego ne utīlem quidem arbltror esse nobis futurarum rerum scientiam (Cic. Div. 2, 9, 22).
13. Cur perdis adolescentem nobis? Cur amat? Cur potat? (Ter. Ad. 1, 1, 36 = 61).
14. Imagīnes nobis amicorum absentium jucundae sunt (Sen. Ep. 40 init.).
15. Fateor, insltam esse nobis corporis nostri caritātem (Sen. Ep. 14, 1).

189.

1. Di nos quasi pilas homines habent (Pl. Capt. 22).
2. Nostrum officium nos facere aequum est (Pl. Stich. 1, 1, 7 = 7).

3. Nos quoque senes est aequum senibus obsēqui (Ter. Heaut. 419).
4. *Vitae summā brevis spem nos vetat inchoare longam* (Hor. C. 1, 4, 15).
5. Ama nos et vale (Cic. Fam. 16, 8, 2).
6. Sperare nos amici jubent (Cic. Fam. 14, 1, 2).
7. Sedēmus desides domi, mulierum ritu, inter nos altercantes (Liv. 3, 68, 8).
8. *Vēnit mors velociter, Rapit nos atrociter* (Carmen scholasticum).
9. Scribis de Caesaris summo in nos amore (Cic. Epist. ad Quint. fr. 3, 1, 9).
10. Antonius majora in nos, quam in hostem, supplicia meditatur (Cic. Phil. 11, 1, 3).
11. Omnium magnarum artium, sicut arborum, altitudo nos delectat, radices stirpesque non item (Cic. Orat. 43, 147).

190.

1. Nobiscum versari jam diutius non potes (Cic. Cat. 1, 5, 10).
2. Nobiscum nec animo est nec corpore (Cic. Phil. 12, 9, 23).

191.

1. *Tu mihi curarum requies, tu nocte vel atrā Lumen et in solis tu mihi turbā locis* (Tib. 4, 13, 11).
2. Tu quoque, Brute (K. 2796).
3. Malā tu es bestiā (Pl. Bacch. 55).
4. Tam ego homo sum, quam tu (Pl. Asin. 490).
5. Homo ego sum, tu homo es (Pl. Trin. 447).
6. Tu me opērā, consilio, gratiā juva (Cic. Att. 3, 11, 2).
7. Tu mi (= mihi) es tutor (Pl. Aul. 430).
8. Tu, quaeso, crebro ad me scribe (Cic. Att. 7, 10).
9. Tu, Caesar, civitatem dare potes hominibus, verbo non potes (Suetonius, De ill. gramm. 22).
10. De malis nostris tu prius audis, quam ego (Cic. Att. 7, 21, 1).
11. *Tu mihi solā places* (Prop. 2, 7, 19).
12. Quid tu es tristis? (Pl. Cas. 2, 2, 6). †
13. Dionysium nostrum et tu multum amas, et ego omnium plurimum (Cic. Fam. 12, 24, 3).
14. Et tu littēras scis, et ego (Petron. 10).
15. Catōnem nostrum non tu amas plus, quam ego (Cic. Att. 2, 1, 8).
16. Deos esse tui similes putas? (Pl. Amph. 284).

192.

1. *Vive tibi et longe nomīna magna fuge* (Ov. Tr. 3, 4, 4).
2. Hodie mihi, cras tibi (Eccl. 38, 22 = Hb. 654).

3. Praecilium tibi commendo unice, tui necessarii, mei familiarissimi, viri optimi filium (Cic. Fam. 13, 15, 1).
4. Paetum, ut et meum amicum, et tuā dignum amicitia, tibi commendo (Cic. Fam. 13, 13, 1).
5. Totum hominem tibi trado de manu, ut ajunt, in manum tuam (Cic. Fam. 7, 5, 3).
6. Somnium narrat tibi (Pl. Amph. 2, 2, 106 = 738).
7. *Dum primi floret tibi temporis aetas, Utēre!* (Tib. 1, 8, 47).
8. *Ignōtum tibi tu noli praeponere notis* (Dion. Cato, 1, 32).
9. *In morte alterius spem tu tibi ponere noli* (Dion. Cato, 1, 19).
10. *Si tibi parva est res, est tibi magna quies* (B. 3138).
11. *Cur tibi tam levis est, cur tam jucundā senectus?* (Bell. p. 20).
12. *Vive sine invidia, mollesque inglorius annos Exige, amicitias et tibi junge pares* (Ov. Tr. 3, 4, 43).
13. Opto tibi reditum incolūmem (Erasm. 1, 5).
14. Opto tibi noctem placidam, pater (Erasm. 1, 5).
15. Gratulamur tibi felicem reditum (Erasm. 1, 6).
16. Longe hinc fuge, mi fili, si modo tuā tibi cordi est salus (Acolastus, 178).
17. (In avarum). *Ferreā cistā — auri custos tibi; ferreā portā; Ferreā totā domus; ferreus est dominus* (Owen = Eclōgae poëtarum latinorum recentioris aevi, p. 170).
18. Terentiā tibi salutem dicit (Cic. Att. 2, 7, 5).
19. Tam mihi meā vitā, quam tuā tibi carā est (Pl. Cas. 3, 6, 28 = 756).
20. Nullus locus tibi dulcior esse debet patriā (Cic. Fam. 4, 9, 3).
21. Aliis si licet, tibi non licet (Ter. Heaut. 797).
22. *Num, tibi quum fauces urit sitis, aurea quaeris Pocūla?* (Hor. Sat. 1, 2, 114).

193.

1. Te totum caelestium arbitrio permitte (Val. Max. 7, 2, ext. 1).
2. Nosce te (Cic. Tusc. 1, 22, 52).
3. Non intelligis, te latērem lavare? (Sen. Contr. 10, 11 = p. 465, 2).
4. Te tanquam oculos amat (Pl. Mil. 184).
5. Magis te, quam oculos, nunc ego amo meos (Ter. Ad. 702).
6. Restim tu tibi cape crassam ac suspende te (Pl. Pers. 815).
7. Satis jam spectatā erga te amicitia est meā (Ter. Andr. 820).
8. Multo satius est paucis te auctoribus tradere, quam errare per multos (Sen. Tranq. 9, 4).
9. Te metuunt omnes cives tui (Cic. Catil. 1, 7, 17).
10. Certum est mihi, quasi umbrā, te semper sequi (Pl. Cas. 91).
11. O salve, Pamphile: ad te advenio, spem, salutem, consilium, auxilium expētens (Ter. Andr. 2, 1, 19 = 318).
12. Salvum te advenire gaudemus (Erasm. 1, 6).
13. Jubeo te bene valere (Erasm. 1, 5).
14. Nostri omnes te salutant (Mureti Ep. 1, 27).

15. Tua voluntas erga me meaque erga te par atque mutua (Cic. Att. 16, 16, 3).
16. Te rideo tuasque contemno minas (Euricius Cordus, Epigr. 86, ed. Krause).
17. *Frustra ego te laudo, frustra me, Zoile, laedis:
Nemo mihi credit, Zoile, nemo tibi* (Buchananus = Eclögae poetarum latinorum recentioris aevi, p. 121).
18. *Desine jam frustra, mater mea, desine fletu
Te miseram totos exagitare dies* (Anthol. lat. 1370 Meyer).
19. *Te tero, Romae, manu nudae, date tela, latete* (Versus jocosus: te te ro ro ma ma nu nu da da te te la la te te).
20. Jubeo te salvare plurimum (Acolastus 528).
21. Domus te nostram totam salutem (Cic. Att. 4, 12).
22. Quia mi est natalis dies, propterea te vocare ad me ad cenam volo (Pl. Capt. 1, 2, 71 = 174).
23. Move te, oro, ocius, mea nutrix (Ter. Eun. 5, 3, 3 = 912).
24. Volo, te uxorem domum ducere (Pl. Aul. 2, 1, 29 = 149).
25. *Tunc igitur demens, nec te mea cura moratur?
An tibi sum gelidam vilior Illyria?* (Prop. 1, 8, 1—2).
26. Paucis te volo (Ter. Andr. 1, 1, 2).

194.

1. Incredible est omnium civium odium in Antonium; magna spes in te et in tuo exercitu, magna expectatio (Cic. Fam. 10, 5, 3).
2. *Plus aliis de te, quam tu tibi credere noli* (Dion. Cato 1, 14).
3. Laetus sum, laudari me abs te, pater (Naevius apud Cic. Tusc. 4, 31, 67 = Diehl p. 13).
4. Omnibus invisam est stolidae jactantiam mentis:
Dum de te loqueris, gloriam nullam tuam est (Bell. p. 102).
5. Male de te opinantur homines, sed mali. Malis autem displicere est laudari (Sen. De moribus 40).
6. Potare ego hodie, Euclio, tecum volo (Pl. Aul. 3, 6, 33 = 569).
7. *Nec tecum possum vivere, nec sine te* (Mart. 12, 47, 2).

195.

1. Vos valet et plaudite (Ter. Heaut. 5, 5, 23).
2. Nec minus liber sum, quam vos (Petron. 117).
3. Republicam vos vestris umbris sustinetis (Cic. Flacc. 37, 94).
4. *Vos exemplaria Graecae
Nocturnam versate manu, versate diurnam* (Hor. A. P. 268).
5. Beate vivere alii in alio, vos in voluptate ponitis (Cic. Fin. 2, 27, 86).
6. Vos, Quirites, quoniam jam est nox, in vestra tecta discedite (Cic. Catil. 3, 12, 29).
7. Precor omnia laeta vobis omnibus (Erasm. 1, 4).
8. Vobis vestrisque liberis ignoscitis facile, patres conscripti (Liv. 25, 6, 9).
9. *Non nostrum inter vos tantas componere lites* (V. Ecl. 3, 108).

10. Video, vos esse viros bonos (Erasm. 1, 261).
11. Dionysius te omnesque vos salutāt (Cic. Att. 4. 11, 2).
12. Minor est plumarum variētas in avibus, quam in vobis cultus (Erasm. 1, 268).
13. De vobis ac de vestris libēris cogitate (Cic. Catil. 4, 1, 1).
14. *Spes et Fortuna, valete,
Nil mihi vobiscum; ludificate alios* (Carm. lat. epigr. Bueche-
ler, Nr. 1498).

2. МЕСТОИМЕНІЯ ВОЗВРАТНЫЕ (§ 141—144).

196.

1. Nemo non benignus est sui iudex. (Sen. Ben. 2, 26, 1).
2. Magnum est imperium sui (Plin. N. H. 35, 10, 86).
3. Stultus et imprōbus sui amor est (Sen.).

197.

1. Multi ob similitudīnem morum aliēna malefacta sibi objectari putant (Tac. Ann. 4, 33).
2. *Sibi non cavēre et aliis consilium dare
Stultum est* (Phaedr. 1, 9, 1).
3. *Nocentem qui defendit, sibi crimen parit* (Syr. 458).
4. Sibi imperare maximum imperium est, sibi servīre — gravissimā servītus (Sen. Ep. 113, 30).
5. Familiāre est hōminibus omnia sibi ignoscēre, nihil aliis remit-
tere (Vell. 2, 30, 3).
6. *Stultum imperare reliquis, qui nescit sibi* (Syri append. 278,
v. 1).
7. Ex aliis sumēre exemplum sibi (Ter. Ad. 416).
8. Lacrīmis opplet os totum sibi (Ter. Heaut. 306).
9. Sibi parat malum, qui altēri parat (B. 3141).
10. Sibi bene facit, qui bene facit amico (Erasm. 1, 22).
11. In bello nemo sibi non vidētur Hercūles (Erasm. 1, 14).
12. Molesta senectus non jam aliis modo, verum etiā sibi in-
visa (Erasm. 2, 306).
13. Liberālis est, qui, quod altēri donat, sibi detrahīt (Sen. Clem.
1, 20, 3).

198.

1. Non est miser, nisi qui se esse credit (miserum) (Varr. Sent.
96).
2. Timīdus vocat se cautum, parcum sordidus (Syri append. 116).
3. *Non est beātus, esse se qui non putat* (beātum) (Sen. Ep.
9, 21).
4. Bonos omnes inter se oportet amicos esse (Apul. De phil. mor.
p. 168-b Nisard).
5. *Se damnat iudex, innocentem qui opprimit* (Syr. 662).

6. Innocentiā per se valet (Quint. Decl. 268 = p. 104 Lemaire).
7. Plerique senes onus se Aetnā gravius dicunt sustinere (Cic. Sen. 2, 4).
8. Difficile est se noscere (Auson. Id. 3, 19).
9. Inflat se tanquam rana (Petron. 74).
10. Saepe curas omittit familiāres, qui se aliēnis negotiis intendit (Tac. Ann. 11, 7, 5).
11. *Malus, bonum ubi se simulat, tunc est pessimus* (Syr. 351).
12. Ferae inter se placidae sunt morsuque similium abstinent (Sen. Ira 2, 8, 3).
13. Homines inter se studiis, moribus, omni vitae ratione differunt (Cic. Fragm. = vol. IV, p. 982 Orelli).
14. Cetera animantia in suo genere probe degunt. Leonum feritas inter se non dimicat; serpentium morsus non petit serpentes. At, hercule, homini plurima ex homine sunt mala (Plin. N. H. 7, 1, § 5).
15. *Vir sapiens, qui se ad casus accomodat omnes* (Bell. p. 167 = = Bind. 3562).
16. *Fortior est, qui se, quam qui fortissimā vincit Moenia* (Bell. p. 48).
17. Omnes mortales sese laudatier (= laudari) optant (Enn. Annal. = = Diehl p. 31).
18. Homo, nisi magnā sapientiā praeditus, vix facile sese regionibus officii magnis in fortunis et copiis continet (Cic. Leg. agr. 2, 35, 97).
19. Nimiā laetitiam saepe in maerorem se vertit ("Hermes", p. 206).
20. Caprae inter se cornibus pugnant (Varr. R. R. 2, 3, 8).
21. *Dum sese egregium Sapidus putat esse potam, Desipit, et Sapidus nil magis insipidum* (Parnasse latin moderne, par Brunel, p. 44).
22. Si virtutes pares sunt inter se, paria esse etiam vitia, necesse est (Cic. Parad. 3, 1, 21).
23. *Indicā tigris agit rabidā cum tigride pacem Perpetuam; saevis inter se convenit ursis* (Juv. 15, 163).
24. Me ad se ad cenam vocat (Plaut. Stich. 511).
25. Insaniā scire se non potest, — non magis, quam caecitas se videre (Apul. Magia, 80).
26. Ad malum malae res plurimae se adglutinant (Plaut. Aul. 801).
27. Plerique (Gallorum), quum aut aere aliēno, aut magnitudine tributorum, aut injuriā potentiorum premuntur, sese in servitūtem dicant nobilibus (Caes. B. G. 6, 13, 2).

199.

1. *Homo doctus in se semper divitias habet* (Phaedr. 4, 22, 1).
2. Nimiā omnia nimium exhibent negotium hominibus ex se (Pl. Poen. 1, 2, 28 = 239).
3. *Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se* (King 1788).
4. *In nullo avārus bonus est, in se pessimus* (Syr. 265).
5. *Nil habet infelix paupertas durius in se,*

- Quam quod ridiculos homines facit* (Juv. 3, 152).
6. *Justitiā in sese virtutes continet omnes* (Bell. p. 68).
 7. *Male secum agit aeger, medicum qui heredem facit* (Syr. 366).
 8. *Multā ferunt anni venientes commōdū secum;
Multā recedentes admunt* (Hor. A. P. 175).
 9. *Nemo potest de se recte judicare* (Lactant. 1, 3, c. 4 = p. 117 Gersdorf).
 10. *Solent enim subita consilia ducere secum comitem praesentem paenitentiam* (Acolastus, 161—5).
 11. *Hominem prae se neminem putat* (Cic. R. A. 46, 135).

3. МЕСТОИМЕННИЯ УКАЗАТЕЛЬНЫЕ (§ 148—153).

Местоимение *ille* (§ 150).

200.

1. *Ille magnus et nobilis est, qui, more magnae ferae, latratūs minutorum canum secūrus exaudit* (Sen. Ira 2, 32, 3).
2. *Non est magni animi, qui de aliēno liberalis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahīt* (Sen. Clem. 1, 20, 3).
3. *Beātus ille, qui procul negotiis,
Ut prisca gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis* (Hor. Epod. 2, 1).
4. *Ille dolet vere, qui sine teste dolet* (Mart. 1, 34, 4).
5. *Ille mi par esse deo videtur,
Ille (si fas est) superare divos,
Qui, sedens adversus, identidem te
Spectat et audit,
Dulce ridentem* (Catull. 51, 1).
6. *Ille terrarum mihi praeter omnes
Angūlus ridet* (Hor. C. 2, 6, 13).
7. *Alteram ille amat sorōrem, ego alteram* (Pl. Ba. 719).
8. *Felix ille tamen corvo quoque rarior a bo* (Juv. 7, 202).
9. *Sidere pulchrior ille est* (Hor. C. 3, 9, 21).
10. *Nam vitis nemo sine nascitur; optimus ille est,
Qui minimis urgetur* (Hor. Sat. 1, 3, 63).
11. *Reus in angusti facile est contemnere vitam;
Fortiter ille facit, qui miser esse potest* (Mart. 11, 56, 15).
12. *Ignavia corpus hebetat, labor firmat; illa matūram senectutem,
hic longam adulescentiam reddit* (Cels. 1, 1).
13. *At tu, dum primi floret tibi temporis aetas,
Utēre: non tardo labitur illā pede* (Tib. 1, 8, 47).
14. *Vos enim, juvēnes, animum geritis muliebrem, illā virgo — viri* (Diehl p. 92).
15. *Jam illā cupiditas honoris quam durā est dominā!* (Cic. Parad. 5, 3, 40).
16. *Illā (nec invideo) fruītur meliore marito* (Ov. Her. 2, 79).
17. *Illud falsum est, quod vulgo audio dici, diem adimere aegritudinem hominibus* (Ter. Heaut. 421).

18. Et illud veri simillimum est, lacrimas celerrime inarescere (Quint. Decl. 438 = p. 338 Lemaire).
19. Verum est illud, quod vulgò dicitur, mendācem memōrem esse oportēre (Quint. 4, 2, 91).
20. Praeceptum illud omnium in anlmis esse debet: n̄hil in bello oportēre contemni (Nep. 8, 2, 3).
21. Quam illud iter jucundum esse debet (Cic. Tusc. 1, 40, 96).

201.

1. A natura non deerrare et ad illius legem exemplumque formari sapientiā est; beāta est ergo vita — conveniens naturae suae (Sen. Vit. beat. 3, 3).
2. *Pharmācā das aegrōto; aurum tibi porrigit aeger; Tu morbum curas illius; ille tuum* (Owen, Epigr. 1, 21 Ad pauperem medicum = K. 2098).
3. Ego sum illius mater (Pl. Cist. 745).
4. Nunquam ex animo meo discēdit illius optimi atque invictissimi viri memoriā (Cic. Reip. 6, 9).
5. Venter praecepta non audit: poscit, appellat; non est tamen molestus creditor: parvo dimittitur, si modo das illi, quod debes, non quod potes (Sen. Ep. 21, 11).
6. Mortuo qui mittit munus, nil dat illi, sibi admit (Syr. 355).
7. Instruere inter concordantes odia, sollemnis erat illi (= Philippo) consuetūdo (Just. 9, 8, 9).
8. Illi nobile nomen, laus rei militāris maxima (Nep. 1, 8, 4).
9. Illi nudus est capillo vertex, ulcerōsā facies (Tac. A. nn. 4, 57, 11).
10. *Lesbiā mi, praesente viro, mala plurima dicit: Haec illi fatuo maximā laetitiā est. Mule, nihil sentis* (Catull. 83, 1—3).
11. Naturā tu illi pater es, consiliis ego (Ter. Ad. 126).
12. Haec quum illi dico, tibi dico (Ter. Ad. 96).
13. Quid igitur censes? Apim illum, sanctum Aegyptiorum bovem, nonne deum videri Aegyptiis? (Cic. N. D. 1, 29, 82).
14. Naturam sequentibus omnia facilia et expedita sunt; contra illam nitentibus non aliā vitā est, quam contra aquam remigantibus (Sen. Ep. 122, 19).
15. Fortūnam insānam esse et caecam et brutam perhibent philosophi, saxoque illam instare in globōso praedicant volubili (Pacuv. in Rhet. ad Her. 2, 23, 35 = D'ehl p. 57).
16. Tu voluptate fruēris, ego utor. Tu illam summum bonum putas, ego nec bonum (Sen. Vita beata, 10, 3).
17. Videsne navem illam? (Cic. Acad. 2, 25, 81).
18. Verum illud, Chremes, dicunt: "jus summum saepe summā est malitia" (Ter. Heaut. 795).
19. De humāno genere melius meretur, qui ridet illud, quam qui luget (Sen. Tranq. 15, 2).
20. Pomponium Atticum sic amo, ut alterum fratrem; nihil est illo mihi nec carius nec jucundius (Cic. Fam. 13, 1, 5).

202.

1. Justā ab injustis petēre insipientiā est;
Quippe illi inīqui jus ignōrant neque tenent (Pl. Amph. 35).
2. Illi pro ultione, nos pro vita pugnamus (Petron. 108).
3. Hinc illae lacrimae (Ter. Andr. 1, 1, 99 = 126).
4. Ubi illae sunt? (Ter. Phorm. 749).
5. Illā permīrā naturae opēra, hiēme mare calidius esse, autumnāle salsius, omne oleo tranquillari (Plin. N. H. 2, 102 (105), 234).
6. Antiquiora beneficia subvertis, nisi illā posterioribus cumūlas (Plin. Ep. 3, 5, 6).
7. Aurum atque argentum et aliā domum regiam comportant; ibi illā et domum et semet igni corrumpunt (Sall. Jug. 76, 6).
8. *Tempora mutantur, nos et mutamur in illis* (Owen 8, 58 = K. 1912).
9. *Pectōra sunt potiora manu; vigor omnis in illis* (Ov. Met. 13, 369).
10. Ut ceterorūm hominum, ita principum, — illorum etiam, qui dii sibi videntur, — aevum omne et breve et fragile est (Plin. Paneg. 78).

Местоимение *iste* (§ 150).

203.

1. Eventus hoc docet; stultorum iste magister est (Liv. 22, 39, 10).
2. Errare malo cum Platōne, quam cum istis verā sentire (Cic. Tusc. 1, 17, 39).
3. A. Vitium tibi istuz (= istud) maximum est: blandā es parum.—
B. Non matronarum officium est, sed meretricium, viris aliēnis, mi vir, subblandiri (Pl. Cas. 3, 3, 21 = 583).
4. Pro isto tuo in me officio pares agere gratias vix possum (Erasm. 1, 21).
5. Praebete mihi ex istis virginibus formosissimas (Cic. Inv. 2, 1, 2).
6. Dant sese in fugam istius praeclari imperatoris nocturni milites (Cic. Verr. 4, 43, 95).
7. De istac (= ista) rogas virgine? (Ter. Eun. 719).
8. Cupio istorum naufragia ex terra intueri (Cic. Att. 2, 7, 4).

Местоимение *ipse* (§ 150).

204.

1. *Avārus ipse miseriae causā est suae* (Ser. 14).
2. *Pejor est bello timor ipse belli* (Sen. Thy. 572).
3. *Qui se ipse laudat, cito derisōrem invēnit* (Syr. 588).
4. O di, quam ineptus! quam se ipse amans sine rivāli! (Cic. Q. fr. 3, 8, 4).
5. *Qui terret, plus ipse timet: sors istā tyrannis Convēnit* (Claudian. IV Cons. Hon. 290).
6. *Quaeris Alcidae parem: nemo est, nisi ipse* (Sen. H. F. 84).

7. Qui virtūtis ipse expers est, invidet virtūti alterius (Bacon. Sermones fidēles, p. 371).
8. Qui alterum peccāti arguit, ipse a peccāto debet aliēnus esse (Ambros. = O.16).
9. *Scribentem juvat ipse favor* (Ov. Pont. 3, 9, 21).
10. Neque enim potest exercitum is continere imperator, qui se ipse non continet (Cic. Imp. Pomp. 13, 38).
11. Sapiens ipse fingit fortunam sibi (Pl. Trin. 363).
12. *Audentes deus ipse juvat* (Ov. Met. 10, 586).
13. *Vir bonus et sapiens, Judex ipse sui, totum se explorat ad unguem* (Anth. 644).
14. Aliorum medicus, ipse vulneribus scates (B. 125).
15. *Claudi vicinus claudicat ipse brevi* (B. 500).
16. *Consciens ipse sibi de se putat omnia dici* (Dion. Cato 1, 17).
17. *Audacem facit ipse timor* (Ov. F. 3, 644).
18. Ubi illa sancta amicitia, si non ipse amicus per se amatur toto pectore, ut dicitur? (Cic. Leg. 1, 18, 49).

205.

1. Senectus ipsa est morbus (Ter. Ph. 4, 1, 9 = 575).
2. *Suspicio sibi ipsam rivales parit* (Syr. 667).
3. Et nomen pacis dulce, et ipsa res salutaris (Cic. Phil. 2, 44, 113).
4. *Ipsam quidem virtus sibimet pulcherrimam merces* (Sil. It. 13, 663).
5. Ipsa, caput mundi, Roma (Lucan. 2, 655).
6. *Fortes adjuvat ipsam Venus* (Tib. 1, 2, 16).
7. *Necessitas dat legem, non ipsam accipit* (Syr. 436).
8. Res loquitur ipsa (Cic. Mil. 20, 53).
9. Res ipsa testis est (Pl. Aul. 3, 2, 7 = 421).
10. Sapientibus conscientia ipsa factorum egregiorum amplissimum virtutis est praemium (Cic. Reip. 1, 6, 8).
11. *Ipsam quidem virtus pretium sibi* (Claudian. Cons. Mall. Theod. 1).
12. Ipsa scientia potestas est (Bacon = Hb. 110).
13. Non est jam lenitati locus; severitatem res ipsa flagitat (Cic. Catil. 2, 4, 6).
14. Plerumque ipsa superbia ac fastidium mulieris magis eam amatori commendat (Porphy. ad Hor. C. 1, 19, 7).
15. Si philosophia sapientiam quaerit, non ipsa sapientia est, quia necesse est, aliud esse, quod quaerit, — aliud, quod quaeritur (Lactant. Inst. 3, 2 = p. 115 Gersdorf).

206.

1. Ut hominis decus ingenium, sic ingenii ipsius lumen est eloquentia (Cic. Brut. 15, 29).
2. Elephanti in proeliis magnitudine corporum, barritus horrore, formae ipsius novitate homines equosque conturbant (Veget. 3, 23).

3. Tibi idem consilii do, quod mihimet ipsi (Cic. Fam. 9, 2, 2).
4. *Nam castum esse decet pium poëtam
Ipsum; versiculos nihil necesse est* (Catull. 16, 5).
5. Medice, cura te ipsum.
6. Multo se ipsum, quam hostem, superare operosius est (Val. Max. 4, 1, 2).
7. Se vincere ipsum longe est difficillimum (Sen. De mor. 82).
8. Me ipsum tantum habeo magistrum (Hieron. = O. 204).
9. Nosce te ipsum (B. 2259).
10. Qui laborem atque animi contentionem refugit, is plane se ipsum bonis rebus omnibus indignum ostendit (Majoragii orat. apud Baumstarkium, p. 244).
11. *Nil mortaiibus arduum est:
Caelum ipsum petimus stultitiã* (Hor. C. 1, 3, 37).
12. Omne animal se ipsum diligit (Cic. Fin. 5, 9, 24).
13. Ipsum ingenium diligentia etiam ex tarditate incitat (Cic. De or. 2, 35, 147).

207.

1. *Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae* (Ov. Pont. 3, 5, 18).
2. Vides hominem ferreum et insomnem, certe perspicaciorem ipso Lynceo vel Argo (Apul. Met. 2, 23 = p. 286 Nisard).
3. *Sed tempore ipso tamen apparet veritas* (Phaedr. fab. app. 4, 34).
4. Mihi me carior ipso est (Catull. 68, 159).
5. Gradus plures sunt societatis hominum; prima societas in ipso conjugio est, proxima in liberis (Cic. Off. 1, 17, 53—54).
6. Omnia cum amico delibera, sed de te ipso prius (Sen.).
7. Ne tu philosophus es, ipso Thalete sapientior (Erasm. 1, 245).
8. Feminae formosae sunt plerumque hoc ipso, quod pulchrae sunt, superbae et feroces (Ernesti, Initia doct. solid. p. 598).
9. Virtute ipsa multi non tam praediti esse, quam videri solent (Cic. Lael. 26, 97).
10. Homo ab stirpe ipsa neque absolute bonus, neque malus nascitur, sed ad utrumque proclive ingenium ejus est (Apul. De phil. mor. p. 160 Nisard).
11. Nihil felicius discitur, quam quod ab ipsa pueritia discitur (Erasm. 1, 45).

208.

1. Ipsi me, ut verissime dicitur, pedes ducunt (Plin. Ep. 7, 5, 1).
2. Dei ipsi non tam accuratis adorantium precibus, quam innocentia et sanctitate laetantur (Plin. Pan. 3, 5).
3. Multi laudem amittunt, quoniam ipsi eam de se praedicant (Varr. Sent. 142).
4. Philosophia est, ut nomen indicat ipsique philosophi definiunt, studium sapientiae (Lactant. Inst. 3, 2 = p. 114 Gersdorf).
5. Male de te loquuntur homines. Bene autem loqui nesciunt. Faciunt, non quod mereor ego, sed quod solent ipsi (Sen. De moribus, 41).

6. Terentii fabūlas pueri avide legunt, magnopere admirantur adulti, et senes ipsi non sine magna laetitia relēgunt (Zeunius, Prefatio ad Terentium).
7. Probae fruges ipsae suapte naturā enitent (Accius apud Cic. Tusc. 2, 5, 13 = Diehl p. 77).
8. Semper enim me causae eventorum magis movent, quam ipsa eventa (Cic. Att. 9, 5, 2).
9. Aegyptii colunt effigies multorum animalium, atque ipsa magis animalia (Pomp. Mela 1, 9, 58).
10. Invidi homines nihil aliud, quam ipsorum sunt tormenta (Curt. 8, 12, 18).
11. Se ipsos omnes naturā diligunt (Cic. Fin. 3, 18, 59).
12. Jubet nos Pythius Apollo noscere nosmet ipsos (Cic. Fin. 5, 16, 44).
13. Unā spes est salutis — istorum inter ipsos dissensio (Cic. Att. 2, 7, 3).
14. Valde ipsas Athēnas amo (Cic. Att. 6, 1, 26).
15. Virtutum omnium pretium in ipsis est (Sen. Ep. 81, 19).

Местоимение *is* (§ 151).

209.

1. *Is minimo eget mortālis, qui minimum cupit* (Poēta ap. Sen. Ep. 108, 11).
2. *Is est amicus, qui in re dubia re juvat, ubi re est opus* (Plaut. Epid. 1, 2, 10 = 113).
3. *Is maxime divitiis fruitur, qui minime divitiis indiget* (Sen. Ep. 14, 17).
4. *Ab irātis si perspicue pax et benevolentia petitur, non modo eā non invenitur, sed augetur atque inflammatur odium* (Cic. Inv. 1, 15, 21).
5. *Conquēri fortunam adversam, non lamentari decet; Id viri est officium* (Pacuv. ap. Cic. Tusc. 2, 21, 50 = Diehl p. 55).
6. *Apparet id quidem etiam caeco* (Liv. 32, 34, 3).
7. *Scilicet id gelidae vitium commūne senectae — Divitias curare nimis* (Bell. p. 138).
8. *Mutari fata non possunt; sin autem id potest flecti, nullum est fatum* (Cic. Div. 2, 8, 21).
9. *Si enim, quod verbo significatur, id turpe non est, verbum, quod significat, turpe esse non potest* (Cic. Fam. 9, 22, 2).
10. *Quam non est facilis virtus! Quam vero difficilis ejus diuturnā simulatio!* (Cic. Att. 7, 1, 6).
11. *Optimum quidem unum est; et proximum, quod ei simillimum; quod optimo dissimillimum est, id est deterrimum* (Cic. Opt. gen. orat. 1, 3).
12. *Qui tacet, non utique fatetur, sed tamen verum est, eum non negare* (Paul. Digest. 50, 17, 142).

13. Eum adolescentem ego et frater meus propter ejus suavissimos atque optimos mores praestantissimumque ingenium certatim amamus (Cic. Phil. 3, 7, 18).
14. Soror illi est adultā virgo grandis; eam cupio, pater, ducere uxorem sine dote (Pl. Trin. 2, 2, 93=374).
15. Libenter homines id, quod cupiunt, credunt (Caes. B. G. 3, 18, 6).
16. Omnes in eo, quod sciunt, satis sunt eloquentes (Cic. De or. 1, 14, 63).
17. In summo ingenio atque optimis reipublicae moribus quamvis parva vitia elūcent magis, eoque notantur facile (Aur. Vict. Caes. 41, 21).
18. Viri in eo culpā, si femīnā modum excēdit (Tac. Ann. 3, 34).
19. In eo cardo rei vertitur (B. 1425).
20. Quia stultus es, eā re taces; non tamen, quia taces, eā re stultus es (Auct. ad Her. 4, 28, 39).
21. Majorum gloriā postēris quās lumen est, neque bonā neque malā eorum in occulto patitur (Sall. Jug. 85, 23).
22. Nihil pulchrius sublimiusque antiquorum poētis; nihil eorum historicis, philosophis, oratoribus suavius aut elegantius (Van Heusde, Protrepticus = Friedemann, Script. lat., p. 2, p. 174).
23. *Dat Galēnus opes, dat Justinianus honores;
Inter eos friget pauper Aristoteles* (Bell. p. 29).
24. Condiunt Aegyptii mortuos et eos servant domi (Cic. Tusc. 1, 45, 108).
25. Uni gubernatori, uni medico, si digni modo sunt iis artibus, rectius est — altēri navem committere, aegrum altēri, quam multis (Cic. Reip. 1, 40, 62).

Местоимение idem (§ 152).

210.

1. Rarum est felix idemque senex (Sen. H. Oct. 644).
2. *Primus cunctorum est et Juppiter ultimus idem,
Juppiter et caput et medium est; sunt ex Jove cuncta* (Apul. De mundo, p. 202 Nisard).
3. *Amoris vulnus sanat idem, qui facit* (Syr. 31).
4. Nullus est idem diuturnus et praecox fructus (Curt, 8, 5, 15).
5. *Terrā salūtāres herbas, eādemque nocentes
Nutrit, et articae proximā saepe rosā est* (Ov. R. A. 45).
6. Non idem semper dicere, sed idem semper spectare debemus (Cic. Fam. 1, 9, 21).
7. Idem est beate vivere et secundum naturam (Sen. Beata vita, 8).
8. Non ubique idem aut licet, aut decorum est (Quint. 5, 10, 40).
9. Cantilenam eandem canis (Ter. Ph. 3, 2, 10=495).
10. Eandem incudem diem noctemque tundunt (Cic. De or. 2, 39, 162).
11. De amicitia omnes ad unum idem sentiunt (Cic. Lael. 23, 86).
12. In eodem prato bos herbam quaerit, canis leporem, ciconiā lacertam (Sen. Ep. 108, 29).

13. *Maximā pars hominum morbo jactatur eodem* (Hor. Sat. 2, 3, 121).
14. *Cur res tam dissimiles eodem nomine appellas?* (Cic. Fin. 2, 3, 9).
15. *Leges cum omnibus semper unā atque eādem voce loquuntur* (Cic. Off. 2, 12, 42).
16. *In eādem regiōne quantā variētas vestium, etiam in ejusdem sexūs, aetātis, ordinis hominibus!* (Erasm. 1, 263).
17. *Ut corporum, sic et animorum non eaedem exercitiōnes omnem aetātem decent* (Mureti or. 16=v. 2, p. 141).
18. *Non omnibus aegris eādem auxilia conveniunt* (Cels. 3, 1=p. 75, 8).
19. *Non omnibus eādem placent nec conveniunt quidem* (Plin. Ep. 6, 27, 4).
20. *Non eādem omnibus sunt honestā atque turpia* (Nep. Praef. 3).
21. *Doctrinae studia optime et felicitātem extollunt, et facillime minuunt calamitātem, eādemque et ornamenta hominum maxima sunt et solacia* (Sen. Ad Polyb. 18, 1).
22. *Non eādem omnibus decōra* (Tac. Ann. 6, 54).
23. *Eādem sunt omnia semper* (Lucr. 3, 943).
24. *Denique non omnes eādem mirantur amantque* (Hor. Ep. 2, 2, 56).

Местоимение *hic* (§ 153).

211.

1. *Hic vigilans somniat* (Pl. Capt. 4, 2, 68=848).
2. *Hic dies alios mores postulat* (Ter. Andr. 1, 2, 18=189).
3. *Patriā meā totus est hic mundus* (Sen. Ep. 2, 8).
4. *Homo hic ebrius est, ut opinor* (Pl. Amph. 2, 1, 24=574).
5. *Hic homo ex amōre insānit* (Pl. Merc. 2, 2, 54=325).
6. *Verum hic dicit* (Pl. Merc. 5, 3, 15=971).
7. *Me metuunt omnes et me nihilo minus omnes Mortales optant, quotquot hic orbis habet* (Загадка о старости).
8. *Et latro et cautus praecingitur ense viator; Ille sed insidias, hic sibi portat opem* (Ov. Tr. 2, 271).
9. *Non omnibus unum est, Quod placet: hic spinas colligit, ille rosas* (Petron. fr. 35).
10. *Laudem hic ducit maximam, quum illis placet* (Ter. Ad. 18).
11. *Scelera plerāque ex cupiditate nascuntur: haec latrones facit, haec piratas* (Quint. Decl. 321=p. 298 Lemaire).
12. *Vincēris aut vincis: haec in amōre rotā est* (Prop. 2, 8, 8).
13. *Iniquissima haec bellorum condicio est: prosperā omnes sibi vindicant, adversā uni imputantur* (Tac. Agr. 27).
14. *Haec silvā longe pertinet* (Caes. B. G. 6, 10, 5).
15. *Haec gens summam habet justitiae et bellicae laudis opiniōnem* (Caes. B. G. 6, 24, 3).
16. *Haec est igitur tuā disciplinā? Sic tu instituis adulescentes?* (Cic. Cael. 17, 39).

17. *Canā est barbā tibi, nigrā est comā. tinguēre barbam Non potes (haec causā est), et potes, Ole, comam* (Martial. 4, 3, 6).
18. *Coquā est haec, ut ego opinor* (Pl. Poen. 248).
19. *Quod Jovi, hoc regi licet* (Sen. H. F. 489).
20. *Multā sunt muliērū vitia, sed hoc e multis maximum est, quum sibi nimis placent* (Pl. Poen. 5, 4, 32 = 1203).
21. *Caecis hoc, ut ajunt, satis clarum est* (Quint. 12, 7, 9).
22. *Hoc est melle dulci dulcius* (Pl. Truc. 371).
23. *Non tibi hoc soli* (Cic. Tusc. 3, 33, 79).
24. *Hoc patrium est—potius consuefacere filium suā sponte recte facere, quam aliēno metu* (Ter. Ad. 74).
25. *Oscūlum, meā lux, hoc melle dulcius est* (Acolastus, 832).
26. *"Vive et amicitias omnes fuge", verius hoc est, Quam "regum" solas "effuge amicitias"* (Anth. 408).
27. *Profecto verbum hoc verum est: "Scientiā non habet inimicum, nisi ignorantem"* (Wimpfelingius, Stylpho, p. 9, v. 12, ed. Holstein).
28. *Vetus verbum hoc quidem est, communia esse amicorum inter se omnia* (Ter. Ad. 5, 3, 17 = 803).
29. *Inter omnes hoc constat, nec doctos homines solum, sed etiam indoctos, virorum esse fortium et magnanimorum et patientium et humanā vincēntium—toleranter dolōrem pati* (Cic. Tusc. 2, 18, 43).
30. *Hoc medicamentum stomachum non corrumpit* (Scribon. Compos. 137 = Forcellini in v. corrumpo).
31. *Magnum hoc vitium vini est: pedes captat primum, luctātor dolōsus est* (Pl. Pseud. 1250).
32. *Si hoc est, illud non est* (Cic. Top. 11, 49).

212.

1. *Praeclārā facies, magnae divitiae, ad hoc vis corporis et alia omnia hujuscemōdi brevi dilabuntur; at ingenii egregiā facinōra, sicūti animā, immortalia sunt* (Sall. Jug. 2, 2).
2. *Neque aquā aquae nec lacte est lactis, crede mi, usquam similis, quam hic tui est, tuque hujus autem* (Pl. Menaechn. 5, 9, 30 = 1089).
3. *Nunc erus meus amat filiam hujus Euclīōnis paupēris* (Pl. Aul. 4, 1, 17 = 603).
4. *Comites Antonii huic urbi ferro ignique minitantur* (Cic. Phil. 11, 14, 37).
5. *Quis huic rei testis est?* (Cic. Cluent. 60, 168).
6. *Hoc licet impūne facere huic, illi non licet* (Ter. Ad. 824).
7. *Irā furor brevis est: animum rege; qui, nisi paret, Impērat; hunc frenis, hunc tu compesce catēnā* (Hor. Ep. 2, 2, 62).
8. *Dies non modo non levat luctum hunc, sed etiam auget. Nam cetēri dolōres mitigantur vetustāte; hic non potest non et sensu*

- praesentis miseriae, et recordatione praeteritae vitae cotidie augeri (Cic. Att. 3, 15, 2).
9. *Nemo hunc amat, qui verba nuntiat mala* (B. 2043).
 10. Hunc mihi ex animo scrupulum evellite, qui me dies noctesque stimulat ac pungit (Cic. Rosc. Am. 2, 6).
 11. Nostrum ego hunc vicinum opinor esse hominem audacem et malum (Pl. Most. 5, 1, 30 = 1078).
 12. Modo hunc librum evolvere volo, modo illum (Sen. Ep. 2, 4).
 13. Hanc maculam nos decet effugere (Ter. Ad. 954).
 14. Ego hanc amo, et haec me amat (Pl. Asin. 631).
 15. Quum "nosce te" dicit Apollo, hoc dicit: "nosce animum tuum" (Cic. Tusc. 1, 22, 52).
 16. Certo scio hoc, febrim tibi esse (Pl. Pseud. 641).
 17. *Hoc discut omnes ante alpha et beta* (Juv. 14, 209).
 18. Plerique sunt invidi, maximeque hoc est commune vitium et perpetuum (Cic. De or. 2, 52, 210).
 19. Hoc illi maledictum vehemens existimant (Ter. Ad. 17).
 20. Res serias omnes extollo ex hoc die in alium diem (Pl. Poen. 2, 53 = 499).
 21. Nullum est hoc stolidius saxum (Pl. Mil. 4, 2, 33 = 1024).
 22. *Ingenium ingens*
Inculto latet hoc sub corpore (Hor. Sat. 1, 3, 33).
 23. Leva me hoc onere (Cic. Fam. 3, 12, 3).
 24. Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere... (Cic. Fat. 13, 28).
 25. Nam et in hoc philosophi et oratores et poetae perniciosi sunt, quod incautos animos facile irretire possunt suavitate sermonis et carminum dulci modulatione currentium (Lactant. Inst. 5, 1 = p. 229 Gersdorf).
 26. Obscuro te, quam primum hoc me libera miserum metu (Ter. Andr. 2, 2, 14 = 351).
 27. Alter hoc Athenis nemo doctior dici potest (Pl. Most. 1072).
 28. Saluberrimum ver est; proxime deinde ab hoc hiems; periculosior aestas, autumnus longe periculosissimus (Cels. 2, 1 = p. 27, 21).
 29. Ferrum — optimum pessimumque vitae instrumentum, siquidem hoc tellurem scindimus, arbores serimus, arbusta tondemus, hoc extruimus tecta, caedimus saxa, omnesque ad alios usus ferro utimur, sed eodem ad bella, caedes, latrocinia (Plin. N. H. 34, 14 (39), 138).
 30. Multae sunt domus in hac urbe (Cic. Har. resp. 7, 14).
 31. Inter feras satius est aetatem degere, quam in hac tanta immanitate versari (Cic. Rosc. Am. 52, 150).
 32. *Nec tellus eadem parit omnia: vitibus illa*
Convenerit, haec oleis, hac bene farra virent (Ov. A. A. 1, 757).
 33. *Hac quoque de causa, si te proverbia tangunt,*
Mense malas Majo nubere, vulgus ait (Ov. F. 5, 489).
 34. Nemo nos in hac causa plus juvare potest, quam tu (Cic. Att. 16, 16, 18).
 35. At ego ex hac arte mea certiores capio fructus, quam tu ex tuo fundo (Erasm. 1, 191—192).

1. Aetas et corpus tenērum et morigeratio: haec sunt venēna formosarum muliērum (Afran.=Diehl. p. 101).
2. Haec studia adulescentiam alunt, senectūtem oblectant, secundas res ornant, adversis perfugium ac solacium praebent, delectant domi, non impediunt foris, pernoctant nobiscum, peregrinantur, rusticantur (Cic. Arch. 7, 16).
3. *Non haec sine numīne divum eveniunt* (V. Aen. 2, 777).
4. In amōre haec omnia insunt vitia: injuriae, suspiciōnes, inimicitiae, indutiae, bellum, pax rursus (Ter. Eun. 1, 1, 14 = 59).
5. Sunt morōsi et iracundi et difficilēs senes. Sed haec morum vitia sunt, non senectūtis (Cic. Sen. 18, 65).
6. Nunc amas me, amicus non es. Quid ergo? haec inter se diversa sunt? Immo dissimilia: qui amicus est, amat; qui amat, non utique amicus est. Itaque amicitia semper prodest, amor etiam aliquando nocet (Sen. Ep. 35, 1).
7. *Sidēra haec te meque vident* (Val. Fl. 8, 50).
8. Rides: non sunt haec ridicula, mihi crede (Cic. Att. 1, 17, 11).
9. Hos omnes amicos habere operosum est; satis est inimicos non habere (Sen. Ep. 14, 7).
10. Hos irā, odium, uliōnis cupiditas ad virtutem accendit (Tac. Hist. 2, 77).
11. O tempora, o mores! Senātus haec intellēgit, consul videt, hic tamen vivit! (Cic. Catil. 1, 1, 2).
12. Qui gemmas et aurum temere profundit, prodigus habetur et tutorem accipit. Haec animi bona, tanto pretiosiora, qui perdit, nonne multo turpius prodigus est? (Erasm. 2, 142).
13. O Juppiter, serva, obsēcro, haec bona nobis! (Ter. Eun. 1048).
14. Permulti optimi viri valetudinis causā in haec loca veniunt (Cic. Fam. 9, 14, 1).
15. Haec quum illi dico, tibi dico (Ter. Ad, 96).
16. In his locis maturae sunt hiemes (Caes. B. G. 4, 20, 1).
17. Agrum in his regionibus meliorem neque pretii majoris nemo habet (Ter. Heaut. 63).
18. Hic Philolāches adulescens habitat hisce in aedibus (Pl. Most. 950).
19. Laudatur ab his, culpatur ab illis (Hor. Sat. 1, 2, 11).

МЕСТОИМЕННИЯ ОТНОСИТЕЛЬНЫЕ (§ 154—157).

Местоимение *qui* (§ 154—155).

214.

1. Optimus pecuniae modus est, qui nec in paupertatem cadit, nec procul a paupertate discedit (Sen. Tranq. 8, 9).
2. *Perpetuo vincit, qui utitur clementia* (Syr. 539).

3. *Semper amat, qui semper amatur* (Anth.).
4. Dives est, qui sapiens est (Hor. Sat. 1, 3, 124).
5. Qui genus jactat suum, aliēnā laudat (Sen. H. F. 340).
6. Qui tacet, consentire vidētur (K. 228).
7. *Is minimo eget mortālis, qui minimum cupit* (Sen. Ep. 108, 11 = Syr. 316).
8. *Imprōbe Neptūnum accūsat, qui itērum naufragium facit* (Syr. 324).
9. *Non bene olet, qui bene semper olet* (Mart. 2, 12, 4).
10. Nemo regere potest, nisi qui et regi (Sen. Ira 2, 15, 4).
11. Qui a multis timētur, multos timet (Sen. De mor. 61).
12. Fortissimus in ipso discrimine exercitus est, qui ante discrimen quietissimus (Tac. Hist. 1, 84).
13. Is demum mihi vivere atque frui animā vidētur, qui praeclari facinoris aut artis bonae famam quaerit (Sall. Cat. 2, 9).
14. Angustā et lubricā est oratio sub principe, qui libertatem metuit (Tac. Ann. 2, 87, 6).
15. Bonis nocet, qui malis parcit (Sen. De moribus 114).
16. *Fatētur facinus is, qui iudicium fugit* (Syr. 199).
17. Felix, qui nihil debet (B. 1118).
18. Male cum eo agitur, qui caret invidis (B. 1764).
19. *Necesse est facere sumptum, qui quaerit lucrum* (Pl. Asin. 1, 3, 65 = 217).
20. *Nemo diu gaudet, qui iudice vincit iniquo* (Dion. Caf. 2, 14).
21. Non curatur, qui curat (B. 2148).
22. Nusquam est, qui ubique est (Sen. Ep. 2, 2).
23. Qui dat mutuum, amicum vendit, inimicum emit (B. 2766).
24. *Ingenio plerumque caret, qui corpore praestat* (Bell. p. 60).
25. *Non amat is puerum, qui raro corrigit illum* (B. 2125).
26. *Qui bibit immodice vina, venena bibit* (Bell. p. 121).
27. *Qui procul ex oculis, procul est a limine cordis* (B. 2795).
28. *Libros, qui bene discit, amat* (Bell. p. 175).
29. Odium qui nimium timet, regnare nescit (Sen. Oed. 704).
30. Qui nescit dissimulare, nescit vivere (Riley 368).
31. Ille magnus et nobilis, qui, more magnae ferae, latratus minutorum canum securus exaudit (Sen. Ira 2, 32, 3).
32. Qui non defendit injuriam neque propulsat, quum potest, injuste facit (Cic. Off. 3, 18, 74).

215.

1. Misera est senectus, quae se oratione defendit (Cic. Sen. 18, 61).
2. Semper potentior lex est, quae vetat, quam quae permittit (Quint. Decl. 3⁷⁴ = p. 483 Lemaire).
3. Ea demum tutā est potentia, quae viribus suis modum imponit (Val. Max. 4, 1, ext. 8).
4. Gravior multo poena vidētur, quae a mlti viro constituitur (Sen. Clem. 1, 22, 3).

5. Stultā curā est, quae spem non habet (Quint. Decl. 6, 19 = p. 151—2 Lemaire).
6. *Quae vēnit ex tuto, minus est acceptū voluptas* (Ov. A. A. 3, 603).
7. *Mulier, quae multis nubet, multis non placet* (Syr. 374).
8. Quae indotatā est, ea in potestate est viri (Pl. Aul. 3, 5, 60 = 534).
9. Senilis stultitiā, quae deliratio appellari solet, senum levium est, non omnium (Cic. Sen. 11, 36).
10. *Militat omnis amans, et habet sua castra Cupido: Attice, crede mihi, militat omnis amans. Quae bello est habilis, Venēri quoque convēnit aetas; Turpe senex miles, turpe senilis amor* (Ov. Am. 1, 9, 1).
11. *Non est deī nesciā nostri, quae dulcem curis miscet amaritiam* (Catull. 68^a, 18).
12. *Lex universi est, quae jubet nasci et mori* (Syr. 329).
13. Non deterret sapientem mors, quae propter incertos casūs cotidie imminet, propter brevitatē vitae nunquam longe potest abesse (Cic. Tusc. 1, 38, 91).
14. Quae apud alios iracundiā dicitur, eā in imperio superbiā atque crudelitas appellatur (Sall. Cat. 51, 14).
15. Terrā, quae vitibus aptā est, etiam arboribus est utilis (Colum. 5, 10 = p. 303 Nisard).
16. Philosophiae magnam habeo gratiam, quae me non modo ab sollicitudine abducit, sed etiam contra omnes fortunae impētūs armat (Cic. Fam. 12, 23, 4).
17. Scythae sine pedibus dicunt esse fortunam, quae manūs et pennas tantum habet; quum manūs porrigit, pennas quoque comprehendere non sinit (Curt. 7, 8, 25).
18. Benevolentia, quae solā formae gratiā conciliatur, ferme temporaria est (Erasm. 1, 173).
19. Quae tam multos habet amicos, eā nullum habet amicum, mihi crede, Lucretiā (Erasm. 1, 210).
20. *Iustus invidiā nihil est, quae propterea ipsum Auctorem rodit excruciatque animum* (Poetae lat. min., ed. Bährens, 3, p. 169).

216.

1. Vitiōsum est ubique, quod nimium est (Sen. Tranq. 9, 44).
2. *Nil magis amat cupiditas, quam quod non licet* (Syr. 430).
3. *Negat sibi ipse, qui, quod difficile est, petit* (Syr. 452).
4. Saepe, quod datur, exiguum est; quod sequitur ex eo, magnum (Sen. Ep. 81, 14).
5. Quod beneficium in tempore et cupienti datur, gratum est; at quod sero et non desideranti datur, ingrātum est (Dem. Phal. ap. Rut. Lup., p. 4, ed. Halm).
6. *Quod licet, ingrātum est; quod non licet, acrius urit* (Ov. Am. 2, 19, 3).
7. Vile est, quod licet (Petr. 93).
8. Pectus est, quod disertos facit (Quint. 10, 7, 15).

9. Quod non opus est, asse carum est (Cato ap. Sen. Ep. 94, 28).
10. Ex malis multis malum, quod minimum est, id minime est malum (Pl. Stich. 1, 2, 63 = 120).
11. Multo plus intelligitur, quod oculis videtur, quam quod aure percipitur (O. 251).
12. Bonum quod est, supprimitur, nunquam exstinguitur (Syr. 73).
13. Beneficium est, si cito negas, quod petitur (B. 333).
14. Cave, quod est nimium (B. 470).
15. Cura esse, quod audis (Hor. Ep. 1, 16, 17).
16. Gracius est donum, quod venit ante preces (B. 1254).
17. Non omnibus unum est,
Quod placet, hic spinas colligit, ille rosas (Petron. fragm. 35).
18. Quod licet Jovi, non licet bovi (B. 2882).
19. Omne, quod est nimium, vertitur in vitium (Bell. p. 97).
20. Quod caret alternā requie, durable non est:
Haec reparat vires fessaque membra novat (Ov. Her. 4, 89).
21. Quod latet, ignotum est; ignoti nullā cupidō (Ov. A. A. 3, 397).
22. Quod sequitur, fugio; quod fugit, ipse sequor (Ov. Am. 2, 19, 36).
23. Honestum non est semper, quod licet (Riley 154).
24. Id facere laus est, quod decet, non quod licet (Sen. Oct. 453).
25. Stultum est timere, quod vitari non potest (Syr. Appendix 100).
26. Quod ego sum, id tu non es; homo autem sum; homo igitur tu non es (Gell. 18, 13).
27. Quod nix est, hoc grando non est; nix autem albā est; grando igitur albā non est (Gell. 18, 13).
28. Quod homo est, non est hoc equus; homo autem animal est; equus igitur animal non est (Gell. 18, 13).
29. Mel, quod optimum est, reliquo ponderosius est. In vase igitur mellis pars, quae in imo est, utique praestat pondere, et ideo supernante pretiosior est. Contra, in vase vini pars inferior admixtione faecis non modo turbulentā, sed et sapore deterior est; pars vero summā aëris vicinā corrumpitur (Macrob. Sat. 7, 12, 14).
30. Non omne, quod nitet, aurum est (Riley 282).

217.

1. Plurimum homini negotii alvus exhibet, cujus causā major pars mortalium vivit (Plin. N. H. 26, 8, 43).
2. Qui apud multitudinem suā causā loquitur, gravior eo est, cujus mens nihil praeter publicum commodum videt (Liv. 3, 68, 10).
3. Semper majorem locum habet is, cujus miseremur (Quint. Decl. 328 = p. 332 Lemaire).
4. Non scribit, cujus carmina nemo legit (Mart. 3, 9, 2).
5. Unā est amicitia in rebus humanis, de cujus utilitate omnes uno ore consentiunt (Cic. Lael. 23, 86).

218.

1. *Nunquam est ille miser, cui facile est mori* (Sen. Herc. Oet. 111).
2. *Cui peccare licet, peccat minus* (Ov. Am. 3, 4, 9).
3. *Diligitur nemo, nisi cui fortunā secundā est* (Ov. Pont. 2, 3, 23).
4. *Nimium boni est, cui nihil est mali* (Enn. ap. Cic. Fin. 2, 13, 41 = Diehl p. 39).
5. *Caesari ipsi, cui omnia licent, propter hoc ipsum multā non licent* (Sen. Ad Polyb. 7, 2).
6. *Cui placet alterius, suā nimirum est odio sors* (Hor. Ep. 1, 14, 11).
7. *Minus decipitur, cui negatur celeriter* (Syr. 367).
8. *Cui homini di sunt propitii, lucrum ei profecto objiunt* (Pl. Curc. 4, 2, 45 = 531).
9. *Cui vis est, jus non metuit* (B. 627).
10. *Non est, crede mihi, multos qui possidet agros, Dives, sed dives, cui satis unus ager* (Bell. p. 88).
11. *In hac insula est fons aquae dulcis, cui nomen Arethūsa est, incredibili magnitudīne, plenissimus piscium* (Cic. Verr. 4, 53, 118).
12. *Cui homini di sunt propitii, ei non esse iratos puto* (Pl. Curc. 4, 4, 1 = 557).
13. *Loquor de docto homine et erudito, cui vivere est cogitare* (Cic. Tusc. 5, 38, 111).
14. *Ego esse miserum credo, cui placet nemo* (Mart. 5, 28, 9).

219.

1. *Nullus perniciosior hostis est, quam quem audācem angustiae faciunt* (Sen. N. Q. 2, 59, 5).
2. *Fortunā, nimium quem fovet, stultum facit* (Syr. 198).
3. *Male agitur cum domino, quem villicus docet* (Cato ap. Colum. R. R. 11, 1, 4).
4. *Quem di diligunt, adulescens moritur, dum valet, sentit, sapit* (Pl. Bacch. 4, 7, 18 = 816).
5. *Pudor quem non reflectit, non frangit timor* (Syr. 533).
6. *Virtus omnia in sese habet: omnia adsunt bona, quem penes est virtus* (Pl. Amph. 2, 2, 22 = 652).
7. *Dis proximus ille, Quem ratio, non irā movet* (Claudian. De cons. Mallii Theod. 227).
8. *Non hominem mihi, sed thesaurum nescio quem memoras mali* (Pl. Merc. 3, 4, 56 = 641).
9. *Multos timere debet, quem multi timent* (Syr. 372).
10. *Nemo fideliter diligit, quem fastidit* (Curt. 5, 5, 12).
11. *Animal hoc providum, sagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis et consilii, quem vocamus hominem, solum est ex tot animantium generibus atque naturis particeps rationis et cogitationis* (Cic. Leg. 1, 7, 22).

12. Indigne vivit, per quem non vivit alter (Riley 177).
13. *Felix, quem faciunt aliēna pericula cautum* (Riley 122).
14. Quem ad modum Marti pro ludo est homines interficere, ita et tibi; nisi quod tu, Marte crudelior, occidis etiam amantem (Erasm. 1, 148).
15. Ipse ego is sum, adulescens, quem tu quaeris (Plaut. Pseud. 978).
16. Solā hic mihi nunc videor, quia ille hinc abest, quem ego amo praeter omnes (Plaut. Amph. 640).
17. Pinarium, quem mihi commendas, diligentissime Deiotarus curat, graviter aegrum (Cic. Att. 6, 1, 23).
18. *Quem recitas, meus est, o Fidentine, libellus; Sed male quum recitas, incipit esse tuus* (Mart. 1, 38).
19. Nullam habet spem salutis aeger, quem ad intemperantiam medicus hortatur (Sen. Ep. 123, 17).

220.

1. Non est diuturnā possessio, in quam gladio inducimur (Curt. 8, 8, 11).
2. Acerrimā virtus est, quam ultimā necessitas extundit (Sen. Clem. 1, 12, 5).
3. Proverbialiter dicunt raram avem eam, quam post longum tempus videmus (Schol. ad. Pers. 1, 46).
4. Mollis illā educatio, quam indulgentiam vocamus, nervos omnes mentis et corporis frangit (Quint. 1, 2, 6).
5. A. Non est illi commodum.—B. Itane? commodum illi non est quae me amat, quam ego contra amo? (Pl. Merc. 5, 2, 77 = 918).

221.

1. *Jucundum nil est, nisi quod reficit varietas* (Syr. 270).
2. Non est istud turpe, quod lex permittit (Quint. Decl. 279 = p. 147 Lemaire).
3. *Mulier cupido quod dicit amanti, In vento et rapidā scribere oportet aquā* (Catull 70, 3).
4. *Audit, quod non vult, qui pergunt dicere, quod vult* (Dion. Cato, Monost. 10).
5. *Tam deest avāro, quod habet, quam quod non habet* (Syr. 684).
6. Libenter homines, quod volunt, credunt (Caes. B. G. 3, 18, 2).
7. Quod nimis miseri volunt, hoc facile credunt (Sen. H. F. 313).
8. Si illud, quod volumus, dicitur, palam quum mentiuntur, verum esse insciti credimus (Pl. Truc. 1, 2, 89 = 191).
9. *Etiam oblivisci, quod scis, interdum expedit* (Syr. 176 var. 1.).
10. Parabile est, quod naturā desiderat; ad manum est, quod satis est; ad supervacua sudatur (Sen. Ep. 4, extr.).
11. Non semper bonum est illud, quod cupimus ardentem (Cic. Tusc. 4, 17, 39).
12. Liberalis est, qui, quod alteri donat, sibi detrahit (Sen. Clem. 1, 20, 3).
13. Quod in corde sobrius, id in ore ebrius (B. 2880).

1. Quo plura habent homines, eo ampliora cupiunt (Justin. 6, 1).
2. *Satis est disertus, e quo loquitur veritas* (Syr. 681).
3. Ingenia quo illustriora, breviora sunt (Sen. ad Marc. 23, 4).
4. Ejus vocem libentissime audio, a quo meā virtus optime praedicatur (Cic. Arch. 9, 20).
5. Gens illā eodem cultu corporis utitur, quo finitimi (Caes. B. G. 6, 24, 4).
6. Quo plus potestis, eo moderatius imperio uti debētis (Liv. 34, 7, 15).
7. Bonus dolus est, quo malus pellitur (B. 362).
8. Poëtae spiritum, quo valent, ab ipsis dis ducunt (Berger, Phr. p. 86).
9. Narratio, quo brevior, eo dilucidior (Ad Her. 1, 9, 15).
10. *Quo(que) minor spes est, hoc magis ille cupit* (Ov. Fast. 2, 766).
11. Oceanus est mare magnum, quo totā cingitur terrā (Forcellini in v. Oceanus).
12. Momento temporis in montem sudantes conscendimus, ex quo haud procul oppidum cernimus (Petron. c. 116).
13. Apis populorum omnium Aegypti numen est; bos niger, certis maculis insignis, et caudā linguāque dissimilis aliorum. Raro nascitur, diesque, quo gignitur, genti maxime festus est (Mela 1, 9, 58).
14. *Sive locum specto, locus est inamabilis, et quo
Esse nihil toto tristius orbe potest;
Sive homines, — vix sunt homines hoc nomine digni,
Quamque lupi, saevae plus feritatis habent* (Ov. Tr. 5, 7, 43—46).

223.

1. Horum sententiae omnium non modo superstitionem tollunt, in quā inest timor inānis deorum, sed etiam religionem, quae deorum cultu pio continetur (Cic. N. D. 1, 42, 117).
2. *Famā, malum quā non aliud velocius ullum* (V. Aen. 4, 174).
3. Vitā ipsā, quā fruimur, brevis est (Sall. Cat. 1, 3).
4. Grave est ingrāti anīmi vitium, intolerabile, et concordiam, quā humanā imbecillitas fulcitur, scindit ac dissipat (Sen. Ben. 7, 27, 3).
5. *Illā riacet tellus, in quā res parvā beātum
Me facit* (Mart. 10, 96).
6. Condicio, sine quā non.
7. Scientiā quasi navis est, quā homo calamitates tanquam cautes praetervehitur (Kock ad Fragm. Com. 2, p. 237).
8. Fabulā est, in quā nec verae, nec veri similes res continentur (Cic. De inv. 1, 19, 27).
9. Non eādem celeritate discimus, quā obliviscimur (Mureti Or. 15 = v. 2, p. 132).
10. Si di non sunt, quid esse potest in rerum natura homine melius? In eo enim solo est ratio, quā nihil potest esse praestantius (Cic. N. D. 2, 6, 16).

1. Nulli celerius homines incidere debent in malam fortunam, quam qui alienum concupiscunt (Petron. 140).
2. Infelices sunt ii, qui omnia sibi licere existimant (Amm. Marc. 26, 10, 12).
3. Libertas temperata salubris et singulis et civitatibus est; nimia— et aliis gravis, et ipsis, qui habent, effrenata et praeceps est (Liv. 34, 49, 8).
4. Solem e mundo tollere videntur, qui amicitiam e vita tollunt, qua nihil a dis immortalibus melius habemus, nihil jucundius (Cic. Lael. 13, 47).
5. Ne di quidem sunt auxilio iis, qui se inconsulto in periculum mittunt (Ad Herenn. 3, 5, 8).
6. Eorum nos magis miseret, qui nostram misericordiam non requirunt, quam qui illam efflagitant (Cic. Mil. 34, 92).
7. *Caelum, non animum mutant, qui trans mare currunt* (Hor. Ep. 1, 11, 27).
8. Gloria ne ab iis quidem, qui contemptum ejus introducere conantur, negligitur (Val. Max. 8, 14, ext. 3).
9. Scelerum promissio et iis, qui exspectant, perniciosam est, et iis, qui promittunt (Cic. Phil. 8, 3, 10).
10. Solum omnium otiosi sunt, qui sapientiae vacant (Sen. Brev. v. 14, 1).
11. *Qui amant, ipsi sibi somnia fingunt* (V. Ecl. 8, 108).
12. Miseri sunt, qui uxores ducunt (Ad Herenn. 2, 25, 39).
13. Non omnes, qui habent citharam, sunt citharoedi (Varro, R. R. 2, 1, 3).
14. Formosam virgo est; dotis dimidium vocant isti, qui dotes neglegunt uxorias (Afranius = Diehl p. 98).
15. Qui sibi semitam non sapiunt, alteri monstrant viam (Ennius ap. Cic. Div. 1, 58, 132 = Diehl p. 44).
16. Sunt vetera praecepta sapientium, qui jubent tempori parere, et sequi deum, et se noscere, et nihil nimis (Cic. Fin. 3, 22, 73).
17. Qui utuntur vino veteri, sapientes puto, et qui libenter veteres spectant fabulas (Pl. Cas. 5).
18. Qui benignitate et clementiam imperium temperant, iis laeta et candida omnia videntur (Sall. Epist. ad Caes. 1, 3 = p. 130 Gerlach).
19. Nullam re conciliare facilius benevolentiam multitudinis possunt ii, qui reipublicae praesunt, quam abstinentiam et continentiam (Cic. Off. 2, 22, 77).
20. Qui exemplo aliis esse debent, saepe aliorum exemplo peccant (Liv. 3, 21, 6).
21. Non idem iis, qui summas imperii tenent, expedit, et multitudini (Nep. 1, 3, 5).
22. Morbis corporis medemur, non irascimur; sui animo morbi sunt, qui desiderant medentem minime infestum aegro.
23. Semper in proelio eis maximum est periculum, qui maxime timent: audaciam pro muro habetur (Sall. Cat. 58, 17).

24. Otii nomine servitūtem concilias: nam paritur pax bello. Itaque, qui eā diutīnā volunt frui, bello exercitāti esse debent (Nep. 15, 5, 4).
25. Verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis, qui in honoribus reque publica versantur (Cic. Lael. 17, 64).
26. *Saepe minus faciunt homines, qui magnā minantur* (B. 2994).
27. *Crimina qui cernunt aliorum, nec suā cernunt, Hi sapiunt aliis desipiuntque sibi* (Owen = Bell. 25).
28. *Qui mala facta patrānt, hos malā poenā manet* (Bell. p. 125).
29. *Stulti sunt, qui pro certis incertā sequuntur* (Bell. p. 152).
30. Agri non omnes frugiferi sunt, qui coluntur (Cic. Tusc. 2, 5, 13).
31. Apud Lacedaemonios ii, qui amplissimum magistrātum gerunt, ut sunt, sic etiam nominantur senes (Cic. Sen. 6, 20).
32. Qui bonam famam bonorum, quae solā vere gloriā nominari potest, expētunt, aliis otium quaerere debent et voluptātes, non sibi (Cic. Sest. 66, 139).
33. His necesse est vidēri omnem vitam brevem, qui illam voluptatibus vanis et ideo infinitis metiuntur (Sen. Ep. 78, 27).
34. Passim vidēmus, homines malitiōsos, virtūtis simulatiōne nefariā scelēra tegentes, in luce hominum atque celebritāte versari; eos vero, qui virtūte praestant, in tenēbris et caligīne jacere (Osorius, De gloria, 1, 6).
35. De iis, qui praesentes non sunt, aut taceo, aut amīce loquor (Erasm. 1, 244).
36. Iudices, qui ex lege iudicatis, obtemperare legibus debētis (Cic. Inv. 1, 39, 70).
37. Omnes, qui maximo anīmo excellentique ingenio sunt, gloriam ardentem expētunt, et illius causā non inviti res honestissimas atque difficillimas aggrediuntur (Osorius, De gloria 1, 4).
38. *Mali sunt homines, qui bonis dicunt male* (Pl. Bacch. 1, 2, 10 = 118).
39. Magnā est admiratio copiōse sapienterque dicentis; quem qui audiunt intellegere etiam et sapere plus, quam cetēros, arbitrantur (Cic. Off. 2, 14, 48).
40. Solis defectiōnes itemque lunae praedicuntur in multos annos ab iis, qui sidērum cursūs et motūs numēris persequuntur (Cic. N. D. 2, 6, 17).
41. Objurgat Epicūrus non minus eos, qui mortem concupiscunt, quam eos, qui timent (Sen. Ep. 24, 22).
42. Multi sunt, qui non donant, sed projiciunt. Non voco ego liberalem pecuniae suae irātum (Sen. Ep. 120, 8).
43. Pisces ego credo, qui, usque dum vivunt, lavant, minus diu lavare, quam haec lavat Phronesium (Pl. Truc 2, 3, 1 = 322).
44. Alpes — montes longissimi tractūs, qui Italiam a Germania et Gallia, tanquam muro nativo, sepārant (Commentar. ad Sall. fragm. p. 456 anni 1677).
45. Qui reprehendunt, inimicos; qui laudant, amicos sibi parant (Facciolati, Orat., p. 471).

46. Iis, qui aetate et scientiā praestant, animo aequiore relinqui parent (Varro, R. R. 2, 10, 2).
47. Non vivunt contra naturam, qui hieme concupiscunt rosam? (Sen. Ep. 122, 8).
48. Ut fortunāti sunt fabri ferrarii, qui apud carbōnes assident: semper calent (Pl. Rud. 531).
49. *Aliis qui maledicunt, faciunt sibi convicium* (Syri append. 53).
50. "Domi leōnes, foris vulpes" — proverbium de loquacibus et timidis, qui extra pericūlum multā minantur, in periculo fugiunt (Forcellini in v. leo).
51. Erras, si istorum, tibi qui occurrunt, vultibus credis: hominum effigies habent, animos ferarum (Sen. Ep. 103, 2).

225.

1. Nullae sunt occultiores insidiae, quam eaē, quae latent in simuliōne officii (Cic. Verr. 1, 15, 39).
2. O fallācem hominum spem fragillemque fortūnam et inānes nostras contentiōnes, quae in medio spatio saepe franguntur et corruunt! (Cic. De or. 3, 2, 7).
3. Imagines nobis amicorum absentium jucundae sunt, quae memoriam renōvant et desiderium absentiae falso atque inani solacio levant (Sen. Ep. 40, 1).
4. Plus in ipsa injuria detrimenti est, quam in iis rebus emolumentis, quae pariuntur injuriā (Cic. Fin. 1, 16, 53).
5. In seminibus vis inest earum rerum, quae ex iis progignuntur (Cic. Div. 1, 56, 128).
6. Neque enim picturae probari debent, quae non sunt similes veritati (Vitruv. 7, 5 = p. 116. Nisard).

226.

1. Omnia plerumque, quae absunt, vehementius hominum mentes perturbant (Caes. B. G. 7, 84, 5).
2. Multa sunt jucunda, quae tamen sunt incommōda (Phaedr. App. 27, 1).
3. Altius praecepta descendunt, quae tenēris imprimuntur aetatibus (Sen. Ad. Helv. 18, 8).
4. *Pericla timīdus, etiam quae non sunt, videt* (Syr. 491).
5. *Magis illa juvant, quae pluris emuntur* (Juv. 11, 16).
6. Naturā omnes ea, quae bona videntur, sequuntur fugiuntque contrariā (Cic. Tusc. 4, 6, 12).
7. Difficile est ea, quae commōdis, utilitate et prope naturā diversa sunt, voluntate conjungere (Cic. Qu. fr. 1, 1, 12, 36).
8. Ex istis, quae terribilia videntur, nihil est invictum (Sen. Ep. 98, 12).
9. Plura sunt, Lucīli, quae nos terrent, quam quae premunt, et saepius opiniōne, quam re, laboramus (Sen. Ep. 13, 4).

10. In his, quae malā vocantur, nihil terribile ac durum invenio (Sen. Ad Helviam, 5, 6).
11. Proelium atque arma, quae fortibus honesta, eadem etiam ignavis tutissima sunt (Tac. Agr. 30, 5).
12. *Quae subito veniunt, multo graviora videntur* (B. 2703).
13. *Quae minime sunt pulchra, eā pulchrā videntur amanti* (Bell. p. 117).
14. *Quae nimis appārent retia, vitat avis* (Ov. Rem. 516).
15. *Quae non sunt, simūlo; quae sunt, eā dissimulantur* (Bell. p. 118).
16. Omnia, quae ratiōnem habent, praestant iis, quae sunt ratiōnis expertia (Cic. Leg. 2, 7, 16).
17. Quae de infēris narrantur, fabulōsa sunt omnia (Acolastus, 1130).
18. Nihil est nocentius, quam in iis errare, quae ad felicitatem nostram pertinent (Ernesti, Doctr. sol. 443).
19. Quod oculo lux est, idem est animo veritas, et, quem ad modum luce oculus gaudet, abhorret a tenebris, — sic animi nostri iis, quae vera sunt, gaudent; quae falsa sunt, eā aspernantur ac refugiunt (Mureti or. 11 = vol. 2, p. 100—101).
20. Nemo justus esse potest, qui mortem, qui dolorem, qui exsilium, qui egestatem timet, aut qui eā, quae sunt his contraria, aequitati antepōnit. Maximēque admirantur eum, qui pecuniā non movetur (Cic. Off. 2, 11, 38).
21. Externa bona sunt, quae non sunt in nobis ipsis, sed extra, nosque circumstant, ut divitiae, honōres (Forcellini in v. Externus).
22. Quae perspicua sunt, longa esse non debent (Cic. Fin. 3, 9, 31).
23. *Spes et amor duo sunt calcaria fortia, quae nos Audāces faciunt contemptōresque labōris* (Palingenius, Zodiacus vitae = Hb. 663).
24. Omnia nomina, quae in plurālī numēro in a desinunt, neutri sunt generis (Priscianus = Gramm. lat. 3, 461 Keil).
25. Illorum quoque ablativus i terminatur neutrorum, quae in al desinunt: "hoc tribūnal" — „ab hoc tribunali". Similiter faciunt ablativum, quae in ar desinunt neutra et in obliquis casibus producunt a paenultimam, ut "hoc calcar calcāris" — „a calcāri", „lacūnar lacunāris" — „a lacunār" (Priscianus).
26. *Quae tua sunt, tibi habe; quae mea, redde mihi* (Mart. 10, 51, 16).

227.

1. *Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat Res angusta domi* (Juv. 3, 164).
2. *O misēri, quōrum gaudia crimen habent* (Maximian. Eleg. 1, 180 = Poëtae min. Baehrens, v. 5, p. 324).
3. Magistratibus opus est, sine quorum prudentiā ac diligentia esse civitas non potest (Cic. Leg. 3, 2, 5).

4. Mors est terribilis iis, quorum cum vita omnia exstinguuntur, non iis, quorum laus emori non potest (Cic. Parad. 2, 18).
5. Adulatio — perpetuum malum regum, quorum opes saepius assentatio, quam hostis evertit (Curt. 8, 5, 6).

228.

1. Omnes, quibus res sunt minus secundae, magis sunt nescio quo modo suspiciōsi: ad contumeliam omnia accipiunt magis (Ter. Ad. 4, 3, 14 = 605).
2. Libentius imitamur eos, quibus favēmus (Quint. 2, 2, 8).
3. Qui invident, egent; illi, quibus invidētur, rem habent (Pl. Truc. 4, 2, 35 = 745).
4. Ex insolentia, quibus bonā novā fortūnā est, impotentes laetitiae insaniunt (Liv. 30, 42, 17).
5. *Quibus divitias pollicentur, ab iis drachūmam ipsi petunt* (Ennius ap. Cic. Div. 1, 58, 132 = Diehl p. 44).
6. Fallāces sunt rerum species, quibus credimus (Sen. Benef. 4, 34, 1).
7. A. Quo modo se res habent tuae? — B. Ut solent iis, quibus superi sunt parum propitii (Erasm. 1, 17).
8. Quem animum nos adversus pueros habemus, hunc sapiens adversus omnes, quibus etiam post juventam canosque puerilitas est (Sen. De const. sap. 12, 1).

229.

1. Nemo amat, quos timet (Sen. Ben. 4, 19, 1).
2. *Quos cogit metus laudare,
Eisdem reddit inimicos metus* (Sen. Thy. 207).
3. Proditōres etiam iis, quos antepōnunt, invisi sunt (Tac. Ann. 1, 58).
4. Jugurtha — homo omnium, quos terra sustinet, sceleratissimus (Sall. Jug. 14, 2).
5. Irasci iis nefas est, quos amare debemus (Cic.).
6. *Caelestis irā, quos premit, misēros facit* (Sen. Herc. Oet. 441).
7. Cur ii, quos pudet, aut qui gaudent, rubescunt, at metuentes pallor invadit? (Macrob. Sat. 7, 11).
8. *Purpurei flores, vitae mortālis imāgo,
Quos saepe unā dies gignit et unā necat,
Crescīte, formōsi flores, gratoque colōre
Exhilarate oculos, dum viget iste color!* (P. Francius, Deutsche Lyr., p. 276).
9. Iis fidem habemus, quos plus intellegere, quam nos, arbitramur, quosque futurā prospicere credimus (Cic. Off. 2, 9, 33).

230.

1. Rerum, quas cupis, praesumptio ipsa jucundā est (Plin. Ep. 4, 15, 11).

2. Animi neque admirantur neque requirunt rationes earum rerum, quas semper vident (Cic. N. D. 2, 38, 96).
3. Omnes nos in iis linguis, quas non intellegimus, quae sunt innumerabiles, surdi profecto sumus (Cic. Tusc. 5, 40, 116).

231.

1. Solent maerentes eā, quae maxime dillgunt, fugere et libertatem dolōri suo quaerere (Sen. Ad. Helv. 19, 3).
2. *Quae potus peccas, ignoscere tu tibi noli:*
Nam crimen nullum vini est, sed culpā bibentis (Dion. Cat. 2, 21).
3. *Quae mala cum multis patimur, leviora videntur* (Bell. p. 117).
4. Quae inviti audimus, libenter credimus (Sen. Ira 2, 22, 3).
5. Quae peccamus juvenes, eā luimus senes (Erasm. Adagia p. 1229).
6. Quo plura habes, acrius, quae non habes, cupis (Curt. 7, 8, 20).
7. Eā plerāque nostris moribus sunt decōrā, quae apud Graecos turpia putantur (Nep. Praef. 6):
8. Quae libēri parentibus, eā colōni antiquae patriae debent (Val. Māx.).
9. A. Non mihi credis?—B. Omnia equidem credo, quae dicis mihi (Pl. Merc. 5, 2, 73=914).
10. Verā sunt, mi Sophrōni, propemōdum, quae dicis, omnia (Erasm. 1, 210—211).
11. Sunt multā, quae natura ipsā nos scire, et usus frequens, et vitae necessitas cogit (Lactant. Inst. 3, c. 5=p. 118 Gersdorf).
12. Ego tibi eā narro, quae tu melius scis, quam ipse, qui narro (Cic. Fam. 9, 6, 6).
13. Quae medicamenta non sanant, ferrum sanat, quae ferrum non sanat, ignis sanat (Hippocr.).
14. Omnia istā bonā, quae nos speciōsā, sed fallāci voluptate delectant,—pecuniā, dignitas, potentiā aliaque complura, ad quae generis humani caecā cupiditas obstupescit,—cum labore possidentur, cum invidia conspiciuntur eosdemque ipsos, quos exornant, et premunt (Sen. Ad Polyb. 9, 5).
15. Pictor videt, quae nos non videmus (Cic. Acad. 2, 27, 86).

232.

1. Hanc ratiōnem di sequuntur in bonis viris, quam in discipulis suis praeceptōres, qui plus laboris ab iis exlgunt, in quibus certior spes est (Sen. Provid. 4, 11).
2. Movemur locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt vestigia (Cic. Leg. 2, 2, 4).
3. Virtutes iisdem temporibus optime aestimantur, quibus facillime gignuntur (TacAgr. 1).
4. Contemnantur ii, qui, „nec sibi nec alteri“, ut dicitur: in quibus nullus labor, nullā industriā, nullā curā est (Cic. Off. 2, 10, 36).

5. Senectus non facit eā, quae juvenēs, at verō multo majora et meliora facit. Non viribus aut velocitatibus aut celeritatē corporum res magnae geruntur, sed consilio, auctoritatē, sententiā, quibus non modo non orbari, sed etiam augēri senectus solet (Cic. Senect. 6, 17).
6. Res familiāris quaeri debet iis rebus, a quibus abest turpitudō, conservari autem diligentīā et parsimoniā, eisdem etiam rebus augēri (Cic. Off. 2, 24, 87).
7. Adulentescentes senum praeceptis gaudent, quibus ad virtūtum studiā ducuntur (Cic. Senect. 8, 26).
8. Commōda, quibus utimur, lucemque, quā fruimur, spiritumque, quem ducimus, a Jove nobis dari atque impertiri vidēmus (Cic. R. Am. 45, 131).
9. Non omnes eos contemnunt, de quibus male existimant (Cic. Off. 2, 10, 36).
10. Lunā, quae est, ut ostendunt mathematici, major, quam dimidiā pars terrae, isdem spatiis vagatur, quibus sol, sed tum congregiēns cum sole, tum degrediēns ... Isdemque spatiis eae stellae, quas vagas dicimus, circum terram feruntur eodemque modo oriuntur et occidunt, quarum motus tum incitantur, tum retardantur, saepe etiam insistent (Cic. N. D. 2, 40, 103).
11. Illud ipsum, quod honestum decorumque dicimus, quia per se nobis placet, idcirco illos, in quibus eas virtutes esse remur, a natura ipsa diligere cogimur (Cic. Off. 2, 9, 32).
12. Dentes sunt ossa omnium durissima in ore animalium, quibus cibus dividitur et teritur (Forcellini in v. dens).

Местоимение *quicumque* (§ 156).

233.

1. *Haud est nocens, quicumque non sponte est nocens* (Sen. Herc. Oet. 886).
2. *Semper inops, quicumque cupit* (Claudian. In Ruf. 1, 200).
3. *A, lapis est ferrumque, suam quicumque puellam Verbērat* (Tib. 1, 10, 59).
4. *Infelix, totā quicumque quiescere nocte Sustinet, et somnos praemia magna vocat* (Ov. Am. 2, 9, 39).
5. *Quemcunque quaerit calamitas, facile invenit* (Syr. 558).
6. Quaecunque femina vini usum immoderate appetit, omnibus et virtutibus januam claudit et delictis aperit (Val. Max. 6, 3, 9).
7. *Sincērum est nisi vas, quodcunque infundis, acescit* (Hor. Ep. 1, 2, 54).
8. *Parvulā (nam exemplo est) magni formicā laboris Ore trahit, quodcunque potest, atque addit acervo, Quem struit, haud ignarā ac non incautā futuri* (Hor. Sat. 1, 1, 33).
9. Omnia, quaecunque toto orbe terrarum committuntur scelera, circumspicite, iudices: pleraque ex cupiditate nascuntur: haec latrones facit, haec piratas, haec sicas percussorum acuit (Quint. Decl. 321 = p. 298 Lemaire).

234.

1. Simllis furenti, quisquis timet (Sen. N. Q. 6, 29).
2. *Invidiā excelsos, inōpes injuriā vexat:*
Quam felix vivit, quisquis utrāque caret (Anth. 276).
3. *Quisquis habet nummos, securā navigat aurā* (Petron. 137).
4. *Quisquis ubique habitat, Maxīme, nusquam habitat* (Mart. 7, 73, 6).
5. Ardentius appetitur, quidquid est rarius (Hieron. = O. 294).
6. *Quisquis amat cervam, cervam putat esse Minervam;*
Quisquis amat ranam, ranam putat esse Diānam (B. 2851).
7. Quisquis suo jure utitur, injuriam nulli facit (B. 2855).
8. *Quisquis amat, servit* (Bell. p. 128).
9. *Quisquis amat Musas, Musis ab ipsis redamatur* (Seyffert, Palaestra Musarum, p. 1, 1).
10. *Hostis est, quisquis mihi*
Non monstrat hostem (Sen. Herc. fur. 1167).

235.

1. *Quidquid habet ortūs, finem timet* (Stat. Silv. 2, 1, 218).
2. *Quidquid id est, timeo Danaos et dona ferentes* (V. Aen. 2, 49).
3. Quidquid domi est, vile est (Sen. Ben. 3, 3, 1).
4. Quidquid discis, tibi discis (Petron. 46).
5. *Quidquid patimur mortāle genus,*
Quidquid facimus, venit ex alto (Sen. Oed. 983).
6. *Vince mero curas et, quidquid forte remordet,*
Comprīme, deque animo nubllā pelle tuo (Anth. 449).
7. *Quidquid servatur, cupimus magis, ipsāque furem*
Curā vocat. Pauci, quod sinit alter, amant (Ov. Am. 3, 4, 25).
8. Homo nihil a se aliēnum debet credere, quidquid humani est (Ambros. = O. 166).
9. Quicquid licet, minus desideratur (Hieron. = O. 193).
10. *Omne solum forti patriā est, ut piscibus aequor,*
Ut volūcri, vacuo quidquid in orbe patet (Ov. F. 1, 493).
11. *Ingrātum est, quidquid nimium; sic semper amārum est,*
Ut verbum vetus est, mel quoque, si nimium (Bell. p. 61).
12. Sed non, quidquid tibi audire utile est, id mihi dicere necesse est (Cic. Off. 3, 12, 52).
13. Omnis elēgans doctrinā, omnis cognitio, dignā hominis ingenui studio, — uno verbo, quidquid usquam est politiorum disciplinarum, nullis aliis, quam Graecorum libris ac littēris continētur (Mureti Or. 4 = v. 2, p. 31).
14. *Esse nihil dicis, quidquid petis, imprōbe Cinnā.*
Si nil, Cinnā, petis, nil tibi, Cinnā, nego (Martial. 3, 61).
15. "Monumentum" non sepulcrum tantum dicitur, sed omne, quidquid memoriam testatur (Porphy. ad Hor. C. 1, 2, 15 = p. 5, 2).
16. Quidquid dicunt, laudo; id rursus si negant, laudo id quoque (Ter. Eun. 2, 2, 20 = 251).

236.

1. *Quis plurimum habet? Is, qui omnium minimum cupit* (Syri Append. 69).
2. *Quis amicior, quam frater fratri?* (Sall. Jug. 10, 5).
3. *Quis hic est simia?* (Afran. = Diehl p. 100).
4. *Quis est, qui me vocat?* (Pl. Merc. 808).
5. *Quis hic loquitur?* (Ter. Andr. 267).
6. *Quis te tenet morbus?* (Erasm. 1, 9).
7. *Quis furor est atram bellis arcessere mortem?*
Imminet et tacito clam venit illa pede (Tib. 1, 10, 33).
8. *Quis nescit, primam hominis aetatem longe laetissimam esse longeque omnibus gratissimam esse? ... Deinde, quae succedit huic, adulescentia quam est apud omnes gratiosam, quam illi candidae favent omnes, quam studiose provohunt, quam officiose porrigunt auxiliares manus!* (Erasm. 2, Laus stultitiae, p. 305—6).
9. *Quisnam igitur liber? Sapiens sibique imperiosus, Quem neque pauperies neque mors neque vincula terrent* (Hor. Sat. 2, 7, 83).
10. *Heu, Fortunam, quis est crudelior in nos Te deus?* (Hor. Sat. 2, 8, 61).

237.

1. *Quae est maxima egestas? Avaritia* (Sen. De mor. 57).
2. *Quae dos matronae pulcherrima? Vita pudica* (Auson. Sept. sap. sent. Bias 4).
3. *Pernicies homini quae maxima? Solus homo alter* (Auson. Sept. sap. sent. Bias. 2).
4. *Elephanto beluarum nulla prudentior; ad figuram quae vastior?* (Cic. N. D. 1, 35, 97).
5. *Nunc vero quae tua est ista vita?* (Cic. Catil. 1, 7, 16).
6. *Quae tibi mulier videtur multo sapientissima?* (Pl. Stich. 1, 2, 66 = 123).
7. *Quae regio in terris nostri non plena laboris?* (V. Aen. 1, 460).
8. *Lingua Graeca magistra et quasi fons est omnium artium, ut pulcherrimarum, ita et vitae humanae necessariorum. Quae enim alia habet eruditiores aut illustriores scriptores doctrinae de motibus caelestium luminum, de natura rerum, de valetudine corporum nostrorum ac remediis morborum?* (Melanchthon, De studiis linguae graecae = p. 32 Hartfelder).
9. *Nihil est nec miserius nec stultius, quam praetimore: quae ista dementia est malum suum antecedere?* (Sen. Ep. 98, 7).
10. *Quae est domestica sede jucundior?* (Cic. Fam. 4, 8, 2).
11. *Quae amicitia potest esse inter ingratos?* (Cic. Planc. 33, 80).

1. *Vento quid levius? Fulmen. Quid fulmīne? Fama. Famā quid? Mulier. Quid muliēre? Nihil* (Anth. 898 in annot. critica).
2. *Quid datur a divīs fellici optatius horā?* (Catull. 62, 30).
3. *Quid est dulcius otio litterātō?* (Cic. Tusc. 5, 36, 105).
4. *Quid novi ex Africā?* (K. 2267).
5. *Quid praeclārum non idem arduum?* (Cic. Tusc. 3, 34, 84).
6. *Quid? Tu ignōras, arbōres magnas diu crescēre, unā horā exstirpari?* (Curt. 7, 8, 15).
7. *Non est magnā domus; quid tum? sub paupēre tecto*
Saepe etiam virtus ingeniōsā latet (B. 2166).
8. *Quid magis est saxo durum? quid mollius undā?*
Durā tamen molli saxa cavantur aquā (Ov. A. A. 1, 475).
9. *Vitā quid est hominum, nisi spes incertā metusque;*
Haec inter dubii vivimus et morimur (Bell. p. 168).
10. *Stulte, quid est somnus, gelidae nisi mortis imāgo?* (Ovid. Am. 2, 9, 41).
11. *Quid tibi negotii est mecum* (Pl. Cas. 96).
12. **A.** Dulce est dormire.—**B.** Quid esse potest dulce nihil senti-
enti?—**A.** Hoc ipsum dulce est, nihil sentire molestiae.—**B.** At-
que isto nomīne feliciores sunt, qui dormiunt in sepulcris. Nam
dormienti nonnunquam insomnia molesta sunt (Erasm. 2, 141).
13. *Quid melius linguā, linguā quid pejus eādem?*
Tristia cum dulci toxica melle gerit (Parnasse latin moderne,
par Brunel, p. 8).
14. *Omne genus scripti gravitāte tragoediā vincit;*
Haec quoque materiam semper amoris habet.
Nam quid in Hippolyto, nisi caecae flammā novercae?
Nobilis est Canāce fratris amore sui (Ov. Tr. 2, 1, 381).
15. Si ingenia omnium paria esse non possunt, jura certe paria
debent esse eorum inter se, qui sunt cives in eadem republica.
Quid est enim civitas, nisi juris societas? (Cic. Reip. 1, 32, 49).
16. *Mors quid est? Aut finis, aut transitus* (Sen. Ep. 65, 24).
17. *Quid est suavius, quam rem bene gerere?* (Pl. Capt. 3, 2, 1 =
= 498).
18. *Quid est enim aliud Gigantum modo bellare cum dis, nisi na-
turae repugnare?* (Cic. Sen. 2, 5).

239.

1. *Quid leges sine moribus*
Vanae proficiunt? (Hor. C. 3, 24, 35).
2. *Quid agis, dulcissime rerum?* (Hor. Sat. 1, 9, 4).
3. *Quid stas, lapis?* (Ter. Heaut. 831).
4. *Quid non mortalia pectora cogis,*
Auri sacrā fames? (V. Aen. 3, 56).

5. *Impröbe amor, quid non mortalia pectora cogis?* (V. Aen. 4, 412).
6. *Quid mihi Celsus agit?* (Hor. Ep. 1, 3, 15).
7. **A.** Quid tam, quaeso, tristis es? — **B.** Haud simplex est malum, quod me sollicitum habet (Acolastus, 112).
8. Quid cessamus proelium committere? (Pl. Pers. 1, 3, 32 = 112).
9. Videte, quaeso, quid potest pecuniä (Pl. Stich. 3, 1, 9 = 4, 10).
10. Quid audio? (Acolastus, 117).
11. **A.** Quid agis? — **B.** Vivo (Pl. Curc. 2, 1, 20 = 235).
12. Di immortales, aurum quid valet! (Pl. Aul. 2, 2, 87 = 265).
13. Quid parcis hosti? ([Sen.] Oct. 880).
14. Quid, adulescens, quaeris? (Pl. Trin. 871).
15. Quid times? (Pl. Cas. 392).
16. *Quid non longä dies, quid non consumitis, anni?* (Mart. 9, 49, 9).
17. Di immortales, homini homo quid praestat? Stulto intelligens quid interest? (Ter. Eun. 2, 2, 1 = 232).
18. *Quid tristes querimoniae, Si non supplicio culpä reciduntur?* (Hor. C. 3, 24, 33).
19. Quod ego novum spectaculum hic video! (Erasm. 1, 274).

240.

1. Cujus hic vocem audire videor? Num Eubüli? Is est ipse (Acolastus, 109).
2. Omnes fontes aestate, quam hieme, gelidiores esse, quem fallit? (Plin. N. H. 2, 102 (105), 233).
3. In his quam ob rem peregrinaris regionibus? (Acolastus, 532).
4. Quo morbo tenēris? (Erasm. 1, 9).
5. Tuae res quo in statu sunt? Mediöcri (Erasm. 1, 11).
6. Quo ille studiorum amore flagrat! (Plin. Ep. 5, 21, 5).
7. Qua ratione carnem ad diuturnitatem usus admixtio salis servat? (Macrob. 7, 12, 2).

241.

1. Quae vero et quam varia genera bestiarum vel cicurum vel ferarum! (Cic. N. D. 2, 39, 99).
2. Quibusnam manibus aut quibus viribus homines tantulae staturae tanti oneris turrim in muros sese collocare posse confidunt? (Caes. B. G. 2, 30, 4).
3. Quas Hercules voces apud Sophoclem in Trachiniis edit! (Cic. Tusc. 2, 8, 20).

6. МЕСТОИМЕННИЯ НЕОПРЕДЕЛЕННЫЕ (§ 164—172).

Местоимение *aliquis*.

242.

1. Praestat nemini imperare, quam alicui servire (Brut. ap. Quint. 9, 3, 95).

2. *Exoritur aliquod majus ex magno malum* (Sen. Tro. 428).
3. *Malum nullum est sine aliquo bono* (Plin. N. H. 27, 2, 9).
4. *Lectio auctorum multorum et omnis generis voluminum habet aliquid vagum et instabile* (Sen. Ep. 2, 2).
5. *Mihi videtur acerbā semper et immaturā mors eorum, qui immortale aliquid parant* (Plin. Ep. 5, 5, 4).
6. *Audacter calumniare: semper aliquid haeret* (Bacon. De augmentis scientiarum 8, 2 = Hb. p. 18).
7. *Quasi aurum igni, sic benevolentia fidelis periculo aliquo percipi potest* (Cic. Fam. 9, 16, 2).
8. *Cui homini di propitii sunt, aliquid objiciunt lucri* (Pl. Pers. 4, 3, 1 = 470).
9. *Ut adolescentem, in quo est senile aliquid, sic senem, in quo est aliquid adolescentis, probo* (Cic. Sen. 11, 38).
10. *Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus. Aliquid mali esse propter vicinum malum* (Pl. Merc. 4, 4, 31 = 771).
11. *Amico aliquis aegro assidet: probamus. At hoc hereditatis causa facit: vultur est, cadaver exspectat* (Sen. Ep. 95, 43).
12. *Potest falsum aliquid pro vero credi* (Sall. Cat. 51, 36).
13. *Majus aliquid et excelsius a principe postulatur* (Tac. Ann. 3, 53, 13).
14. *Nemo non aliquod nobis vitium aut commendat aut imprimit; et, quo major est populus, cui miscemur, hoc periculi plus est* (Sen. Ep. 7, 2).
15. *Nihil est tam damnosum bonis moribus, quam in aliquo spectaculo desiderare: tunc enim per voluptatem facilius vitia subrepunt* (Sen. Ep. 7, 2).
16. *Senectus non modo languida atque iners non est, verum etiam est operosa et semper agens aliquid et moliens* (Cic. Sen. 8, 26).
17. *Facilius aliquid conservatur, quam de novo acquiritur* (B. 1073).
18. *Sunt aliquid manes: letum non omnia finit* (Prop. 5, 7, 1).
19. *Est aliquid patriis vicinum finibus esse* (Ov. Pont. 2, 7, 65).
20. *Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agri cultura melius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius* (Cic. Off. 1, 42, 151).
21. *Solet interdum in aurem aliquid incidere, ut calculus aliquodve animal* (Cels. 6, 7, 9).
22. *Est aliquid — insanire cum multis* (Erasm. 1, 30).
23. *Constat, omnes urbes in alicujus dei esse tutela* (Macrob. Sat. 3, 9, 2).
24. *Aliquam puero nutricem para* (Ter. Hec. 4, 4, 104 = 726).
25. *„Vale“ vox salutantis est, quum ab aliquo recedimus, et „salve“ et „ave“ salutatioes sunt venientis* (Annotatio ad Erasm. 1, 167).
26. *Cum spe, si non optima, at aliqua tamen vivimus* (Cic. Fam. 9, 6, 3).
27. *Humiles animi et mediocria ingenia ne ad scelera quidem aliqua insignia valent, nedum ad virtutes* (Annotatio Heusingeri-Zumptii ad Cic. Off. 1, c. 9).

28. Cotidie morimur: cotidie enim demitur aliqua pars vitae, et tunc quoque, quum crescimus, vitā decrescit (Sen. Ep. 24, 20).
29. Qui eget divitiis, timet pro illis. Nemo autem sollicito bono fruitur: adjicere illis aliquid studet (Sen. Ep. 14, 18).
30. Non omnes homines aliquo errore ducuntur? (Plin. Epist. 9, 12, 1).
31. Apud Plautum non raro senes de aetate sua, ut de gravi aliquo ac ponderoso onere loquuntur (Muretus, Var. lect. c. 28 = p. 155 Teubn.).
32. Neque in bona segere nullum est spicum nequam, neque in mala non aliquid bonum (Varro, Sat. Men. p. 155 Riese).
33. Dulce aliquis munus pro munere poscit amaro? (Mart. 9, 94, 5).
34. Non modo apud majores nostros, sed etiam nuper erat summa laus consularium — vigilare, semper aliquid pro republica aut cogitare aut facere aut dicere (Cic. Phil. 8, 10, 30).
35. Cur celatis, quasi turpe aliquid, sententiam vestram? (Cic. Acad. pr. 2, 18, 60).

Местоимение *quis* (§ 1236—1238).

243.

1. *Quo quis majorem possidet terrae locum, Eo curā graviore afficitur* (Phaedr. App. 5, 15).
2. Errat, si quis existimat, facilem rem esse donare: plurimum ista res habet difficultatis, si modo consilio tribuitur, non casu et impetu spargitur (Sen. Vit. beat. 24, 1).
3. Id arbitror in vita esse utile: ne quid nimis (Ter. Andr. 1, 1, 33 = 60).
4. „Sus Minervam“ in proverbio est, ubi quis id docet alterum, cujus ipse inscius est (Festus, p. 403 Lindsay).
5. Errant, si qui in bello omnes secundos rerum proventus expectant (Caes. B. G. 7, 29, 3).
6. *Ah miser, etsi quis primo perjuriam celat, Seram tamen tacitis Poenam venit pedibus* (Tib. 1, 9, 3).
7. *Si quam sedē sedes, et eā est tibi commoda sedes, Illam sedē sedē nec ab illa sedē recede* (B. 3127).
8. Negat quis, nego; ait, ajo (Ter. Eun. 252).
9. *Si quam fides famae, super aurea sidera Juno Magnanimo pariter cum Jove sceptrum tenet* (Buchananus = Eclogae poetarum latinorum recentioris aevi, p. 120; Parnasse lat. p. 90).
10. Ea est geometria, quae infimis, mediocribus, summis hominibus, et viris terrarum principibus utilis est et maxime necessaria. Haec agriculae, nautae, reges ipsi et imperatores, omnes omnium condicionum homines, sive quis infames et sordidas artes tractat, sive ingenuas et liberales, aequae prorsus indigent. Hujusce artis praesidio omnem latitudinem, longitudinem, altitudinem, profunditatem agrorum, montium, insularum, fluminum, maris adipiscimur (De la Cerda = Philippi, Latinität der Neueren, p. 190).

11. *Ignē quid utilius? Si quis tamen urēre tēcta
Compīrat, audāces instruit igne manūs* (Ov. Tr. 2, 268).
12. Omnes, quibus res sunt minus secundae, magis sunt nescio quo modo suspiciōsi: ad contumeliam omnia accipiunt magis (Ter. Ad. 605).
13. *Nescio quā natāle solum dulcēdīne cunctos
Ducit, et immemōres non sinit esse sui* (Ov. Pont. 1, 3, 35).
14. Nescio quo modo bonae mentis soror est paupertas (Petron. 84).

Местоимение *quidam*.

244.

1. *Honestā quaedam scelera successus facit* (Sen. Phaedra 598).
2. Facilius est quaedam vincere, quam tueri (Curt. 4, 11, 9).
3. Vultus totus sermo quidam tacitus mentis est (Cic. Pis. 1, 1).
4. Gloriā vanum et volublle quiddam est aurāque mobilius (Sen. Ep. 123, 16).
5. Tam nescire quaedam milites, quam scire, oportet (Tac. Hist. 1, 83).
6. *Est quaedam flere voluptas* (Ov. Tr. 4, 3, 37).
7. Melius de quibusdam acerbi inimici merentur, quam ii amici, qui dulces videntur: illi verum saepe dicunt, hi nunquam (Cic. Lael. 24, 90).
8. Omnes artes, quae ad humanitatem spectant, habent quoddam commūne vincūlum et quasi cognatione quadam inter se continentur (Cic. Arch. 1, 2).
9. *Est miseris quaedam miseros spectare voluptas:
Nam socios durae sortis habere iuvat* (Bell. 36).
10. *Sol nihil in mundo videt omni parte beatum:
Semper enim quiddam gaudia fellis habent* (Bell. 149).
11. Est autem maritimis urbibus etiam quaedam corruptēla ac demutatio morum: admiscuntur enim novis sermonibus ac disciplinis, et importantur non merces solum adventiciae, sed etiam mores. Jam, qui incōlunt eas urbes, non haerent in suis sedibus, sed volūcri semper spe et cogitatione rapiuntur a domo longius, atque etiam, quum manent corpore, animo tamen exsulant et vagantur (Cic. Reip. 2, 4, 7).
12. Lignum cuiusdam ficus Aegyptiae non, ut ligna cetēra, in āquis natat, sed mergitur (Augustin. Civ. 21, 5 = v. 2, p. 496, 5 Domb.).
13. Ex gravissimorum auctorum sententia, disciplina nihil aliud est, quam ratio quaedam animos ad virtutis amorem vitiique odium addūcens, et, quum hoc ipso, tum assuetudine quadam liberali in officio homines continens (Lange apud Friedemann, v. 1, p. 189).
14. Immoderate quidam et ingrante nostra facilitate abutuntur (Cic. Fam. 12, 1, 2).
15. Quedam exigua animalia igniculi videntur in tenēbris (Quint. 12, 10, 76).

16. Aestate quaedam flumina augentur, ut Nilus. Theophrastus est auctor, in Ponto quoque quosdam amnes crescere tempore aestivo (Sen. N. Q. 3, 26, 1).
17. Animalium quaedam, ut manibus, utuntur priorum ministerio pedum sedentque, ad os illis admoventia cibos, ut sciuri (Plin. H. N. 11, c. 99, § 245).
18. Ex fulminibus quaedam sunt, quae significant id, quod ad nos pertinet, quaedam autem nihil significant aut id, cujus intellectus ad nos non pertinet. Ex his, quae significant, quaedam sunt laeta, quaedam adversa, quaedam nec adversa nec laeta. Adversorum hae sunt species: aut inevitabilia mala portendunt, aut evitabilia, aut quae minui possunt, aut quae prorogari (Sen. N. Q. 2, 50, 1—2).
19. Delectat enim, inquit Cicero, quidquid est admirabile (Cic. Partit. orat. c. 6). Poetae autem et mira quaedam narrant et ea miro modo eloquuntur. Jam omnes homines naturā cupidi sunt scientiae, et admiratio stimulus quidam est ad sapientiam et scientiam (Mureti Or. 11 = v. 2, p. 98).
20. Quedam falsa veri speciem ferunt (Sen. Ira 2, 22, 2).
21. Nonne videmus, et hodie quasdam anus tenentes sui saeculi cultum, qui magis est diversus a cultu horum temporum, quam meus cultus abest a tuo? (Erasm. 1, 267).
22. Medici ex quibusdam rebus et advenientes morbos et crescentes cognoscunt (Berger. Phras. p. 97).
23. In quibusdam virtutes non habent gratiam, in quibusdam vitia ipsa delectant (Quint. 11, 3, 178).
24. Quidam omni ex re decerpunt, si quid est incommōdi. Nimirum his placet illud "optimum non nasci". Mihi magis arridet Metrodorus, undique decerpens, si quid est boni (Erasm. 1, 245).
25. Quidam morbi breves acūtique sunt, qui cito vel tollunt hominem, vel ipsi cito finiuntur; quidam longi, sub quibus neque sanitas in propinquo, neque exitium est; tertiumque genus eorum est, qui modo acūti, modo longi sunt (Cels. 3, 1 = p. 74, 9).
26. Vita ipsa — cursus ad mortem seu verius mors quaedam (Sen. De rem. fort. 2, 6).
27. Quidam vitiis gloriuntur (Sen. Ep. 28, 10).
28. Nescire quaedam magnā pars sapientiae est (H. Grotius = Hb. 157).
29. Ut ferae quaedam nullā mitescunt arte, sic immitis et implacabilis ejus viri animus est (Liv. 33, 45, 7).
30. Non cibus nobis, non umor, non vigilia, non somnus sine mensura quadam salubria sunt (Sen. N. Q. 6, 2, 3).
31. Dicitur vulgari quodam proverbio: qui me amat, amat et canem meum (Riley 82).
32. Latrant quidam oratores, non loquuntur (Cic. Brut. 15, 58).

Местоимение *quisque* (§ 1240—1241).

245.

1. Ut quisque est vir optimus, ita difficillime esse alios improbos suspicatur (Cic. Ad Quint. fr. 1, 1, 4, 12).

2. Minime sibi quisque notus est et difficillime de se quisque sentit (Cic. De or. 3, 9, 33).
3. In suo quisque negotio hebetior est, quam in aliëno (Curt. 7, 4, 10).
4. Sibi quisque ruri metit (Pl. Most. 3, 2, 112 = 799).
5. *Natüræ sequitur semina quisque suae* (Prop. 4, 9, 20).
6. Trahimur omnes studio laudis, et optimus quisque maxime gloria ducitur (Cic. Arch. 11, 26).
7. Ipse se quisque diligit (Cic. Lael. 21, 80).
8. Tantum sibi quisque curä est (Quint. Decl. 12 = p. 268 Lemaire).
9. Suum quisque iudicium habet (Suet. Aug. 54).
10. Admonëri bonus gaudet; pessimus quisque correctorem asperrime patitur (Sen. Ira 3, 36, 4).
11. Suae quisque fortunaë faber est (Sall. De rep. 1, 1, 2).
12. Fortissimus quisque — tutissimus (Sall. Jug. 87, 2).
13. Suo unus quisque studio maxime ducitur (Cic. Fin. 5, 2, 5).
14. Suam quisque fortunam in consilio habet, quum de aliëna deliberat (Curt. 5, 5, 12).
15. Facillime ad res injustas impellitur, ut quisque altissimo animo est, gloriae cupiditate (Cic. Off. 1, 19, 65).
16. Aestimatiöne nocturnae quietis, dimidio quisque spatio vitae suae vivit (Plin. N. H. 7, c. 50, § 167).
17. Quisque verborum suorum optimus interpres (Regula juris = B. 2837).
18. *Scillcet est cupidus studiorum quisque suorum, Tempus et assuetä ponere in arte iuvat* (Ov. Pont. 1, 5, 35).
19. *Index est animi sermo morumque fidelis Haud dubie testis, quoniam quisque illä libenter Et crebro loquitur, quibus oblectatur, unque* (Bell. 59).
20. Sapientissimus quisque aequissimo animo moritur, stultissimus — iniquissimo (Cic. Senect. 23, 83).
21. Neque enim, quod quisque potest, id ei licet, nec, si non obstat, propterea etiam permittitur (Cic. Phil. 13, 6, 14).

246.

1. *Maximä quaeque domüs servis est plenä superbis* (Juv. 5, 66).
2. Feminae formosae sunt plerumque hoc ipso, quod pulchrae sunt superbae et feroces. Quo quaeque pulchrior est, eo pluribus placet, atque id ipsum pudicitiae ejus periculösium est (Ernesti, Initia doctr. solid., p. 598).
3. Experiëntiä docet, uxorem, ut quaeque est ditior, ita vulgo esse imperiosorem, superbior em et vel magnificentior em luxuriosior emque, vel avarior em (Ernesti, Initia doctr. solid., p. 595).
4. Notissimum quodque malum maxime tolerabile est (Liv. 23, 3, 14).
5. Optimum quidque rarissimum est (Cic. Fin. 2, 25, 81).
6. Ex feris quo majus quodque animal, eo robustior ex eo cibus est (Cels. 2, 18 = p. 65, 17).

1. Sui cuique mores fingunt fortunam hominibus (Nep. 25, 11,6).
2. Sua cuique calamitas praecipue miserā atque intolerandā videtur (Quint. Decl. 6,1 = p. 129 Lemaire).
3. Suā cuique sunt vitia (Quint. 11, 3, 121).
4. Suae quemque fortunae maxime paenitet (Cic. Fam. 6, 1, 1).
5. Meus mihi, suus cuique est carus (Pl. Capt. 2,3, 40 = 400).
6. Quid est sanctius, quam domus unius cujusque civium? (Cic. De domo 41, 109).
7. Sumitur bellum etiam ab ignāvis; strenuissimi cujusque periculo geritur (Tac. Hist. 4, 69).
8. Est iniquum, damnōsum cuique esse officium suum (Pandect. 29, 3, 7).
9. Suum cujusque rei tempus (Sen. Ben. 6, 40).
10. Linguā mente cuique nocentius est (Varr. Sent. 103).
11. *Nec formā aeternum aut cuiquam est fortunā perennis: Longius aut propius mors suā quemque manet* (Prop. 2, 28, 57 = 3, 26, 11).
12. Suam cuique sponsam, mihi meam; suum cuique amorem, mihi meum (Atilius ap. Cic. Att. 14, 20, 3 = Diehl 66).
13. Suum cuique decus posteritas rependit (Tac. A. 4, 35, 9).
14. *Trahit suā quemque voluptas* (V. Ecl. 2, 65).
15. Tibi Asiā, sicut uni cuique suā domus, notā esse debet (Cic. Epist. ad Quint. fr. 1, 1, 16, 45).
16. Suis fortunā cuique fingitur moribus (Poëta ap. Cic. Parad. 5, 2, 34).
17. Suum cuique pulchrum est (Cic. Tusc. 5, 22, 63).
18. Videmus, suam cuique rem esse carissimam (Petron. 15).
19. Fallit quemque caecus amor sui (Oss. 23).
20. Multis simulationum involūcris tegitur, et quasi velis quibusdam obtenditur unius cujusque naturā (Cic. Ad Quint. fr. 1, 1, 15).
21. Id maxime quemque decet, quod est cujusque suum maxime (Cic.).
22. Serpunt vitia et in proximum quemque transsiliunt et contactu nocent (Sen. Tranq. an. 7, 3).
23. Mirā animalium pro se cuique sollertiā est (Plin. N. H. 8, 12, 33).
24. *Me meā delēctant, te tuā, quemque suā* (B. 1814).
25. Suā cuique nocet stultitiā (B. 3217).
26. Suum cuique (B. 3264).
27. Suum cuique placet (Plin. N. H. 14, 6, 71).
28. *Dum ferrum candet, cudere quemque decet* (Bell. p. 31).
29. *Metri se quemque suo modūlo ac pede, verum est* (Hor. Ep. 1, 7, 98).
30. Juris praecepta sunt haec: honeste vivere, alterum non laedere, suum cuique tribuere (Digesta 1, 1, 10).
31. Suā quemque alit ars (Erasm. 1, 209).
32. *Mors venit incerto certā cuique die* (Io. Clajus = Deutsche Lyriker, ed. Ellinger, p. 85).

33. *Placet Stolcis suo quamque rem nomine appellare* (Cic. Fam. 9, 22, 1).

248.

1. In rebus asp̄eris et tenui spe fortissima quaeque consilia tutissima sunt (Liv. 25, 38, 18).
2. Quum omnia hum̄ana, tum maxima quaeque et regna et imperia sub casibus multis sunt (Liv. 42, 50, 5).
3. Altissima quaeque flumina minimo sono labuntur (Curt. 7, 4, 13).
4. Optima quaeque rara sunt (Rufinus = O. 294).
5. Honos alit artes, omnesque incenduntur ad studia gloriā, jacentque eā semper, quae apud quosque improbantur (Cic. Tusc. 1, 2, 4).
6. *Festinare nocet, nocet et cunctatio saepe;*
Tempore quaeque suo qui facit, ille sapit (Riley 124).

Местоимение *quivis*.

249.

1. Quidvis egestas imp̄erat (Pl. Asin. 3, 3, 81 = 671).
2. *Cuivis dolōri remedium est patientiā* (Syr. 108).
3. *Qui consilio est nocens,*
Illum esse quāvis dignum poenā judico (Phaedr. 5, 3, 12).
4. Cujusvis hominis est errare; nullus, nisi insipientis, in errore perseverare: posteriores enim cogitationes, ut ajunt, sapientiores solent esse (Cic. Phil. 12, 2, 5).
5. Omnium malorum stultitiā est mater; eā parit immensas cupiditates. Immensae porro cupiditates infinitae, immoderatae sunt. Hae pariunt avaritiam. Avaritiā porro hominem ad quodvis maleficiū impellit (Rhet. ad Herenn. 2, 22, 34).
6. *In causā facili cuivis licet esse deserto* (Ov. Tr. 3, 11, 21).
7. *Non quivis, pellem qui gestat tigr̄idis, audax* (Proverbium Arabum = Korsch, Stephanus, p. 6).
8. Artem quaevis terrā alit (Erasm. 1, 301).
9. Nihil eorum, quae recte praecipuntur a quovis homine, contemnere debet adulescens (Majoragii oratio de parentum officio apud Baumstark, p. 246).
10. In omni arte vel studio vel quāvis scientiā vel in ipsa virtūte optimum quidque rarissimum est (Cic. Fin. 2, 25, 81).
11. Et̄ enim ille, cujus huc jussu venio, Jupp̄iter, non minus, quam vestrum quivis, formidat malum (Pl. Amph. Prol. 26).
12. Consuetūdo quovis tyranno potentior (Erasm. 2, 93).
13. *Magnum pauperies opprobrium jubet*
Quidvis et facere et pati,
Virtutisque viam deserit arduae (Hor. C. 3, 24, 42).

Местоимение *quilibet*.

250.

1. *Ad calamitatem quilibet rumor valet* (Syr. 17).
2. Nil est facilius, quam in quemlibet affectum movere populum (Quint. Decl. 11,7 = p. 256 Lemaire).

3. Beneficium qui quibuslibet dat, nulli gratum (Sen. Ben. 1, 14, 1).
4. Quaelibet vulpes caudam suam laudat (Romul. Append. 36 = O. 379).
5. Bonus quilibet praesumitur in dubio (B. 365).
6. *Nocte latent mendae, vitioque ignoscitur omni, Horaque formosam quamlibet illam facit* (Ov. A. A. 1, 249).
7. Non cuiuslibet pulsanti patet janua (B. 2146).
8. *Morsus est in re qualibet optimus* (Acolastus, 1051).
9. *Quemlibet ignavum facit indignatio fortem* (Anth. 716, 23).

Местоимение *uterque, utervis*.

251.

1. Utrumque vitium est — et omnibus credere et nulli (Sen. Ep. 3, 4).
2. Canis nomine similis lupo? At mores in utroque dispares (Cic. N. D. 1, 35, 97).
3. In aurem utramvis otiose dormire (Ter. Haut. 2, 3, 101 = 342).

Местоимение *quisquam* (§ 1239).

252.

1. Omnia vetustate labuntur, nec quicquam tutum a senectute est (Sen. N. Q. 6, 10).
2. *Nec quisquam melior medicus, quam fidus amicus* (Dion. Cat. 4, 13).
3. Di neque propitii cuiquam esse solent neque irati (Cic. Pis. 25, 59).
4. Bona nulla cuiusquam boni invidia est (Sen. Ep. 65, 10).
5. Caeca invidia est, nec quicquam aliud scit, quam detrectare virtutes, corrumpere honores ac praemia earum (Liv. 38, 49, 5).
6. Difficile est consilium dare regi aut imperatori, postrimo cuiquam mortali, cuius opes in excelso sunt (Sall. Epist. ad Caes. 2. 1).
7. Ubi malos praemia sequuntur, haud facile quisquam gratuito bonus est (Sall. Hist. 1, 48, 9 Dietsch).
8. *Vino nihil jucundius quisquam bibit* (Anth. 43 Meyer).
9. Sapiens gratiam nunquam movetur, nunquam cuiusquam delicto ignoscit (Zeno ap. Cic. Mur. 29, 61).
10. Non oportet quemquam a sermone principis tristem discedere (Suet. Tit. 8).
11. Neque cuiquam mortalium injuriae suae parvae videntur (Sall. Cat. 51, 11).
12. Deos non sanus timet. Furor est enim metuere salutaria, nec quisquam amat, quos timet (Sen. Ben. 4, 19, 1).
13. An est quicquam similis insaniae, quam iram? (Cic. Tusc. 4, 23, 52).

14. O di boni! Quid est in hominis vitā diu? Sed mihi ne diuturnum quidem quicquam videtur, in quo est aliquid extrēmum (Cic. Sen. 20, 69).
15. Neque omnino quicquam est aliud ars, quam imitatio quaedam naturae (Mureti, Or. 11 = v. 2, p. 97).
16. Quod ratione utitur. id melius est, quam id, quod ratione non utitur; nihil autem mundo melius; ratione igitur mundus utitur. Similiter effici potest, sapientem esse mundum, similiter beātum, similiter aeternum: omnia enim haec meliora sunt, quam ea, quae sunt his carentia, nec mundo quicquam melius; ex quo efficitur, esse mundum deum (Cic. N. D. 2, 8, 21).
17. Quid est optabilius sapientiā, quid praestantius, quid homini melius, quid homine dignius? Hanc igitur qui expētunt, philosophi nominantur; nec quicquam aliud est philosophiā praeter studium sapientiae. Sapientiā autem est rerum divinarum et humanarum causarumque, quibus eae res continentur, scientiā (Cic. Off. 2, 2, 5).
18. Iniquum est quemquam ex veste aestimare (Erasm. 1, 257).
19. Cur neque deformem adolescentem quisquam amat, neque formosum senem? (Cic. Tusc. 4, 33, 70).
20. Raro quisquam non aliquam partem corporis imbecillam habet (Cels. 1, 3 = p. 18, 4).
21. Si quisquam fuit unquam remōtus, et naturā et magis etiam ratione atque doctrinā, ab ināni laude et sermonibus vulgi, ego profecto is sum (Cic. Fam. 15, 4, 13).
22. Omnia habeo, neque quicquam habeo (Ter. Eun. 2, 2, 12 = 243).
23. Omnia se simulant scire, neque quicquam sciunt (Plaut. Trin. 205).
24. Neque suave esse potest quicquam, ubi amor non admiscetur (Plaut. Cas. 222).
25. Nemo Gallorum sine cive Romano quicquam negotii gerit (Cic. Font. 5, 11).

Местоимение *ullus* (§ 1232).

253.

1. Non est ullum certius amicitiae vinculum, quam consensus et societas consiliorum et voluntatum (Cic. Planc. 2, 5).
2. *Famā, malum quā non aliud velocius ullum* (V. Aen, 4, 174).
3. *Non bonus est ulli, qui malus ipse sibi* (B. 2137).
4. *Invidiā — horrendum monstrum, saevissimā pestis, Exitiāle malum, quo non violentius ullum* (Bell. p. 64).
5. *Tu mihi solā places; nec jam te praeter in urbe Formōsa est oculis ullā puellā meis* (Tib. 4, 13, 3).
6. *Barbārus hic ego sum, quia non intelligor ulli, Et rident stolidi verba latīna Getae* (Ov. Tr. 5, 10, 37).
7. *Verus amor durat, terras sequiturque per omnes, Nec locus hunc ullus nec fugat ullā dies* (Deutsche Lyriker, ed. Ellinger, p. 25).

8. Sine imperio nec domūs ullā nec civitas nec gens nec hominū universum genus stare, nec rerum naturā omnis, nec ipse mundus potest (Cic. Leg. 3, 1, 3).
9. Sed hoc tempore neque civibus Romanis nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi Romani sunt, licet supra modum et sine causa in servos suos saevire (Gai Inst. 1, § 53).
10. Amor nec consilium nec ullum habet modum (Acolastus, 781).
11. Cogita, illā, quae nobis infēros faciunt terribiles, fabulam esse, nullas imminere mortuis tenēbras, nec carcērem, nec flumina igne flagrantia, nec obliuōnis amnem, nec tribunalia et reos, et in illā libertate tam laxā ullos itērum tyrannos (Sen. Ad Marc. 19, 4).
12. Vulpes annōsā laqueis capi haud ullis potest (Acolastus, 794).
13. Erramus, si ullam terrarum partem ab pericūlo immūnem credimus. Omnia sub eādē jacent lege (Sen. N. Q. 6, 26).
14. Neque enim ullus alius discordiarum solet esse exitus inter claros et potentes viros, nisi aut universus interitus, aut victōris dominātus ac regnum (Cic. Har. resp. 25, 54).

7. МЕСТОИМЕНІЯ ПРИЛАГАТЕЛЬНЫЕ (§ 173—174).

254.

1. Aliud est maledicere, aliud accusare (Cic. Cael. 3, 6).
2. Aliud alios decet (Quint. 11, 3, 177).
3. Aliud ex alio malum (Ter. Eun. 987).
4. *Nunquam aliud naturā, aliud sapientiā dicit* (Juv. 14, 321).
5. Aliud stans, aliud sedens (loquitur) (B. 129).
6. Medicus nihil aliud est, quam animi consolatio (Petron. 42).
7. Plato dicit, animus hominis hominem esse, corpus nihil aliud esse, quam domicilium aut instrumentum (Ērasm. 2, 141).
8. Aliud est epistolam, aliud historiam, aliud amico, aliud omnibus scribere (Plin. Epist. 6, 16, 22).
9. Hominis totā vitā nihil aliud, quam ad mortem iter est (Sen. Ad Polyb. 11, 2).
10. Turpe est aliud loqui, aliud sentire (Sen. Ep. 24, 19).
11. Aliud est celare, aliud tacere (Cic. Off. 3, 12, 52).
12. Ad gloriam aut famam non est satis unius opinio (Sen. Ep. 102, 13).
13. Utilius est unius improbi supplicio multorum improbitatem coercere, quam propter multos improbos uni parcere (Cic. Verr. 3, 89, 208).
14. Verā laus uni virtuti debetur (Cic. De or. 2, 84, 342).
15. *Multis minatur, qui uni facit injuriam* (Syr. 344).
16. In poetis non Homero soli locus est (Cic. Orat. 1, 4).
17. Est sine dubio domus juris consulti totius oraculum civitatis (Cic. De or. 1, 45, 200).
18. Populi Romani totiusque Italiae mirā consensio est (Cic. Fam. 12, 5, 3).
19. Nullius boni sine socio jucundā possessio est (Sen. Ep. 6, 4).

20. Nullius non irā, luctūs, tristitiā et omnis anīmi impētus cibo mollitur (Plin. N. H. 22, 24, 111).
21. Cujusvis hominis est errare, nullius, nisi insipientis, in errore perseverare (Cic. Phil. 12, 2, 5).
22. Nullius est, quod multorum esse potest (Varr. Sent. 35).
23. *Fortūnā multis dat nimis, satis nulli* (Mart. 12, 10, 2).
24. *Nec cuivis sapiens, nec nulli credere debet* (Seyffert, Palaestra Musarum, p. 1, 22).
25. Utrumque vitium est — et omnibus credere et nulli (Sen. Ep. 3, 4).
26. Beneficium, quod quibuslibet datur, nulli gratum est (Sen. Benef. 1, 14, 1).
27. *Utlis es nulli, cunctis ingrātā senectus* (Anth. 929).
28. *Est commūne mori: mors parcit nulli honōri* (B. 976).
29. *Fortūnā obesse nulli contentā est semel* (Syr. 208).
30. Nulli fere magnā bonā et diurnā contingunt (Sen. Ad Marc. 12, 3).
31. Nulli, ad aliēnā respicienti, suā placent (Sen. Ira 3, 31, 1).
32. Nulli est homini perpetuum bonum (Pl. Curc. 1, 3, 33 = 189).
33. Nec enim ullius rei minus diurnā est gratiā, quam libertātis (Liv. 39, 26, 13).
34. Nec servire ulli possūmus, nec imperare desideramus (Curt. 7, 8, 16).
35. *Ex vitio alterius sapiens emendat suum* (Syr. 174).
36. *E vitio alterius disce cavere tibi* (Ostermann, Quinta, 149).
37. *Alterius citius, quam crimina nostra vidēmus* (Seyffert, Palaestra Musarum, p. 1, 18).
38. Nulli, nisi ex alterius injuria, quaestūs est (Sen. Ira, 2, 8, 1).
39. Is mihi videtur amplissimus, qui suā virtūte in altiorem locum pervēnit, non qui ascendit per alterius incommōdum et calamitatem (Cic. R. A. 30, 83).
40. *Miserrimum est arbitrio alterius vivere* (Syr. 406).
41. *Invidus alterius macrescit rebus optimis* (Hor. Ep. 1, 2, 57).
42. Nullum animal alteri par est: nulli non et color proprius est, et figurā suā, et magnitudo (Sen. Ep. 113, 15).
43. Non est magni anīmi, qui de aliēno liberālis est, sed ille, qui, quod alteri donat, sibi detrahīt (Sen. Clem. 1, 20, 3).
44. Navis, quae in flumine magnā est, in mari parvulā est. Gubernaculum, quod alteri navi magnum est, alteri exiguum est (Sen. Ep. 43, 2).
45. Uni gubernatōri, uni medico, si digni modo sunt iis artibus, rectius est — alteri navem committēre, aegrum alteri, quam multis (Cic. Reip. 1, 40, 62).

8. МЕСТОИМЕНЯ СООТНОСИТЕЛЬНЫЕ (§ 175—176).

Местоимения *talis* — *qualis*.

255.

1. *Talis* hominibus est oratio, *qualis* vitā (Sen. Ep. 114, 1).
2. *Non sum, qualis eram bonae*
Sub regno Cinārae (Hor. C. 4, 1, 3).

3. *Non tali auxilio nec defensoribus istis
Tempus eget* (V. Aen. 2, 521).
4. Qualis dominus, talis et servus (Petron. 58).
5. Si quis cum malis conversatur libenter, talis est, quales illi, cum quibus conversatur (Priscian. Praeexerc. p. 433, 4 K).
6. Imāgo anīmi sermo est: qualis vir, talis oratio (Sen. De moribus, 72—73).
7. Quales in republica principes sunt, tales reliqui solent esse cives (Cic. Fam. 1, 9, 12).
8. Non semper homo talis est, qualis dicitur (B. 2231).
9. Qualis erā, tales pedisēquae (Riley p. 356).
10. Qualis rex, talis grex (B. 2725).
11. *Quum tumulum cernis, cur non mortalia spernis?
Tali namque domo clauditur omnis homo* (Bell. p. 19).
12. Qualis est populus, talis est sacerdos (Erasm. 1, 260).
13. Littēras tuas vehementer exspecto, et quidem tales, quales maxime opto (Cic. Fam. 10, 22, 2).
14. Quale tibi consilium Pompeji videtur? (Cic. Att. 7, 11, 3).
15. Quaedam aquae mortiferae sunt nec odore notabiles nec sapore. In Arcadia Styx advēnas fallit, quia non facie, non odore suspecta est: qualia sunt magnorum artificum venēna. Est autem noxiā aquā in Thessalia, quam et ferae et pecus omne devitat; nec arbusta quidem ulla alit, et herbas necat (Sen. N. Q. 3, 25, 1—2).
16. Fere nulli alii sunt homines, qui talem in filios suos habent potestatem, qualem nos habemus (Gajus 1, 55).

Местоимения *tantus* — *quantus*.

256.

1. Tanti est exercitūs, quanti imperātor (Flor. 1, 34, 11).
2. Tanto brevius omne, quanto felicius, tempus (Plin. Ep. 8, 14, 10).
3. *Aleātor quanto in arte est potior, tanto est nequior* (Syr. 33).
4. In bona uxore tanto major laus, quanto in mala plus culpae est (Tac. Agr. 6).
5. Undique ad infēros tantundem viae est (Cic. Tusc. 1, 43, 104).
6. Talis inter viros amicitia tantas opportunitates habet, quantas vix queo dicere (Cic. Lael. 6, 21).
7. Si corporis gravioribus morbis vitae jucunditas impeditur, quanto magis anīmi morbis impediri necesse est! (Cic. Fin. 1, 18, 59).
8. Dispares mores disparia studia sequuntur, quorum dissimilitudo dissociat amicitias, nec ob aliam causam ullam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos, quantā maxima potest esse, morum studiorumque distantia (Cic. Lael. 20, 74).
9. Semper homines, quantamcunque felicitatem habent, invidiam tamen sentiunt majorem (Curt. 4, 5, 12).
10. **Tantum** nimirum ex publicis malis sentimus, quantum ad privatas res pertinet, nec in iis quicquam acrius, quam pecuniae damnum stimulat (Liv. 30, 44, 9).

11. *Tantum scimus, quantum memoriā tenemus* (B. 3285).
12. *Omne animi vitium tanto conspectius in se
Crimen habet quanto major, qui peccat, habetur* (Juv. 8, 140).
13. *Me miserum, quanti montes voluntur aquarum!* (Ov. Tr. 1, 2, 19).
14. *Quantum potes, adjūva* (Cic. Fam. 14, 12).
15. *Di immortales, quibus et quantis me donatis gaudiis! Aulam aure onustam habeo. Quis me est ditior?* (Pl. Aul. 5, 1, 1 = 808).
16. *Mihi cotidie augecit magis de filio aegritudo, et, quanto diutius abest, magis cupio tanto et magis desidēro* (Ter. Heaut. 3, 1, 14 = 423).
17. *Quisque non quanto plura possidet, sed quanto pauciora optat, tanto est locupletior* (Censorin c. 1, § 4).
18. *Pro Juppiter! Quanta saevit tempestas, quanti undarum fluctūs nostram navem undique verbērant! Castor et Pollux, amica nautis sidera, obsecro vestram fidem, reddite nobis mare tranquillum, reddite faustam caeli serenitatem!* (Castelio apud Philippi, p. 182).
19. *Heu, melior quanto sors tuā sorte meā!* (Ov. Am. 1, 6, 46).
20. *Sed quam continuīs et quantis longa senectus
Plena malis! Deformem et taetrum ante omnia vultum
Dissimilemque sui, deformem pro cute pellem,
Pendentesque genas et tales adspice rugas,
Quales...* (Juv. 10, 190).
21. *Sapiens vivit, quantum debet, non quantum potest* (Sen. Ep. 70, 4).
22. *Quanto diutius considēro, tanto mihi res vidētur obscurior* (Cic. N. D. 1, 22, 60).

Местоимения *tot* — *quot*.

257.

1. *Animi totīdem vitia, quot virtūtes sunt* (Quint. 3, 7, 20).
2. *Quot homines, tot sententiae: suus cuique mos* (Ter. Ph. 2, 4, 14 = 454).
3. „*Quot servi, tot hostes*”, in proverbio est (Festus, p. 314 Lindsay).
4. *Totīdem hostes nobis sunt, quot servi* (Sen. Ep. 47, 5).
5. *Rari quippe boni: numēro vix sunt totīdem, quot
Thebarum portae, vel divītis ostia Nili* (Juv. 13, 26).
6. *Quot habes digitos in manu?* (Pl. Pers. 2, 2, 6 = 187).
7. *Quot caelum stellas, tot habet tuā Romā puellas* (Ov. A. A. 1, 59).
8. *Ei mihi! nos inter quot flumīna vastā, quot urbes,
Quot silvae et montes, quam viā longā jacet!* (Deutsche Lyriker, ed. Ellinger, p. 25).
9. *Litōre quot conchae, tot sunt in amōre dolōres* (Ov. A. A. 2, 519).
10. *Quot hominum linguae, tot nomīna deorum* (Cic. N. D. 1, 30, 84).

11. *Me metuunt omnes et me nihilo minus omnes Mortales optant, quotquot hic orbis habet* (Загадка: старость).
12. *Eadem pericula nos ubique circumstant, et totidem ad mortem viae sunt* (Sen. Contr. 1, 8 = p. 133, 20).

НАРЕЧИЯ СООТНОСИТЕЛЬНЫЕ (§ 175—177).

258.

1. *Hoc scio pro certo: quotiens cum stercore certo, Vinco, seu vincor, semper ego maculor* (B. 1312).
2. *Mors incertarum rerum certissima: cunctis Incertum, quando, — certum aliquando mori* (Bell. p. 76).
3. *Omnia tunc bona sunt, clausula quando bona est* (Bell. p. 101).
4. Num quando te cruciat metus mortis? (Erasm. 1, 246).
5. In femininis, si quando O litteram I littera praecedit, tunc genitivus servat O litteram, velut: regio-regionis, seditio-seditiois (Charis. 1, 15).
6. Quotiens alloquitur te quispiam, cui debes honorem, compone te in rectum corporis statum, aperit caput (Erasm. 1, 35).
7. Quotiens aureus ille solis splendor illustrat cubiculum tuum, nonne videtur exprobrare dormienti: "Stulte, quid optimam vitae tuae partem gaudes perdere?" (Erasm. 2, 143).
8. *Nulla unquam de vita hominis cunctatio longa est* (Juv. 6, 221).

259.

1. Tam scio, quam me hic stare (Pl. Vidul. 66).
2. Non, qui firmo ac valenti corpore est, felix; sed ille, qui in corpore, quamlibet infirmo, perpetuam animi retinet firmitatem (Mureti Or. 3 = vol. 2, p. 23).
3. Ira tam ex amore nascitur, quam ex odio, non minus inter seria, quam inter lusus et jocos (Sen. Ep. 18, 15).
4. *Utcunque est ventus, exim velum vertitur* (Pl. Poen. 3, 5, 9 = 754).
5. *Ut mors, sic somnus miseris felicibus aequat* (Bell. p. 172).
6. *Ut Venus enervat vires, sic copia Bacchi Attenuat gressus debilitatque pedes* (Bell. p. 174).
7. **A.** Ut vales? — **B.** Valeo, ut solent, quibus cum medicis res est (Erasm. 1, 8).
8. Ut ego amo te, mea Ampeliscā, ut dulcis es! (Pl. Rud. 2, 3, 64 = 363).

260.

1. *Ubi omnis vita metus est, mors est optimum* (Syr. 691).
2. *Malus, bonum ubi se simulat, tunc est pessimus* (Syr. 351).
3. *Ubi iudicat, qui accusat, vis, non lex valet* (Syr. 718).
4. *Ibi semper est victoriam, ubi concordiam est* (Syr. 319).
5. Soli sumus nunc hic (Ter. Ph. 4, 3, 28 = 633).

6. Ubi maximā spes, ibi minimā spes (B. 3383).
7. Aliēnas simultātes nec excito, ned alo; sed, ubicunque datur opportunitas, aut exstinguo, aut mitigo (Erasm. 1, 244).
8. Ubi dolet, ajunt, ibi manum quisque habet (Melanchthon, De-clamat. 5 = p. 56, v. 20, ed. Hartfelder).
9. A. "Trahit sua quēmq̄ue voluptas!" mihi placet venatio. — B. Placēt et mihi; sed ubi canes, ubi venabūla, ubi casses? (Erasm. 1, 55).
10. Mihi istic nec seritur, nec metitur (Pl. Epid. 2, 2, 80 = 265).
11. Quidquid inter vicinā eminet, magnum est illic, ubi eminet. Nam magnitudo habet modum incertum: comparatio illam aut tollit, aut deprimit. Navis, quae in flumine magnā est, in mari parvula est. Gubernaculum, quod alteri navi magnum est, alteri exiguum est (Sen. Ep. 43, 2).
12. A. Ubi habitas? — B. Hic, apud piscatorem Gorginē. — A. Vicinus igitur es mihi, ut tu praedicas (Pl. Vidul. 54).
13. Ligna hic apud nos nulla sunt (Pl. Aul. 2, 6, 8 = 357).
14. A. Da mi, optima femina, manum. — B. Ubi eā est? Quis eā est nam optimā? — A. Tu. (Pl. Aul. 2, 1, 15 = 135).

261.

1. Quo se fortunā, eōdem etiam favor hominum inclināt (Just. 5, 1, 11).
2. *Serius aut citius sedem properamus ad unam. Tendimus huc omnes; haec est domus ultimā* (Ov. M. 10, 33).
3. *Quocunque aspicio, nihil est, nisi mortis imāgo* (Ov. Tr. 1, 11, 23).
4. Tales aves huc raro devolant (Erasm. 1, 261).
5. Mi homo, quo portas puerum? (Ter. Andr. 4, 3, 6 = 721).
6. Historiā sibi veluti suprēmum quoddam erigit tribunā, ex quo severe in hominum vitam inquirīt, — testis, aecusat̄rix, iudex. Illuc post fata reges ipsi citantur et, pro suorum quisque factorum merito, irrevocabili sententiā vel damnantur vel absolvuntur (Coffinus apud Philippi, p. 200).
7. Nunc alio me vocant negotia quaedam (Erasm. 1, 1).
8. *Estne dei sedes, nisi terrā et pontus et aēr Et caelum et virtus? Supēros quid quaerimus ultra? Juppiter est, quodcunque vides, quocunque movēris* (Lucan. 9, 578).
9. Eo impenditur labor ac periculum, unde emolumentum atque honos speratur. Nihil non aggrediuntur homines, si magnis conātis magna praemia proponuntur (Liv. 4, 35, 7).
10. A. Quo in statu sunt res Gallicae? — B. Sane turbulento. Magnae bellorum minae sunt. — A. Unde proficiscuntur isti bellorum tumultus? (Erasm.).
11. Creta altior est, qua spectat orientem (Sall. Hist. 3, 58).
12. *Quid melius Romā? Scythico quid frigore pejus? Huc tamen ex illa barbarus urbe fugit* (Ov. Pont. 1, 3, 37).
13. *Hinc quo nunc iter est tibi?* (Hor. Sat. 1, 9, 16).

262.

1. *Non bene conveniunt, nec in una sede morantur Majestas et amor* (Ov. M. 2, 846).
2. *Etiam capillus unus habet umbram suam* (Syr. 183).
3. Unā silvā elephantis pluribus sufficit; homo et terrā et mari pascitur (Sen. Ep. 60, 2).
4. *Ver non unā dies, non unā reducit hirundo* (Bell. p. 164).
5. *Noli pugnare duobus* (Catull. 62, 64).
6. Ne Hercūles quidem adversus duos (K. 1730).
7. Duae res sunt, quae homines ad maleficium impellunt, — luxuria et avaritia (Rhet. ad Herenn. 2, 21, 34).
8. *Nam melius duō defendunt retinacūla navim* (Prop. 2, 22, 41 = 3, 15, 41).
9. Soles duabus sellis sedere (Sen. Contr. 7, 3, 9. Macrob. Sat. 2, 3, 10; 7, 3, 8).
10. Viri propriā maxime est fortitūdo, cujus munera duo sunt maxima, — mortis dolorisque contemptio (Cic. Tusc. 2, 18, 43).
11. Nec mundus duobus solibus potest regi, nec duo summā regnā potest habere (Curt.).
12. Duobus vitiis diversis, — avaritiā et luxuriā, — civitatēs labōrant (Liv. 34, 4, 2).
13. Duabus ancōris nititur (B. 850).
14. Duo quum idem faciunt, saepe non est idem (Ter. Ad. 5, 3, 37 = 823 B. 884).
15. Duos qui sequitur lepōres, neutrum capit (B. 887).
16. *Nemo potest dominis pariter servire duobus* (B. 2051).
17. *Virtutem genii duō semper in orbe sequuntur: Hic bonus, ille malus, — gloriā et invidiā* (Bell. p. 167).
18. Duas sorōres simul in matrimonium duo fratres ducunt (Pl. Stich., Argum. 1, 1).
19. Filiam quis habet, pecuniā est opus; duas, — majore; plures, — majore etiam (Cic. Parad. 6, 44).
20. Pollīci minimus digitus mensūrā par, ac duo reliqui sibi, inter quos medius longissime protenditur (Plin. N. H. 11, 99, 244).
21. Imminent duo reges toti Asiae, non solum vobis inimicissimi, sed etiam vestris sociis atque amicis (Cic. Imp. Pomp. 5, 12).
22. A. Quid? duasne uxōres habet? — B. Unam ille quidem hanc solam (Ter. Phorm. 754).
23. Duorum fratrum vel sorōrum libēri, vel fratris et sorōris jungi possunt (Digesta 1, 10, 4).
24. Duarum civitātum civis noster esse jure civili nemo potest (Cic. Balb. 11, 28).
25. Ambobus mihi carior est oculis (Catull. 104, 2).
26. Fures estis ambae (Pl. Poen. 1, 2, 37).

263.

1. Homo trium litterarum (Pl. Aul. 2, 4, 46—325).
2. Summā et perfectā gloriā constat ex tribus hijs: si diligit multitudo, si fidem habet, si cum admiratione quadam honore dignos putat (Cic. Off. 2, 9, 31).
3. Tres faciunt collegium (Digesta 50, 16, 85).
4. Tria mala aequae nocent: sterilitas, morbus, vicinus (Pallad. 1, 6, 6 = 526 a Nisard).
5. Tria verba non potest jungere (Sen. Ep. 40, 9).
6. *Vix duo tresve mihi de tot superestis, amici* (Ov. Trist. 1, 5, 33).
7. Tria genera aquarum sunt: maris, fontium, fluviorum: quibus omnibus Neptunum praeesse, nonnulli dicunt (Serv. ad V. Aen. 1, 138).
8. Europā tres maximos sinus efficit (Mela 1, 3, 16).
9. Tribus rebus animantium vitā tenetur: cibo, potione, spiritu (Cic. N. D. 2, 54, 134).
10. In studiis plus efficitur unā horā matutinā, quam tribus pomeridianis (Erasm. 2, 142).
11. Tria haec in omni morbo gravia sunt: metus mortis, dolor corporis, intermissio voluptatum (Sen. Ep. 78, 6).

264.

1. *Ver, aestas, autumnus, hiems sunt quattuor anni Tempora* (Anth. p. XCIII Riese).
2. Ego enim sic existimo, in summo imperatore quattuor has res inesse oportere: scientiam rei militaris, virtutem, auctoritatem, felicitatem (Cic. Imp. Pomp. 10, 28).
3. *Sex horas dormire sat est juvenique senique; Septem vix pigro; nulli concedimus octo* (K. 2503).
4. Convivarum numerum incipere oportet a Gratiarum numero et progredi ad Musarum, id est proficisci a tribus et consistere in novem (Varro ap. Gell. 13, 11, 2).
5. Octo poenarum genera in legibus continentur: damnum, vincula, verbera, talio, ignominia, exilium, mors, servitus (Cic. Fragm. De leg., p. 403, 2 Klotz).
6. A. Da mihi suavium, si amas me, delictum meum.—B. Immo vel decem, ocellae mi (Acolastus, 815).
7. Vulgo dicitur, solere elephantum gravidam perpetuos decem esse annos (Pl. Stich. 1, 3, 13 = 167).
8. Pluris est oculatus testis unus, quam auriti decem (Pl. Truc. 2, 6, 8 = 489).

265.

1. *Murus spatium triginta et duorum pedum in latitudinem amplectitur* (Curt. 5, 1, 25).
2. Alias me poscit pro illa triginta minas, alias talentum (Pl. Curc. 1, 1, 63 = 63).

3. *Homo crumēnam sibi de collo detrāhit,*
Minas viginti mihi dat. Accipio libens,
Condo in crumēnam (Pl. Truc. 3, 1, 7 = 652).
4. *Mediā vini aetas a quindēcim annis incipit* (Plin. N. H. 23, 20, 34).
5. *Minas tibi octoginta argenti debeo* (Pl. Most, 4, 3, 27 = 1021).
6. *Argi centum oculis observare* (Hieron. = O. 37).
7. *Centum doctorum hominum consilia solā haec devincit deā,*
Fortūna (Pl. Pseud. 2, 3, 12 = 678).
8. *Centum ora et centum linguas mihi opto* (Klotz, *Ridicula litteraria*, p. 11).

266.

1. *Quot capītum vivunt, totīdem studiorum*
Milia (Hor. Sat. 2, 1, 27).
2. *Famā mille, ut ajunt, linguis verum misere exaggērat* (Amm. Marc. 21, 9, 3).
3. *Cato ille noster mihi unus est pro centum milibus* (Cic. Att. 2, 5, 1).
4. *Milibus ex multis unus vix fidus amicus,*
Hic albo corvo rarior esse solet (Bell. p. 75).
5. *Nihil pejus regi, qui tot hominum milibus vigilat, quam vino-*
lentiā (Erasm. 1, 307).
6. *Pyrenaei montis spatium sexcenta milia passuum efficit* (Justin. 44, 1, 9).
7. *Conscientiā — mille testes* (Quint. 5, 11, 41).
8. *Milia gentium sine medicis degunt* (Plin. N. H. 29, 11).
9. *Mille in numero singulari duplici l scribitur et non declinatur;*
in numero plurali unum l habet et declinatur: milia, milium,
milibus (Pompejus, p. 172, 13 K.).

Числительные порядковые,

267.

1. *Gradus plures sunt societatis hominum: prima societas in ipso*
conjugio est (Cic. Off. 1, 17, 53 — 54).
2. *Primam sequentem, honestum est in secundis tertiisve consistere*
(Oss. p. 24).
3. *Ac primo quidem decipi incommodum est, iterum — stultum,*
tertio — turpe (Cic. Inv. 1, 39, 71).
4. *Ab avi morte tertius hic et tricesimus annus est* (Cic. Sen. 6, 19).
5. *A. Quam horam soles lectum relinquere? — B. Inter quartam et*
nonam (Erasm. 2, 140).
6. *Militaris aetas est post annum septimum decimum usque ad*
quadragesimum sextum (Forcellini in v. *Militaris*).
7. *Aut disce, aut discēde: manet sors tertia caedi* (K. 194).
8. *Senator post sexagesimum et quintum annum in curiam venire*
non cogitur nec vetatur (Sen. Contr. 8 = p. 149, 10).

9. Horatius quinquagesimo septimo aetatis suae anno Romae moritur (anno 774) (Suet. Libr. deperd. p. 296).
10. Homini novissimi dentes circiter vicesimum annum gignuntur, multis et octogesimo (Plin. N. H. 11, 37 (63), 166).
11. Aristoteles putat, causam tribus modis dici: „primā“ inquit, causā est ipsā materiā, sine qua nihil potest effici. Secundā — opifex. Tertiā est formā, quae unicuique operi imponitur, tanquam statuae“ (Sen. Ep. 65, 4).
12. Ex eo libro millesimam partem vix intelligo (Cic. Att. 2, 4, 1).
13. Trā genera bonorum, maximā animi, secundā corporis, externā tertiā (Cic. Tusc. 5, 30, 85).
14. Primā craterā ad sitim pertinet, secundā — ad hilaritatem, tertiā — ad voluptatem, quartā — ad insaniam (Apul. Flor. 4, 20 = Hb. 217).

Числительные разделительные.

268.

1. Homicidium quum admittunt singuli, crimen est: virtus vocatur, quum publice geritur. Impunitatem sceleribus acquirit non innocentiae ratio, sed saevitiae magnitudo (K. 923).
2. Cave multos, si singulos non times (Capitolinus, Vita Maximini 9, 4 = v. 2, p. 10).
3. Hominis digiti articulos habent ternos, pollex — binos (Plin. N. H. 11, c. 99, § 244).
4. Quibus ex rapina victus quadrupedum, quini digiti in prioribus pedibus, in reliquis quaterni. Leones, lupi, canes in posterioribus quoque quinos ungues habent: reliqua (animalia), quae sunt minora, et digitos quinos (Plin. N. H. 11, 99, 244 — 5).
5. Digiti quibusdam in manibus seni (Plin. N. H. 11, 99, 244).
6. *Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit anulos,
Nec quum lavatur* (Mart. 11, 59).
7. Plures in India mulieres singulis solent esse nuptae (Cic. Tusc. 5, 27, 78).
8. Germani singulis uxoribus contenti sunt (Tac. Germ. 17 extr.).
9. Britanni singuli pugnant, universi vincuntur (Tac. Agr. 12).
10. Singula argumenta levia sunt et communia, universa vero nocent, etiamsi non ut fulmine, tamen ut grandine (Quint. 5, 12, 5).
11. Erat inter bina castra campus circiter milium passuum sex (Caes. B. G. 3, 37, 2).
12. Leges omnium salutem singulorum salutem anteponunt (Cic. Fin. 3, 19, 64).

Числительные наречия.

269.

1. *Fortuna obesse nulli contenta est semel* (Syr. 208).
2. Bis dat, qui cito dat (Bacon = K. 226).
3. *Bis vincit, qui se vincit in victoria* (Syr. 74).

4. Qui amat, cui odio ipse est, bis facere stulte duco (Ter. Hec. 3, 2, 8 = 343) = Illum, qui amat eum, cui
5. Non, inquit Seneca, bis pueri sumus, ut vulgo dicitur, sed semper (Lactant. Inst. 2, 4 = p. 70 Gersdorf).
6. Inopi beneficium bis dat, qui dat celeriter (Syr. 266).
7. Ad eundem lapidem bis offendere (Auson. Epist. 11).
8. In idem flumen bis descendimus et non descendimus (Sen. Ep. 58, 23).
9. Nemo debet bis puniri pro uno delicto (Riley, p. 256).
10. Non licet in bello bis peccare (Riley, p. 280).
11. Bisextus proprie dicitur dies intercalaris, qui quarto quoque anno mense Februario inseritur post diem vicesimum quartum, quia bis, hoc est duobus diebus continuis, nempe vicesimo quarto et vicesimo quinto, „ante diem sextum Calendas Martias“ dicimus, duos dies pro uno computantes. Bisextus annus est, in quo dies ille intercalaris inseritur (Forcellini in v. Bisextus).
12. Me miseram decies die uno saepe extrudit aedibus (Pl. Aul. 1, 1, 31 = 69).
13. Taedet jam audire eadem milies (Ter. Ph. 3, 2, 2, = 487).

ГЛАГОЛ (§ 188 и след.).

Глагол *sum* (§ 226—230).

270.

1. Vehemens in utramque partem, Menedeme, es nimis, — aut largitate nimiam, aut parsimoniam (Ter. Heaut. 3, 1, 31 = 440).
2. Quid tu? Num medicus, quaeso, es? (Pl. Rud. 5, 2, 17 = 1304).
3. Eques Romanus es; et ego — regis filius (Petr. 57).
4. Civis Romanus sum (Cic. Verr. 5, 57, 147).
5. Stultus es (Plaut. Merc. 934).
6. Manifesto fur es (Plaut. Poen. 785).
7. O pauperies, quam ignotum bonum es! (Sen. Contr. 9, 13).
8. Homines sumus, non dei (Petron. 75).
9. Pulvis et umbra sumus (Hor. Od. 4, 7, 16).
10. Fures estis ambae (Plaut. Poen. 1237).
11. *Procul, o, procul este, profani* (V. Aen. 6, 258).
12. *Collige, virgo, rosas, dum flos novus et nova pubes, Et memor esto, aevum sic properare tuum!* (Poetae lat. min., v. 7, p. 120 Lemaire).
13. Salus populi supremam lex esto (Cic. Leg. 3, 3, 8).
14. Similes estote arboribus, quae umbram et fructus suos unicuique adveniendi praebent, etiam illis, qui saxi et fustibus eas petunt! (Reland, de relig. Mochammed., ex epigramm. Persico).
15. Esto comis, etiam erga tenuis fortunae sodales! (Erasm. 1, 37).
16. Esto, quod esse videris! (R. 106).
17. *Esto, ut nunc multi, dives tibi, pauper amicis* (Juv. 5, 113).

271.

1. Nullă controversiă mihi tecum erit (Pl. Aul. 2, 2, 82 = 261).
2. Non, si male nunc, et olim sic erit (Hor. Od. 2, 10, 17).
3. *Poenă potest demi; culpă perennis erit* (Ov. Pont. 1, 1, 64).
4. Vitia erunt, donec homines (Tac. Hist. 4, 74).
5. Omnia non properanti clara certaue erunt; festinatio improvidă est et caecă (Liv. 22, 39, 22).
6. *Semper eris pauper, si pauper es, Aemiliăne.*
Dantur opes nulli nunc, nisi divitibus (Mart. 5, 81, 1).
7. Apud me tibi omnis honos atque omne praemium erit (Liv. 23, 15, 14).
8. *Qui finem quaeris amoris, —*
Cedit amor rebus, — res age; tutus eris (Ov. R. A. 143).
9. *Tristis eris, si solus eris* (Ov. R. A. 583).
10. Hostis illis acerrimus ero (Liv. 40, 15, 7).
11. Quod hodie non est, cras erit (Petron. 45).
12. Gravius tuum erit unum verbum ad eam rem, quam centum meă (Pl. Trin. 388).
13. *Semper amică mihi, semper et uxor eris* (Prop. 2, 6, 42).

272.

1. Quid (=quod) erat nomen nostrae matri? (Pl. Men. 1131).
2. Vos tum patri filii quot eratis? (Pl. Men. 5, 9, 51 = 1117).
3. *Non sum, qualis eram bonae*
Sub regno Cinărae (Hor. Od. 4, 1, 3).
4. Erat hiems summă, tempestas perfrigidă, imber maximus (Cic. Verr. 4, 40, 86).
5. *Jam spes in puero nullă salūtis erat* (Ov. F. 4, 538).
6. Frons angustă et brevis erat in laude pulchritudinis femineae (Forcellini in v. Frons).
7. *Messis erat primis virides mortalibus herbae* (Ov. F. 4, 395).
8. *Hic, ubi nunc Urbs est, tum locus urbis erat* (Ov. F. 2, 280).
9. *Nec Venēri tempus, quam ver, erat aptius ullum* (Ov. F. 4, 125).
10. Hic uxōri ejus frater erat (Sall. Hist. 4, 47).

273.

1. *Non ego sum stultus, ut ante fui* (Ov. Am. 3, 11, 32).
2. Ut in seminibus est causă arbōrum et stirpium, sic hujus luctuosissimi belli semen tu fuisti (Cic. Phil. 2, 22, 55).
3. Fuit olim senex; ei filiae duae erant; eae erant duobus nuptae fratribus (Pl. Stich. 4, 1, 33 = 539).
4. Non omnia sunt in uno vitia: nunquam fuit crudēlis (Cic. Verr. 4, 40, 86).
5. Idem animus est paupertate, qui olim in divitiis fuit (Pl. Stich. 1, 2, 77 = 134).
6. Paucis carior fides, quam pecuniă, fuit (Sall. Jug. 16).
7. Nullum magnum ingenium sine mixtura dementiae fuit (Sen. Tranq. 17, 10).

8. Nemo nostrum idem est in senectūte, qui fuit juvenis. Nemo nostrum est idem mane, qui fuit pridie (Sen. Ep. 58, 22).
9. Non modo proditori, sed ne perfugae quidem locus in meis castris cuiquam fuit (Cic. Verr. 2, 1, 38, 98).
10. Romae ne fuit quidem aurum, nisi admōdum exiguum, longo tempore (Plin. N. H. 33, 5, 14).
11. *Fuimus Troes, fuit Ilium et ingens Gloriā Teucrorum* (V. Aen. 2, 325).
12. Semper appetentes gloriae praeter cetēras. gentes atque avldi laudis fuistis (Cic. Pomp. 3, 7).
13. Intestina arma fuerunt eruntque pluribus populis magis exitio, quam bella externa, quam fames morbive (Liv. 4, 9, 3).
14. *Qui mali sunt, non fuere matris ab alvo mali; Sed malos faciunt malorum falsa contubernia* (Anth. 249).
15. Populi Romāni honōres quondam fuerunt rari et tenues ob eamque causam gloriōsi (Nep. 1, 6, 2).
16. Graecorum oratorum praestantissimi sunt ii, qui fuerunt Athēnis (Cic. De opt. gen. or. 4, 13).
17. *Cynthiā primā fuit, Cynthiā finis erit* (Prop. 1, 12, 20).
18. Apud eum sic fui, tanquam domi meae.
19. *Rex erat Aenēas nobis, quo justior alter Nec pietāte fuit, nec bello major et armis* (V. Aen. 1, 544).
20. *O qui complexūs et gaudia quantā fuerunt* (Hor. Sat. 1, 5, 43).
21. *Jam seges est, ubi Troja fuit* (Ov. H. 1, 53).
22. Ego is ero, qui semper fui (Cic. Att. 11, 12, 3).
23. *Vix duo tresve mihi de tot superestis, amici; Cetērā Fortunae, non meā, turbā fuit* (Ov. Tr. 1, 5, 33).
24. In summo apud Graecos honore geometriā fuit (Cic. Tusc. 1, 2, 5).
25. *Estis, quod fuimus; quod sumus, hoc eritis* (Senex juvenibus dixit) (Bell. 36).
26. Quintus fuit mecum dies complures (Cic. Att. 15, 5, 2).
27. Eudoxus, Platōnis auditor, fuit in astrologia, iudicio doctissimorum hominum, facile princeps (Cic. Div. 2, 42, 87).
28. Qui fuit ranā, nunc est rex (Petron. 77).
29. *Formōsis levltas semper amīcā fuit* (Prop. 3, 8, 26).
30. Thales sapientissimus in septem fuit (Cic. Leg. 2, 11, 26).
31. Amicus illius fuisti (Quint. Decl. 307 = p. 235 Lemaire).
32. Ulixes, filius Laērtae, Penelōpae maritus fuit (Serv. ad. V. Aen. 2, 44).
33. Magnā eā victoriā neque cruentā nobis fuit (Tac. Ann. 2, 18).

274.

1. *Donec eris felix, multos numerabis amicos, Tempora si fuerint nubila, solus eris* (Ov. Trist. 1, 9, 5).
2. Apud me tibi omnis honos atque omne praemium erit, et, quo frequentior mecum fueris, senties, eam rem tibi dignitati atque emolumento esse (Liv. 23, 18, 14).

275.

1. Homines mali sunt, fuerunt, futuri sunt (Sen. Ben. 1, 10, 3).
2. In tria tempora vita dividitur: quod fuit, quod est, quod futurum est (Sen. Brev. v. 10, 2).
3. *Istuc (= istud) est sapere, non quod ante pedes modo est Videre, sed etiam illā, quae futura sunt, Prospicere* (Ter. Ad. 3, 3, 32 = 386).
4. Si omnia vetēra sunt bona, omnia nova — mala, — quaecunque nunc bona sunt, fuerunt olim mala, et, quae nunc sunt mala, sunt olim futura bona (Erasm. 1, 141).
5. Id, quod neque est, neque fuit, neque futurum est, mihi praedicat (Pl. Amph. 2, 1, 3 = 553).
6. Quae neque futurā, neque sunt, tamen illi sciunt (Pl. Trin. 209).
7. An post mortem miserī futuri sumus? (Cic. Tusc. 1, 6, 13).

Praesens conjunctivi от *sum* в главных предложениях
(§ 692—712).

276.

1. *Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas* (Juv. 6, 223).
2. *Alterius non sit, qui suus esse potest* (Anonymus = Hb. 10).
3. *Pessima sit: nulli non suā formā placet* (Ov. A. A. 1, 614).
4. *Sint Maecenātes: non deerunt, Flacce, Marōnes* (Mart. 8, 56, 5).
5. *Sit mihi vernā satur; sit non doctissima conjux; Sit nox cum somno; sit sine lite dies!* (Mart. 2, 90, 9).
6. *Ossa quiēta, precor, tutā requiescite in urnā, Et sit humus cinēri non onerōsā tuo!* (Ov. A. 3, 9, 67).
7. *Sit piger ad poenas princeps, ad praemia velox* (Ov. Pont. 1, 2, 123).
8. *Sit tibi terrā lēvis!* (Mart. 9, 30, 11).
9. Veniā sit dicto! (Plin. Ep. 5, 6).
10. *Omne epigramma sit instar apis: sit aculeus illi, Sint sua mella, sit et corporis exigui* (Adespoton = K. 3085).
11. Sis felicior Augusto, melior Trajāno! (Eutr. 8, 5).

Infinitivus perfecti и futuri от *sum*.

277.

1. In omni adversitate fortunae infelicissimum genus est infortunii fuisse felicem (Boeth. Cons. 2, Prosa 4 = K. 1677).
2. *Credulā vitam Spes fovet, et fore cras semper ait melius* (Tib. 2, 6, 19).
3. Ne spes quidem ullā ostenditur, fore melius (Cic. Att. 11, 11, 1).
4. *Jurabas, fore hunc amorem mutuum* (Hor. Epod. 15, 4—10).
5. Spes est, fore mecum fortunam (Pl. Epid. 332).

278.

1. Si felis abest, mures secūri sunt.
2. Anīmā est amicā amanti: si abest nullus est; si adest, res nullā est, ipse est nequam et miser (Pl. Ba. 2, 2, 16 = 193).
3. Illud falsum est, quod vulgo audio dici, diem adimere aegritudinem hominibus. Nam mihi quidem cotidie augescit magis de filio aegritudo, et, quanto diutius abest, magis cupio tanto et magis desidero (Ter. Heaut. 421).
4. Nullā lex satis commoda omnibus est: id modo quaeritur, si majori parti et in summam prodest (Liv. 34, 3, 5).
5. *Ei mihi, quod nullis amor est medicabilis herbis, Nec prosunt domino, quae prosunt omnibus, artes* (Ov. M. 1, 523).
6. Omnia plerumque, quae absunt, vehementius hominum mentes perturbant (Caes. B. G. 7, 84).
7. *In amore haec omnia insunt vltia: injuriae, Suspiciones, Inimicitiae, indutiae, Bellum, pax rursus* (Ter. Eun. 1, 1, 14 = 59).
8. Multa petentibus desunt multa (Hor. Od. 3, 16, 42).
9. Non quia ades praesens, dico hoc (Ter. Ad. 3, 3, 39 = 393).
10. Vir bonus est is, qui prodest, quibus potest, nocet nemini (Cic. Off. 3, 15, 64).
11. Quid prodest mare trajicere et urbes mutare? (Sen. Ep. 104, 8).
12. Vinum aegrotis quia prodest raro, nocet saepissime, melius est non adhibere omnino, quam spe dubiae salutis in apertam perniciem incurere (Cic. N. D. 3, 27, 69).
13. Semper magnae fortunae comes adest adulatio (Vell. 2, 102, 4).
14. Movemur nescio quo pacto locis ipsis, in quibus eorum, quos diligimus aut admiramur, adsunt vestigia (Cic. Leg. 2, 2, 4).
15. *Inopiae desunt multa, avaritiae omnia* (Syr. 267).
16. *Tam deest avaro, quod habet, quam quod non habet* (Syr. 684).
17. *Semper consilium tunc deest, quum est opus maxime* (Syr. 642).
18. *Rei nulli prodest mora, nisi iracundiae* (Syr. 618).

Infinitivus praesentis и perfecti от глаголов сложных с *sum*.

279.

1. *Non vacat exiguis rebus adesse Jovi* (Ov. Tr. 2, 216).
2. In republica inimicus neque deesse nocenti potest, neque obesse innocenti (Cic. Verr. 3, 69, 162).
3. *Factis ignoscite nostris, Si scelus ingenio scitis abesse meo* (Ov. F. 3, 309).
4. Satius est prodesse etiam malis propter bonos, quam bonis deesse propter malos (Sen.).
5. *Aut prodesse volunt, aut delectare poetae, Aut simul et jucunda et idonea dicere vitae* (Hor. A. P. 333).

6. Nocēre facile est, prodesse difficile (Quint. 8, 5, 6).
7. In libris Cicerōnis deprehendere licet, non geometriae, non musicae, non grammaticae, non denique ullius ingenuae artis scientiam ei defuisse (Tac. Dial. 30).
8. *Fortūnā obesse nulli contentā est semel* (Syr. 208).
9. *Malus etsi obesse non potest, tamen cogitat* (Syr. 381).

Разные формы глаголов сложных с *sum*.

280.

1. *Corrīge praeteritum, praesens rege, cerne futurum* (Bell. 16).
2. Nec vero unquam bellorum civilium semen et causa deerit (Cic. Off. 2, 8, 29).
3. Saepe vindictā obfuit (Sen. H. F. 1187).
4. Si aliquā in re Verris similis fuero, non magis mihi deerit inimicus, quam Verri defuit (Cic. Verr. 3, 69, 162).
5. *Absentem laedit, cum ebrio qui litīgat* (Syr. 12).
6. Absit invidiā verbo (Liv. 9, 19, 15).
7. *Jamque comes semper magnorum primā malorum Saevā fames adērat* (Lucan. 4, 93).
8. Fontes a quibusdam praesidiis abērant longius (Caes. B. C. 3, 49, 4).
9. *Qui dormientem necat, absentem ulciscitur* (Syr. 614).
10. Hoc ab homine exigitur, ut prosit hominibus (Sen. De otio 3, 5).
11. Plinius dicere solebat, nullum esse librum tam malum, ut non aliquā parte prodesset (Plin. Epist. 3, 5, 10).

Praesens indicativi activi от глаголов 3-го спряжения на *io* (§ 239—240).

281.

1. Omnes cupimus, ego in primis, quam primum te vidēre, sed, mi Tiro, valentem (Cic. Fam. 16, 3, 2).
2. *Sic agitur censurā et sic exempla parantur, Quum vindex, alios quod monet, ipse facit* (Ov. F. 6, 647).
3. *Scriptōrum chorus omnis amat nemus et fūgit urbem* (Hor. Ep. 2, 2, 77).
4. *Saucius ejurat pugnam gladiātor et idem, Immemor antiqui vulneris arma capit* (Ov. Pont. 1, 5, 37).
5. *Quid mortem congēmis ac fles?.. Cur non, ut plenus vitae convivā, recēdis, Aequo animoque capis secūram, stulte, quiētem?* (Lucret. 3, 947, 951).
6. *Quē recitas, meus est, o Fidentine, libellus; Sed, male quum recitas, incipit esse tuus* (Mart. 1, 39).
7. *Si naturā negat, facit indignatio versum* (Juv. 1, 79).
8. Naturā nihil facit frustra.
9. Elephantum ex musca facis (Riley 99).

10. Non poenis malorum, sed bonorum praemiis bonos facis (Plin. Paneg. 70, 2).
11. Mihi in pectore atque in corde facit amor incendium (Plaut. Merc. 590).
12. *Rebus in angustis facile est contemnere vitam. Fortiter ille facit, qui miser esse potest* (Mart. 11, 56, 15).
13. *Cura fugit multo diluiturque mero* (Ov. A. A. 1, 238).
14. *Obsequium amicos, veritas odium parit* (Ter. Andr. 68).
15. Amico inimicoque bonum semper praebe consilium, quia amicus accipit, inimicus spernit (Greg. Tur. Hist. Fr. 6, 32 = O. 90).
16. Quid oleum flammae adjicimus? (Hieron. = O. 253).
17. Multas ad res peritiles Xenophontis libri sunt, quos legite, quaeso, studiose; ut facitis (Cic. Senect. 17, 59).
18. Voluptas nulla est navitis major, quam, quando ex alto procul terram conspiciunt (Pl. Men. 227).
19. Crocodilus parit ova, quantam anseres (Plin. N. H. 8, 25 (37), 89).

Infinitivus praesentis activi от глаголов 3-го спряжения на -io.

282.

1. *Mens impudicam facere, non casus solet* (Sen. Phaedra, 743).
2. Neratius Priscus tres facere existimat collegium (Digesta, 50, 16, 85).
3. *Eripere telum, non dare irato decet* (Syr. 181).
4. *Effugere cupiditatem regnum est vincere* (Syr. 178).
5. Accipere, quam facere, praestat injuriam (Cic. Tusc. 5, 19, 56).
6. Improbus est homo, qui beneficium scit accipere et reddere nescit (Pl. Persa 762).
7. Non debes arripere maledictum ex trivio (Cic. Mur. 6, 137).
8. Incipere multo est, quam impetrare, facilius (Pl. Poen. 5, 2, 14 = 974).
9. Difficile est, ut video, vulpem capere laqueo (Erasm. 1, 150).
10. *Nec mortem effugere quisquam nec amorem potest* (Syr. 470).

Imperativus praesentis activi всех спряжений.

283.

1. Audi alteram partem (K. 184).
2. Nunc te nihil impedit: omnia depone, corpori servi (Cic. Fam. 16, 4, 4).
3. Vos quoque in ea re consilio me adjuvate (Liv. 34, 17, 9).
4. Da nuces. pueris (Catull. 61, 131).
5. Nudus ara, sere nudus (Verg. Ge. 1, 299).
6. Veni ad me (Cic. Att. 16, 10, 1).
7. Vive valeque (Hor. Sat. 2, 5, 110).
8. Tace (Pl. Amph. 1, 3, 31 = 529).
9. Aut disce, aut discede (K. 194).
10. Stulte, stude (Sen. Apoc. 8).

11. Ede, bide, lube: post mortem nullā voluptas (B. 928).
12. Spectatōres, bene valēte, plaudite atque exurgite (Pl. Truc. 968).

Imperativus praesentis activi от глаголов 3-го спряжения на *io*.

284.

1. Fatis accēde deisque, et cole felices, misēros fuge (Luc. 8, 486).
2. *Vive tibi et longe nomīna magna fuge* (Ov. Tr. 3, 4, 4).
3. *Dona praesentis cape laetus horae, et Linque sevērā* (Hor. Od. 3, 8, 27).
4. Imprīmis avaritiam fuge, malorum omnium originem atque fundamentum (Poggio).
5. Nullum animal alteri par est. Circumspice omnium corpora: nulli non et color proprius est, et figurā suā et magnitūdo (Sen. Ep. 113, 15).
6. Restim tu tibi cape crassam et suspende te (Pl. Pers. 815).

Imperativus praesentis activi от глаголов *dico, duco, facio* (§ 251).

285.

1. Dic mihi bonā fide: nullāne sentis incommōda senectūtis? (Erasm. 1, 246).
2. **A.** Dic bonā fide, Glycion: quot annos numēras? — **B.** Sexaginta sex (Erasm. 1, 242).
3. *Consūle, vir; fac vota, senex, juvēnisque labōra* (B. 565).
4. Duc uxōrem parem (Quint. Decl. 306 = p. 230 Lemaire).
5. Duc me ad eum, obsēcro (Ter. Heaut. 432).

Imperativus futuri activi всех спряжений (§ 205. 683—638).

286.

1. Verum hoc, frater, unum tamen cogitato, tibi proximam me mihi que esse item te (Pl. Aul. 2, 1, 8 = 127).
2. *Si Fortūnā uvat, cavēto tolli; Si Fortūnā tonat, caveto mergi* (Auson. Sept. sap. Sent. Perianther 6).
3. *Laudato ingentia rura, Exiguum collto* (V. Ge. 2, 412).
4. *Ignoscito saepe alteri, nunquam tibi* (Syri Appendix, 204).
5. Non omnia eadem aequae omnibus, ere, suavia esse scito (Pl. Asin. 3, 3, 51 = 641).
6. Semper tu scito: flammā fumo est proxima; fumo combūri nil potest, flammā potest (Pl. Curc. 1, 1, 53 = 53).
7. Is ordo (= ordo senatorius) vitio vacato, cetēris specimen esto (Cic. Leg. 3, 3, 10).
8. *Non satis est, pulchra esse poēmata; dulcia sunt, Et, quocunque volent, animum auditōris agunto* (Hor. A. P. 99).
9. *Quum Romae fueris, Romano vivito more* (K. 2371).

10. Errantem in viam reducto (R. 102).
11. Constituitote ante oculos hujus iniseri senectutem (Cic. Cael. 32, 79).
12. Virgines Vestales in urbe custodiunt ignem foci publici sempiternum (Cic. Leg. 2, 8, 20).
13. Crebras a nobis litteras exspectato, plures etiam ipse mittito (Cic. Att. 1, 16, 17).
14. Memoriter respondeto ad ea, quae de te ipso rogāro (=rogavero) (Cic. Vat. 4, 10).
15. Scitote, tam bene hominem culmo, quam auro, tegi (Sen. Ep. 8, 5).
16. *Amici famam tuam putato gloriam* (Syri append., 240).

Participium praesentis activi всех спряжений.

287.

1. Imperator Galba pecuniae alienae non appetens, suae parcus, publicae avarus fuit (Tac. Hist. 1, 49).
2. *Apparent rari nautes in gurgite vasto* (V. Aen. 1, 118).
3. Omnia humana brevia et caduca sunt et infiniti temporis nullam partem occupantia (Sen. Ad Marc. 21, 1).
4. *Ille mi par esse deo videtur,
Ille (si fas est) superare divos,
Qui, sedens adversus, identidem te
Spectat et audit
Dulce ridentem* (Catull. 51, 1).
5. Justitia est constans et perpetua voluntas, jus suum cuique tribuens (Just. Inst. 1, 1, 1).
6. *Timeo Danaos et dona ferentes* (V. Aen. 2, 49).
7. Poema — loquens pictura, pictura tacitum poema debet esse (Auct. ad Herenn. 4, 28, 39).
8. Hic vigilans somniat (Pl. Capt. 848).
9. Paupertas nulli malum est, nisi repugnanti (Sen. Ep. 123, 16).
10. Agrippina turdum habuit, imitantem sermones hominum (Plin. N. H. 10, 120).
11. Sagitta in lapidem nunquam figitur; interdum resiliens percussit dirigentem (Hieron. = O. 305).
12. *Bella, horrida bel'la
Et Thybrim, multo spumantem sanguine cerno* (V. Aen. 6, 86).
13. *Mordeo mordentes, ultro non mordeo quemquam,
Sed sunt mordentem multi mordere parati;
Nemo timet morsum, dentes quia non habeo ullos* (Загадка: лук). (Poetae lat. min., v. 7, p. 384 Lemaire).
14. Malus miles est, qui imperatorem gemens sequitur (Sen. Ep. 107, 9).
15. *Haud est nocens, quicumque non sponte est nocens* (Sen. Hercules Oet. 890).
16. *Mulier cupido quod dicit amanti
In vento et rapida scribere oportet aqua* (Catull. 70, 3).

17. *Pessimum inimicorum genus* — laudantes (Tac. Agr. 41).
18. Apes, e variis floribus sucum exprimentes, opus dulcissimum conficiunt (Muretus, Var. lect. 30 = v. 2, p. 158 Teubn.)
19. *Nascentes morimur* (Manil. Astr. 4, 16).
20. Quum animarum aeternitatem disserimus, non leve momentum apud nos habet consensus hominum, aut timentium inferos, aut colentium (Sen. Ep. 117, 6).
21. Genua flectere fuit estque apud omnes gentes precantium gestus antiquissimus et creberrimus (Pitiscus, Lexicon antiquitatum Rom. in. v. Genua).
22. Sero venientibus — ossa (B. 3092).
23. Ver aperit navigantibus maria (Plin. N. H. 2, 47, 122).
24. Feris quoque ac barbaris hominibus et caede ac sanguine gaudentibus poemata tamen misericordiam interdum et lacrimas commovent (Mureti Or. 11 = v. 2, p. 99).
25. Ferus Cupido semper ardentes acuit sagittas cote cruenta (Hor. Od. 2, 8, 14).
26. Libenter Caesar petentibus Aeduis dat veniam (Caes. B. G. 6, 4, 3).
27. In castra ex urbe ad nos veniunt flentes principes (Plaut. Amph. 256).
28. Nescio quo modo omnis pro laborante favor est, nec ullam perpetuam gratiam servat, nisi modestam victoriam (Quint. Decl. 9, 19 = p. 220 Lemaire).

Praesens indicativi passivi всех спряжений и отложительных глаголов.

288.

1. Si deos imitaris, da et ingratis beneficia: nam et sceleratis sol oritur et piratis patent maria (Sen. Ben. 4, 26, 1).
2. *Quum moritur dives, concurrunt undique cives; Pauperis ad funus vix est e milibus unus* (Riley 66).
3. Offendimur, si quis sermonem nostrum imitatur, si quis incessum, si quis vitium aliquod corporis aut linguae exprimit. Seneccitatem quidam inviti audiunt, et canos, et alia, ad quae voto pervenitur (Sen. De const. sap. 17, 2).
4. Quid laetaris, quod ab hominibus his laudaris, quos non potes ipse laudare? (Sen. Ep. 52, 11).
5. Laudatur ab his, culpatur ab illis (Hor. Sat. 1, 2, 11).
6. Non facile custoditur, quod plures amant (R. 84).
7. Multos experimur ingratos, plures facimus (Sen. Ben. 1, 1, init.).
8. *Uxorem, Postume, ducis?*
Dic, qua Tisiphone, quibus exagitare (=exagitaris) colubris? (Juv. 6, 28).
9. *Gemmis auroque teguntur*
Omnia: pars minima est ipsam puellam sui (Ov. R. A. 343).
10. *Aetatem Priami que Nestorisque*
Longam qui putat esse, Marciane,

Multum decipiturque falliturque:

Non est vivere, sed valere vita est (Mart. 8, 70, 12).

11. *Mihi istic nec seritur nec metitur* (Pl. Epid. 2, 2, 80 = 265).
12. *Populus me sibilat, at mihi plaudo*
Ipse domi, simul ac nummos contemplor in arca (Hor. Sat. 1, 1, 66).
13. *Malum mihi videtur esse mors* (Cic. Tusc. 1, 5, 9).
14. *Romae dies triginta fere Quinctius commoratur* (Cic. Quinct. 6, 23).
15. *Vergilius Maro in pago, qui Andes dicitur, haud procul a Mantua nascitur, Pompejo et Crasso consulibus, Idibus Octobribus anni 684* (Suet. Libr. deperd. p. 296 Roth).
16. *Vergilius Brundusii moritur, Sentio Saturnino et Lucretio Cinnā consulibus* (Suet. Libr. deperd. p. 296 Roth).
17. *Dormiunt aliquando leges, nunquam moriuntur* (Riley 91).
18. *Ita singuli pugnant, universi vincuntur* (Tac. Agr. 12).
19. *Si verā somniā a deo mittuntur, falsā unde nascuntur?* (Cic. Div. 2, 62, 127).
20. *Frons, oculi, vultus persaepe mentiuntur, oratio vero saepissime* (Cic. Quint. fr. 1, 1, 15).
21. *Cotidie morimur: cotidie enim demitur aliquā pars vitae, et tunc quoque, quum crescimus, vitā decrescit* (Sen. Ep. 24, 20).
22. *Quem di dillgunt, adulescens moritur, dum valet, sentit, sapit* (Pl. Bacch. 816).
23. *Nemo inter serpentes et scorpiones securus ingreditur* (Hieron. Epist. 22, c. 3).
24. *Opinionibus vulgi rapimur in errorem nec verā cernimus* (Cic. Leg. 2, 17, 43).
25. *Balbus pedum doloribus afficitur* (Cic. Fam. 6, 19, 2).
26. *In eā regiōne latus lacus est, qui propter magnitudinem et aquae immobilitatem Mortuum mare dicitur* (Just. 36, 3, 6).
27. *Nutritur vento, vento restinguitur ignis,*
Lenis alit flammās, grandior aurā necat (Ov. Rem. am. 807).

Infinitivus praesentis passivi всех спряжений и отложительных глаголов.

289.

1. *Non solum universo generi hominum, sed etiam singulis a dis immortalibus consuli et provideri solet* (Cic. N. D. 2, 65, 164).
2. *Auscultare discere, si nescis loqui* (Diehl p. 150).
3. *Vincerte scis, Hannibal, victoriā uti nescis* (Liv. 22, 51).
4. *Ama nesciri et pro nihilo putari* (K. 96).
5. *Varium Antonius deliciarum causā loris in convivio caedi jubebat a servis publicis* (Cic. Phil. 13, 12, 26).
6. *Hominem experiri multa paupertas jubet* (Syr. 240).
7. *Id simulacrum non solum venerari, verum etiam osculari solent* (Cic. Verr. 4, 43, 94).
8. *Vos mihi testes estis, me verum loqui* (Pl. Capt. Prol. 3).

9. Vere dici potest, magistratum legem esse loquentem, legem autem mutum magistratum (Cic. Leg. 3, 1, 2).
10. Ubi vinci necesse est, expedit cedere (Quint. 6, 4, 16).
11. Turpius esse, dicebat Favorinus philosophus, exigue atque frigide laudari, quam graviter vituperari (Gell. 19, 3, 1).
12. *Tam malum est habere nummos, non habere quam malum est; Tam malum est audere semper, quam malum est semper pudor; Tam malum est tacere multum, quam malum est multum loqui; Tam malum est foris amica, quam malum est uxor domi. Nemo non haec vera dicit, nemo non contra facit* (Poetae lat. min. Baehrens, v. IV, p. 348, Nr. 418 = Anth. lat. Riese, p. 170, Nr. 251).
13. Est proprium stultitiae aliorum vitia cernere, oblivisci suorum (Cic. Tusc. 3, 30, 75).
14. Omnino irasci amicis non temere soleo, ne si merentur quidem (Cic. Phil. 8, 5, 16).
15. Somniis credi non oportet (Cic. Div. 1, 44, 99).
16. Si dicis, te mentiri, verumque dicis, mentiris; dicis autem, te mentiri, verumque dicis; mentiris igitur (Cic. Acad. 2, 30, 96).
17. Jucundissimum est in rebus humanis amari, sed non minus amare (Plin. Paneg. 85).
18. Scitote, tam bene hominem culmo, quam auro, tegi (Sen. Ep. 8, 5).
19. *Expedit pro amico occidi, quam cum inimico vivere* (Syri app. 248).
20. *Principium amicitiarum est de homine bene loqui* (Syri app. 245).

Infinitivus praesentis passivi глаголов 3-го спряжения на *io* и отложительных.

290.

1. *Dignum laude virum Musae vetat mori* (Hor. Od. 4, 8, 28).
2. Aliae nationes servitutem pati possunt, populi Romani est propria libertas (Cic. Phil. 6, 7, 19).
3. Virtus nec eripi nec surripi potest unquam, neque incendio neque naufragio amittitur (Cic. Parad. 6, 51).
4. Melius omnibus, quam singulis creditur. Singuli enim decipere et decipi possunt (Plin. Pan. 62, 9).
5. *Tam saepe nostrum decipi Fabullinum, Miraris, Aule? Semper homo bonus tiro est* (Mart. 12, 51).
6. Mors est terribilis iis, quorum cum vita omnia extinguuntur, non iis, quorum laus emori non potest (Cic. Parad. 2, 18).
7. Mundus vult decipi (B. 1946).
8. Nam, si quis minorem gloriae fructum putat ex Graecis versibus percipi, quam ex Latinis, vehementer errat, propterea quod Graecae leguntur in omnibus fere gentibus, Latinae suis finibus, exiguis sane, continentur (Cic. Arch. 10, 23).

9. Ut cupiditatibus principum et vitiis infici solet tota civitas, sic emendari et corrigi continentiam (Cic. Leg. 3, 13, 30).
10. Non progredi est regredi (Riley 283).
11. *Pati necesse est multa mortales mala* (Diehl p. 16).

**Imperativus praesentis passivi глаголов всех спряжений
и отложительных.**

291.

1. Egredere ex Urbe, Catillina, libera rempublicam metu; in exilium proficiscere (Cic. Cat. 1, 8, 20).
2. Dum licet, loquimini mecum (Ter. Phorm. 549).
3. **A.** Ere, licetne? — **B.** Loquere (Ter. Heaut. 973).
4. Habeo aures: loquere quidvis (Pl. Mil. 358).
5. Adulescens, quaeso, eloquere tuum mihi nomen (Plaut. Men. 1066).
6. Si dormis, expergiscere; si stas, ingredere: si ingrederis, curre; si curris, advola (Cic. Att. 2, 23, 3).
7. *Munera qui tibi dat locupletis, Gaure, senique,
Si sapis et sentis, hoc tibi ait: „Morere“* (Mart. 8, 27).
8. Audacter calumniare: semper aliquid haeret (King 241).
9. Vive moribus praeteritis, loquere verbis praesentibus (Gell. 1, 10, 4).
10. Proficiscere ad impium bellum ac nefarium (Cic. Catil. 1, 13, 33).
11. *Ergo age, care pater, cervici imponere nostrae* (V. Aen. 2, 707).
12. *Quod gratum est, loquere; facto, quod tibi expedit* (Syri app. 294).

Futurum indicativi activi 1-го спряжения.

292.

1. *Donec eris felix, multos numerabis amicos;
Tempora si fuerint nubila, solus eris* (Ov. Tr. 1, 9, 5).
2. *Cantabit vacuus coram latrone viator* (Juv. 10, 22).
3. *Forsitan haec aliquis (nam sunt quoque) parva vocabit;
Sed, quae non prosunt singula, multa juvant* (Ov. R. A. 419).
4. Post prandium stabis, post cenam ambulabis (K. 2131).
5. *Dulce ridentem Lalagen amabo,
Dulce loquentem* (Hor. C. 1, 22, 23).
6. Num igitur etiam, Solonem fuisse serium virum atque philosophum, negabis? (Apul. Apol. p. 207 B, Nisard).
7. Quid ille dux Leonidas dicit? „Prandete, Lacedaemonii: hodie apud inferos fortasse cenabimus“ (Cic. Tusc. 1, 42, 101).
8. Sapiens nunquam potentium iras provocabit; immo declinabit, non aliter, quam in navigando procellam (Sen. Ep. 14, 7).
9. Serva me, servabo te (Petron. 44).
10. Non fortunam homines aestimabo, sed moribus (Macrob. Sat. 1, 11, 10).

11. Usque ad diurnam stellam crastinam potabimus (Plaut. Men. 175).
12. Cenabis hodie apud me (Pl.)

Futurum indicativi activi 2-го спряжения.

293.

1. Quando ego te videbo? (Pl. Curc. 212).
2. Justitiā sine prudentiā multum potērit; sine justitiā nihil valebit prudentiā (Cic. Off. 2, 9, 34).
3. Plus apud me verā ratio valebit, quam vulgi opinio (Cic. Parad. 1, 1, 8).
4. Is plurimum habebit, qui minimum desiderabit (Apul. Mag. 20).
5. Nunquam erit felix, quem torquebit felicior (Sen. Ira 3, 30, 3).
6. *Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt* (V. Aen. 1, 609).
7. In urbe, si licebit, manebo (Cic. Phil. 12, 10, 24).
8. Me tuarum actiōnum, sententiarum, voluntātum, rerum denique omnium socium comitemque habebis (Cic. Fam. 1, 9, 22).
9. Ecquandone, inquit Drusus, similem mei civem habebit republica? (Vell. 2, 14, 2).
10. Idem semper de nobis pronuntiare debebimus, malos esse nos, malos fuisse et futuros esse (Sen. Ben. 1, 10, 3).

Futurum indicativi activi 3-го спряжения.

294.

1. *Verbum non amplius addam* (Hor. Sat. 1, 1, 121).
2. Et primum tibi, civi amanti patriam, quae sunt in republica, expōnam (Cic. Att. 1, 19, 1).
3. *Non est, crede mihi, sapientis dicere „vivam“: Sera nimis vitā est crastīna: vive hodie* (Mart. 1, 15 (16), 11).
4. Non credes hoc, nisi stultus es.
5. Si ad naturam vives, nunquam eris pauper; si ad opiniōnes, nunquam eris dives (Sen. Ep. 16, 7).
6. Aut vivet cras Hermarchus, aut non vivet (Cic. Acad. 2, 97).
7. Nunquam, dum ego adēro, hic te tanget (Ter. Ad. 2, 1, 3 = 157).
8. Ille me abscondet locus (Sen. H. F. 1340).
9. Sapiens nullum denarium intra limen suum admittet, male intrantem (Sen. V. b. 23, 3).
10. Qui fodit foveam proximo, incidet in eam (Vulg. Proverb. 26, 27 = p. 231 Didot).
11. Omnia, quae nunc vetustissima creduntur, novā fuere. Inveterascet hoc quoque et, quod hodie exemplis tuemur, inter exempla erit (Tac. Ann. 11, 24).
12. Nimiā illaec licentiā profecto evādet in aliquod magnum malum (Ter. Ad. 3, 4, 63 = 508).
13. Alii sementem faciunt, alii metent (R. 16).

14. Omnia leviora accidēt expectantibus (Sen. Const. sap. 19, 3).
15. Cras credemus, hodie nihil (R. 60).
16. *Sed dicam vobis, vos contra dicite multis milibus* (Catull. 68).
17. Si plenā (lunā) circa se habebit orbem, ex qua parte is maxime splendet, ex ea ventum ostendet; si in ortu cornua crassiora fuerint, — horridam tempestatē (Varr. ap. Plin. N. H. 18, 79, 349).
18. Si nubes solem circumcludent, quanto minus luminis relinquēt, tanto turbidior tempestat erit; si vero etiam duplex orbis fuerit, — eo atrocior (Plin. N. H. 18, 78, 344).
19. Nebulae, montibus descendentes aut coelo cadentes vel in valibus sidentes, serenitatē promittent (Plin. N. H. 18, 83, § 357).
20. *Tu tamen interea calido mihi sanguine poenas Persolves amborum* (V. Aen. 9, 420).
21. Argos et Lacedaemonem, duas clarissimas urbes, lumina quondam Graeciae, sub pedibus tuis relinquemus? (Liv. 34, 32, 5).
22. Ex una saepe bibemus aqua (Prop. 2, 26, 32).
23. Quid est, — non dicam in homine, sed in omni caelo atque terra, — ratione divinius? (Cic. Leg. 1, 7, 22).
24. Ego et animal sum et homo; non tamen duos esse nos dices (Sen. Ep. 113, 4).
25. *Vivet Maeonides, Tenedos dum stabit et Ide; Dum rapidas Simois in mare volvet aquas* (Ov. Am. 1, 15, 9).
26. *Qui metuens vivet, liber mihi non erit unquam* (Hor. Ep. 1, 16, 66).
27. Pater jam hic me offendet miserum adveniēns ebrium (Plaut. Most. 378).
28. Filio meo satis amplum patrimonium relinquam — memoriā nominis mei (Cic. Fam. 2, 16, 5).
29. O quantā dementiā est spes longas inchoantium: emam, aedificabo, honores geram, tum deinde lassam et plenam senectutē in otium referam (Sen. Ep. 101, 4).
30. Facile veritas se ipsā defendet (Cic. Acad. 2, 11, 36).
31. Ventum seminabunt et turbem metent (Vulg. Os. 8, 7).

Futurum indicativi activi 3-go спряжения на *io*.

295.

1. Faciam hoc, etsi molestum est.
2. Quid Romae faciam? (Juv. 3, 41).
3. Vos vestrum curate officium, ego efficiam meum (Pl. Ba. 4, 4, 108 = 760).
4. *O rus! quando ego te aspiciam?* (Hor. Sat. 2, 6, 60).
5. Ei ego jam linguam praecidam atque oculos effodiam domi (Pl. Aul. 2, 2, 12 = 189).
6. *Quidquid praecipies, est brevis* (Hor. A. P. 335).
7. Quantam et quam veram laudem capiet Parmeno! (Ter. Eun. 5, 4, 3 = 925).

8. Jucundiorē faciet libertatē servitutis recordatio (Cic. Phil. 3, 14, 36).
9. **A.** Erus nuptias meus hodie faciet. — **B.** Cujus ducit filiam? — **A.** Vicini hujus Euclionis senis (Pl. Aul. 2, 4, 9 = 288).
10. Neque salsum neque suave esse potest quicquam, ubi amor non admiscetur: fel quod amarum est, id mel faciet, hominem ex tristi lepidum et lenem (Pl. Cas. 2, 3, 6 = 222).
11. Arbōres seret diligens agricolā, quarum aspiciet bacam ipse nunquam (Cic. Tusc. 1, 14, 31).
12. *Candidā me capiet, capiet me flavā puellā* (Ov. Amor. 2, 4, 39).
13. *Nam jam non domus accipiet te laeta, neque uxor Optimā* (Lucr. 3, 907).
14. Optimum elige: suave et facile illud faciet consuetudo (Bacon = = K. 642).
15. Faciam ita, ut vis (Pl. Trin. 1172).
16. *Et dicam: „meā sunt“; injiciamque manum* (Ov. Amor. 1, 4, 40).
17. Peregrinatio notitiam dabit gentium, novas tibi montium formas ostendet; ceterum neque meliorem faciet neque saniozem (Sen. Ep. 104, 15).
18. Memoriam illius viri (= Scipionis) omnes excipient anni consequentes (Cic. Senect. 6, 19).
19. Idem semper de nobis pronuntiare debebimus, malos esse nos, malos fuisse, — invitus adjiciam, — et futuros esse (Sen. Ben. 1, 10, 3).
20. Hanc canem faciam tibi oleo tranquilliozem (Pl. Poen. 1236).

Futurum indicativi activi 4-го спряжения.

296.

1. Quis custodiet ipsos custodes? (Juv. 6, 347).
2. *Veniet felicior aetas* (Lucan. 8, 869).
3. Loqui ignorabit, qui tacere nesciet (Auson. Sept. sap. sent. Pitac. 1).
4. Facile invenies et pejorem et pejus moratam, pater, quam illa fuit; meliorem neque tu reperies neque sol videt (Pl. Stich. 1, 2, 52 = 109).
5. Contumeliam si dices, audies (Pl. Pseud. 4, 7, 77 = 1173).
6. *Et tibi jam cani venient, formose, capilli;*
Jam venient rugae (Ov. A. A. 2, 113).
7. Si mihi pergit, quae vult, dicere, — ea, quae non vult, audiet (Ter. Andr. 5, 4, 17).
8. *Cum sale panis*
Latrantem stomachum bene leniet (Hor. Sat. 2, 2, 17).
9. Facilius, si qui pius est, a dis, supplicans, quam qui scelestus est, inveniet veniam sibi (Pl. Rud. Prol. 26).
10. Ubicunque dulce est, ibi et acidum invenies (Petron. 56).
11. *Invenies multos, mores qui pelle sub agni*
Celant luporum (B. 1552).

12. *Dum vires annique sinunt, tolerate labōres:*
Jam veniet tacito tardā senectā pede (Ov. Rem. 669).

Futurum indicativi passivi 1-го спряжения и отложительных глаголов.

297.

1. Saltabimus, bibemus affātim, venabimur, ludemus, ridebimus (Erasm. I, 274).
2. Dabitur tibi magnum malum (Pl. Rud. 3, 5, 14 = 793).
3. Qui fugiebat, rursus proeliabitur (Hb. 230).
4. *Non semper feriet, quodcunque minabitur, arcus* (Hor. A. P. 350).
5. *Gratā superveniet, quae non sperabitur, horā* (Hor. Ep. 1, 4, 14).
6. Si patriam prodere conabitur pater, silebitne filius? (Cic. Off. 3, 23, 90).
7. Quotiens aliquid conaberis, te simul et eā, quae paras, quibusque parāris (= paraveris), ipse metire (Sen. Ira 3, 7, 2).
8. Itaque, C. Caesar, bellicae tuae laudes celebrabuntur non solum nostris, sed paene omnium gentium littēris atque linguis, neque ullā unquam aetas de tuis laudibus conticescet (Cic. Marcell. 3,9).
9. Multorum te oculi et aures non sentientem speculabuntur atque custodient (Cic. Catil. 1, 2, 6).
10. Sed alias jocabimur (Cic. Fam. 7, 13, 2).
11. Dos dabitur virgīni (Pl. Trin. 612).
12. Gloria umbrā virtutis est: etiam invitam comitabitur (Sen. Ep. 79, 13).
13. Audiet puer, multā cotidie probari, multā corrigi: excitabitur laude aemulatio; turpe ducet cedere pari (Quint. 1, 2, 22).

Futurum indicativi passivi 2-го спряжения и отложительных глаголов.

298.

1. Si volitare plures stellae videbuntur, quo ferentur albescentes, ventos ex iis partibus nuntiabunt (Plin. N. H. 18, 80, 352).
2. Mihi inter virtutes grammatici habebitur aliqua nescire (Quint. 1, 8, 21).
3. Vir bonus ab honesto nullā re deterrebitur, ad turpia nullā spe invitabitur (Sen. ap. Ossude p. 33).

Futurum indicativi passivi 3-го спряжения и отложительных глаголов.

299.

1. *Non omnis moriar, multāque pars mei*
Vitabit Libitinam (Hor. Od. 3, 30, 6),

2. *Haud ullas portabis opes Acherontis ad undas;
Nudus ad infernas, stulte, vehere rates* (Prop. 4, 4, 13 [3, 5, 13]).
3. *Forsan miseros meliora sequentur* (V. Aen. 12, 153).
4. Ego rempublicam populi Romani non deseram neque alium civem Romanum deserere patiar (Liv. 22, 53, 11).
5. Pacem speratis, quum vincemur, quam nunc, quum vincimus, dat nemo? (Liv. 23, 13, 4).
6. Quousque tandem abutere, Catilina, patientiam nostram? Quam diu etiam iste furor tuus nos eludet? Quem ad finem sese effrenata jactabit audacia? (Cic. Cat. 1, 1, 1).
7. *Parturiunt montes; nascetur ridiculus mus* (Hor. A. P. 139).
8. *Ista decens facies longis vitiabitur annis,
Rugaque in antiqua fronte senilis erit.
Injicietque manum formae damnosa senectus,
Quae strepitum passu non faciente venit.
Quumque aliquis dicet: „Fuit haec formosa“, dolebis,
Et speculum mendax esse querere tuum* (Ov. Tr. 3, 7, 33).
9. Minus contemnemur, si vindicaverimus injuriam (Sen. Ira 2, 33, 1).
10. Domi puer eam sola discere potest, quae ipsi praecipientur; in schola, — etiam quae aliis (Quintil.).
11. Neque mihi ullam obsistet amnis nec mons, neque adeo mare, nec calor; nec frigus metuo neque ventum neque grandinem; imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim; neque quiescam usquam noctu neque dius (= die) (Pl. Merc. 859).
12. *Fortiter et ferrum, saevos patiemur et ignes* (Prop. 1, 1, 27).
13. De me semper populus Romanus, semper omnes gentes loquentur, nullam unquam obmutescet vetustas (Cic. Mil. 35, 98).
14. Potiemur pulcherrimam opulentissimamque urbe, portu egregio (Liv. 26, 43, 7).
15. *Porta patens esto, — nulli clauderis honesto* (B. 2332).
16. Ut bos armenta, sic ego bonos viros aut eos, quicumque dicentur boni, sequar (Cic. Att. 7, 7, 7).

Futurum indicativi passivi 4-го спряжения и отложительных глаголов.

300.

1. Ego vero cupide et libenter mentiar tuam causam (Cic. Rosc. com. 16, 49).
2. Certe pertinax non ero, tibi que, si mihi probabis eam, quae dices, libenter assentiar (Cic. Fin. 1, 8, 28).

Imperfectum indicativi activi 1-го спряжения.

301.

1. Licentiam stulti libertatem vocabant (Tac. Dial. 40).
2. Me benignius omnes salutant, quam salutabant prius (Pl. Aul. 115).

3. In naufragio nonnulli, procumbentes in tabūlas, adorabant mare, quidquid erat olei effundentes in undas, non aliter ei blandientes, quam solemus irāto principi: „O clementissimum mare, o ditissimum mare, o generosissimum mare, mitesce, serva!“ (Erasm. 1, 196). *
4. In totā oratiōne tua tecum ipse pugnabas.
5. Augustus post bella civilia nunquam milites suos commilitōnes appellabat, sed milites (Suet. Aug. 25, 1).
6. Mercatōres Romāni rarissime ad Britannos commeabant.
7. *Jam nox inducēre terris*
Umbras et caelo diffundēre signa parabat (Hor. Sat. 1, 5, 9).
8. Marcus Cato Sapiens cellam penariam reipublicae nostrae, nutriticem plebis Romānae Siciliam nominabat (Cic. Verr. 2, 2, 5).
9. *Mella etiam sine te, jurabat, amārā vidēri* (Calpurn. Ecl. 3, 12).
10. Ne nunc quidem ego senex vires desidēro adulescentis, — non plus, quam adulescens tauri aut elephantī desiderabam (Cic. Sen. 9, 27).
11. Supplicatio ex decemvirorum decrēto pro valetudīne popūli per triduum fuit, quia gravis pestilentia urbem atque agros vastabat (Liv. 38, 44, 7).
12. *Tum gelldus toto manabat corpore sudor* (V. Aen. 3, 175).
13. Nemo tum virtūtem non honorabat (Cic. Phil. 9, 2, 4).
14. Hannibālis virtūtes ingentia vitia aequabant: inhumānā crudelitas, perfidia plus quam Punica, nihil veri, nihil sancti (Liv. 21, 4, 9).
15. Famā nuntiabat, te esse in Syria (Cic. Fam. 12, 4, 2).
16. Socrātes existimabat, deos immortāles hominum piorum cultu et muneribus magnopere delectari (Lambinus ad Hor. C. 3, 23, 18).
17. Doctrinā Graeciā nos et omni litterarum genere superabat (Cic. Tusc. 1, 1, 3).
18. Cethēgus maximum bonum in celeritate putabat (Sall. Cat. 43, 4).
19. Polycratem Samium felicem appellabant (Cic. Fin. 5, 30, 92).

Imperfectum indicativi activi 2-го спряжения.

302.

1. *Nox erat, et caelo fulgebat lunā serēno*
Inter minora sidēra (Hor. Epod. 15, 1).
2. Meum mihi placebat, illi suum (Cic. Att. 14, 20, 3).
3. Lacte ali oportebat eos, qui solli cibi nondum capāces erant (Mur. Or. 1 = v. 2, p. 9).
4. Isocrātes, orator Atheniensis, qui adulescentes eloquentiam docebat, ipse nunquam orationem habuit.
5. Pueri Lacedaemoniorum usque ad septimum annum sub cura manebant matrum.
6. Vetēres oratores iis artibus adulescentium pectōra implebant, in quibus de bono et malo, de honesto et turpi, de justo et injusto disputatur (Tac. Dial. 31, 5).

7. Consules Romani non longius imperium, quam annum, habebant (Eutr. 1, 9).
8. Phocion propter aetatem pedibus jam non valebat (Nep. 19, 4, 1).
9. *Ignōtis errare locis, ignōtā videre
Flumīna gaudebat, studio minuente laborem* (Ov. M. 4, 294).
10. Amicos esse fures temporis, monēre solebant (Bacon, De augmentis scientiarum 8, 1 = Hb. 10).
11. Magnam habebas omnibus dis gratiam (Pl. Asin. 1, 2, 17 = 143).
12. Sol ingenti ardore torrebat minime patientia aestus Gallorum corpora (Liv. 35, 5, 7).
13. Sedebamus in puppi et clavum tenebamus; nunc autem vix est in sentina locus (Cic. Fam. 9, 15, 3).
14. Sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum (Cic. Tusc. 1, 16, 36).
15. Oppianicus accessit subito sine causa puerum Teano, quod facere antea non solebat (Cic. Client. 9, 27).
16. *Zeuxis erat pictor, quem flebat durā Phrygum gens* (Chrestom. Pliniana, ed. Gesner, p. 974) (В этом стихе все буквы алфавита).
17. Verres coronam habebat unam in capite, alteram in collo (Cic. Verr. 5, 10, 27).
18. *Longus in angustum quā clauditur Hellespontus,
Ilion ardebat* (Ov. Met. 13, 407).
19. *Lunaque fulgebat, nec facis usus erat* (Ov. F. 2, 500).

Imperfectum indicativi activi 3-го спряжения.

303.

1. Solebant Graeci saxea monumenta extruere in loco victoriae, quod Romani non faciebant (Casaubonus ad Aristoph. Equit. 525 in editione Invernizii, v. IV, p. 141).
2. Xerxes fiducia virium, veluti naturae ipsius dominus, et montes in planum deducebat, et convexam vallium aequabat, et quaedam mari pontibus sternebat (Justin. 2, 10, 25).
3. Solebant et avari, et qui invasionem hostilem metuebant, aurum suum in terra defodere (Wetsten. p. 406 B).
4. Pistores Romae non fuere ad Persicum usque bellum. Ipsi panem faciebant Quirites, mulierumque id opus maxime erat, sicut etiam nunc in plurimis gentium (Plin. N. H. 18, 11 (28), 107).
5. **A.** O te ipsum quaerebam! — **B.** Et ego te (Ter. Andr. 3, 3, 1 = 533).
6. Alesia erat oppidum in colle summo, cujus radices duo duabus ex partibus flumina subleebant. Ante id oppidum planities circiter milia passuum tria in longitudinem patebat; reliquis ex omnibus partibus colles oppidum cingebant (Caes. B. G. 7, 69).
7. Britanni olim frumenta non serebant, sed lacte et carne vivebant (Caes. B. G. 5, 14, 2).
8. Ex Nestoris lingua melle dulcior fluebat oratio (Cic. Senect. 10, 31).
9. Agesilaus, rex Lacedaemoniorum, cum liberis suis, quos magnopere diligebat, interdum ludebat.

10. *Blando clamōre nepōtes*
Tendebant ad avos brachia parva suos (Ov. F. 3, 221).
11. Cato esse, quam videri, bonus malebat (Sall. Cat. 54).
12. Olim moderatius fratres inter se maxima regna dividebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur (Just. 2, 10, 11).
13. *Jamque quiscebant voces hominumque canumque;*
Lunāque nocturnos altā regebat equos (Ov. Tr. 1, 3, 27).
14. Augustus somnia neque suā neque aliēnā de se neglegebat... Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo emendicabat a populo, cavam manum asses porrigentibus praebens (Sueton. Aug. 91).
15. *Noctes vigilabat ad ipsum*
Mane; diem totum stertebat (Hor. Sat. 1, 3, 18).
16. Lucernae tenue et extremum lumen spargebant (Petron. 22).
17. De Hasdrubālis adventu in Italiam curā in dies crescebat (Liv. 27, 36, 1).
18. Eumēnes vincebat omnes curā, vigilantīā, patientīā, calliditāte et celeritate ingenii (Nep. 18, 1, 3).
19. Commius cum suis equitibus latrociniis se suosque alebat (Caes. B. G. 8, 47, 2).
20. Rex semper maximas mihi agebat gratias (Ter. Eun. 397).
21. Tunc dentes mihi cadebant primūlum (Pl. Men. 1116).
22. Viri magni, nostri majores, non sine causa praeponebant rusticos Romanos urbānis (Varr. R. R. 2, 1, 1).
23. Jam frumenta maturescere incipiebant (Caes. B. C. 3, 49, 1).
24. Fulgentes gladios hostium videbant Decii, quum in aciem eorum irruerant. His levabat omnem vulnērum metum nobilitas mortis et gloriā (Cic. Tusc. 2, 24, 59).

Imperfectum indicatīvi activi 4-го спряжения.

304.

1. *Rusticus ad ludos populus veniebat in urbem* (Ov. F. 3, 783).
2. Aegyptii mortuos condiebant eosque domi servabant (Cic. Tusc. 1, 45, 108).
3. Multi Romanorum imperatores in vitam et fortunās civium saeviebant.
4. Alexander, Macedōnum rex, quo plures Asiae gentes domabat, eo magis superbiebat.
5. Carthaginienses captivos ferreis catēnis vinciebant magnāque severitāte custodiebant.
6. *Sponte suā numeros carmen veniebat ad aptos,*
Et, quod tentabam dicere, versus erat (Ov. Tr. 4, 10, 25).
7. Q. Scaevōlā, senex debilis, primus veniebat in curiam (Cic. Phil. 8, 10, 31).
8. Jurgantium irā perveniebat etiam ad manūs (Curt. 9, 9, 17).

Imperfectum indicatīvi passivi 1-го спряжения

и отложительных глаголов.

305.

1. Ut Romae consules, sic Carthagine quotannis annui bini reges creabantur (Nep. 23, 7, 4).

2. Pueri Romani non in cella nutricis, sed in gremio ac sinu matris educabantur, cujus praecipuā laus erat tueri domum et inservire libèris (Tac. Dial. 28, 14).
3. Augustus, quum a negotiis vacabat, modo piscabatur hamo, modo nucibus ludebat cum pueris; aleā etiam multum delectabatur (Suet. Aug. 83).
4. Consilium reipublicae Romanae penes senes erat, qui ex auctoritate patres, ob aetatem senatōres vocabantur.
5. Apud Romanos delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientiā valldum erat, reipublicae consultabant; hi vel aetate, vel curae similitudīne patres appellabantur (Sall. Cat. 6).
6. Ei voce magnā gratulabantur (Sall. Hist. 1, 56).
7. Ego Clodium arbitrabar perniciosum civem (Cic. Phil. 8, 5. 16).
8. Sophistae appellabantur ii, qui ostentationis aut quaestūs causā philosophabantur (Cic. Acad. 2, 23, 72).
9. Qui diligebant hunc, illi favebant; qui admirabantur hunc, illum probabant (Cic. Rosc. Com. 10, 29).
10. Alcēdīnes sive halcyōnes, ex veterum opinione, erant aves marinae, quae circa brumae tempus in ipso mari nidulabantur et pullos faciebant, unde dies illi quattuordēcim ab septimo ante brumam ad septimum post brumam „alcyonēi dies“ sunt vocati (Weise ad Pl. Cas. 26 = p. 230).
11. *Innumerābilibus Constantinōpolitāni Conturbantur sollicitudinibus* (K. 1098) (двустышие из очень длинных слов).
12. Malā, unde minime exspectabantur, erumpunt (Sen. Ep. 91, 7).
13. Legationes omnes per Diōnem administrabantur (Nep. 10, 1, 4).
14. Turbo tam apud Graecorum, quam Romanorum pueros usitatus fuit, ut hodieque est, et flagellis agitabatur. Trochus autem rotā fuit, quem virgā movebant et regebant pueri, ut hodie quoque (O. Jahn ad Persii Sat. 3, 51 = p. 153).
15. Proelium erat anceps; summā vi et duces hortabantur, et milites pugnabant (Liv. 23, 45, 1).

Imperfectum indicativi passivi 2-го спряжения и глаголов отложительных.

306.

1. Caesar beneficiis ac munificentiam magnus habebatur, integritate vitae—Cato (Sall. Cat. 54, 2).
2. Est unum per fugium doctrinā ac litterae, quae secundis rebus delectationem modo habere videbantur, nunc vero etiam salutem (Cic. Fam. 6, 12, 5).
3. Cicero et erat et habebatur maximus orator.
4. Mihi omnis pax cum civibus bello civili utilior videbatur (Cic. Phil. 2, 15, 37).
5. Augebatur ejus molestia cotidianis querimoniis et assiduo fletu sororis (Cic. Cluent. 6, 16).

**Imperfectum indicativi passivi 3-го спряжения и глаголов
отложительных.**

307.

1. Nullā res major sine Themistōcle gerebatur; celeriter, quae opus erant, reperiebat, facile eādē oratione explicabat (Nep. 2, 1, 3).
2. Apud Romanos juvenis ille, qui ad negotia forensia parabatur, a patre ad eum oratorem deducebatur, qui principem in civitate locum obtinebat (Tac. Dial. 34).
3. Scythae lacte et melle plerumque vescebantur.
4. Justo et moderāto regebantur socii Romani imperio nec abnuebant, quod unum vincūlum fidei est, melioribus parēre (Liv. 22, 13, 11).
5. Pecōra atque jumenta siti consumebantur (Caes. B. G. 8, 41).
6. Romae ansēres publce in Capitolio alebantur (Forcellini in v. Anser).
7. Adolescentium animi, molles aetate et fluxi, dolis haud difficulter capiebantur (Sall. Cat. 14, 5).
8. Qu. Maxlmi sermōne tum cupīde fruebar (Cic. Senect. 4, 12).
9. Apud Romanos in principio conviviorum ovā, in fine mālā apponebantur (Doering ad Hor. Sat. 1, 3, 7).
10. Apud Euripīdem in Hercūle Furenti chorus, qui e senibus constat, juventūtem quidem celēbrat ac praedīcat, malam vero, ut vetēres loquebantur, aetātem miris modis exagitat eique multā malā precatur. Et apud Plautum non raro ita senes de aetate suā, ut de gravi aliquo ac ponderōso onēre, loquuntur (Muretus, Var. lect. 28 = v. 2, p. 155 Teubn.).

**Imperfectum indicativi passivi 4-го спряжения и глаголов
отложительных.**

308.

1. Caedebatur virgis in medio foro Messānae civis Romanus, quātm interea nullus gemitus, nullā vox aliā illius misēri inter dolōrem crepītumque plagarum audiebatur, nisi haec: „civis Romanus sum“ (Cic. Verr. 5, 62, 162).

Perfectum indicativi activi 1-го спряжения.

309.

1. Gallus gallinaceus cantavit (Petron. 74).
2. Qui ipse non amavit, aegre amantis ingenium inspīcit (Pl. Mil. 3, 1, 44 = 638).
3. Cum dīs quis unquam vel pie pugnavit, vel feliciter? (Acolastus, 720).
4. Jovem propter beneficia populus Romanus optimum, propter vim maximum nominavit (Cic. Dom. 57, 144).
5. Quam multā paramus, quia alii paraverunt, quia apud plerosque sunt! (Sen. Ep. 123, 6).

6. Verba, simul atquē evolaverunt, non revōlant (Ērasm. 1, 157).
7. Felicitātis humānae fragilitātem poētae omnium temporum et populorum cum florum splendōre parum durante comparaverunt (Sauptje ad Dem. Ol. 2, 10).
8. Isti praepestēro officia permiscent, qui contra praecepta Theophrasti, — quum amaverunt, iudicant, et non amant, quum iudicaverunt (Sen. Ep. 3, 2).
9. Avus tuus amavit unice patriam et cives suos (Cic. Catil. 3, 5, 10).
10. Drusus Oceānum septentrionālem primus Romanorum ducum navigavit (Suet. Claud. 1).
11. Turpissimam ajebat Fabius imperatori excusatiōnem esse „Non putavi“; ego turpissimam homini puto. Omnia puta, exspecta (Sen. Ira 2, 31, 4).
12. *Urbem, quāam dicunt Romam, Meliboeae, putavi Stultus ego huic nostrae similem* (V. Ecl. 1, 20).
13. Is mihi nuntiavit, te plane febri carēre et belle habēre (Cic. Fam. 16, 15, 1).
14. Circūli peripheriam aequare diamētros tres et fere septimam unius partem, jam pridem Archimēdes demonstravit (Annotatio in Lemairii editione ad Plin. N. H. 2, 21, 3 = p. 290).
15. Furens alius se passērem existimavit, alius gallum gallinaceum, alius fictile, alius latērem, alius deum, alius oratorem, alius tra-goedum vel comoedum (Caelius Aurelianus. De mania 5).
16. C. Duillius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit (Periocha Livii l. XVII).
17. Eo die casu apud Pompējum cenavi (Cic. Fam. 1, 2, 3).
18. Aequae ingentes eo anno fuerunt, et Tibēris loca plana Urbis inundavit (Liv. 35, 9, 2).
19. Tabernae omnes cum magni pretii mercibus conflagraverunt (Liv. 35, 40, 8).
20. Quot capita, tot sententiae, et suam quisque opiniōnem putat esse optimam, et, quam paulo ante probavit, post ipse repudiat (Apparatus criticus et exeget. ad Dem. Schaeferi, p. 76).
21. Continuas has tres noctes pervigilavi (Pl. Amph. 1, 1, 158 = 314).
22. Semper amavi M. Brutum propter ejus summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque constantiam (Cic. Fam. 9, 14, 5).
23. Amavi equidem hercle ego olim in adulescentia (Pl. Merc. 264).
24. Peragravi durissimam quidem hieme valles Agrigentorum atque colles (Cic. Scaur. 11, 25).
25. Donavi tibi multa, quae rogasti;
Donavi tibi plura, quam rogasti;
Non cessas tamen usque me rogare (Mart. 12, 79).
26. Postremus apud Assyrios regnavit Sardanapallus (Just. 1, 3, 1).
27. Victorum cupiditates nullam unquam civilis victoriam satiavit (Tac. Hist. 4, 38).
28. Quid vero? Hominum ratio non in caelum penetravit? (Cic. N. D. 2, 61, 153).

29. Ab terra ad lunam Pythagoras putavit esse stadiorum circiter centum viginti sex milia (Censorin. 13, 3).
30. Quin vocasti hominem ad cenam? (Pl. Stich. 576).
31. Erras, Clodi: non te iudices urbi, sed carceri reservarunt (Cic. Att. 1, 16, 9).
32. Graeci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt (Cic. Mil. 29, 80).
33. Hippocrates medicus in magna pestilentia non unum agrum, sed multam oppida scientiam servavit (Var. R.R. 1, 5 = p. 133, 10).
34. Astrologi motus errantium stellarum notaverunt (Cic. Div. 2, 71, 146).
35. Caesar cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Helvetiorum — proeliis felicissime decertavit (Cic. Prov. cons. 13, 33).
36. Imitare me, quem tu semper laudasti (Cic. Phil. 11, 10, 23).
37. Patrum nostrorum memoriam per legatum Cineam Pyrrhus non virorum modo, sed etiam mulierum animos donis tentavit (Liv. 34, 4, 6).
38. Quinctius inimicum obsecravit per fratris sui mortui cinerem, per nomen propinquitatis, per ipsius conjugem et liberos (Cic. Quinct. 31, 97).

Perfectum indicativi activi 2-го спряжения.

310.

1. Minus habeo, quam speravi, sed fortasse plus speravi, quam debui (Sen. Ira 3, 30, 3).
2. Impensa monumenti supervacua est: memoria nostri durabit, si vitam meruimus (Plin. Ep. 9, 19, 6).
3. Dion multa ab natura habuit bona, in eis magnam corporis dignitatem, quae non minimum commendat (Nep. 10, 1, 2).
4. *Id demum est homini turpe, quod meruit pati* (Phaedr. 3, 11, 7).
5. Ut nihil pertinuit ad nos ante ortum, sic nihil post mortem pertinebit (Cic. Tusc. 1, 38, 91).
6. Credo ego, miseram fuisse Penelopem, quae tam diu viduam viro suo caruit (Pl. Stich. 1).
7. Urbem Romam a principio reges habuere (Tac. Ann. 1, 1, 1).
8. Erant in quadam civitate rex et regina. Hi tres filias formam conspicuas habuere (Apul. Metam. 4, c. 28 = p. 89 Vliet).
9. Senes gaudent eam memorare, quae multorum fugiunt memoriam, admiratores temporum, in quibus ipsi floruerunt (Erasm. 2, 78).
10. *Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni, Carthago* (V. Aen. 1, 12).
11. *Non est jocus esse malignum. Nunquam sunt grati, qui nocuere, sales* (Sen. Epigr. 5, 17).
12. Non omnibus aetatibus eadem conveniunt; neque, quidquid virginem decuit, matronam decet (Mur. Or. 8 = v. 2, p. 65).
13. *Jam color unus inest rebus, tenebriisque teguntur Omnia, jam vigiles conticuere canes* (Ov. F. 4, 489).

14. *Nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt* (Hor. Ep. 2, 1, 83).
15. *Donec gratus eram tibi, ... Persarum vigui rege beatior* (Hor. C. 3, 9, 4).
16. Romae foedum incendium per duas noctes ac diem unum tenuit (Liv. 26, 47, 15).
17. Meruimus et ego et pater de vobis et republicā (Pl. Amph. Prol. 39).
18. Neque cuiquam mortalium injuriae suae parvae videntur: multi eas gravius aequo habuere (Sall. Cat. 51, 11).
19. Elige eum, cujus tibi placuit et vitā et oratio (Sen.)
20. *Quos amor verus tenuit, tenebit* (Sen. Th. 551).
21. Minus gaudent, qui timere nihil (Mart. 11, 36, 4).
22. Augustus oculos habuit claros ac nitidos; dentes raros et exiguos et scabros (Suet. Aug. 79, 2).
23. Cum Gallis gravissima bella populus Romanus habuit. Galli enim etiam illam partem Italiae, in qua nunc Mediolānum est, usque ad Rubicōnem fluvium tenebant (Sextus Rufus, Breviarium, c. 6).
24. Dionysius tuus superbum se praebuit (Cic. Att. 8, 4, 1).

Pérfectum indicativi activi 4-го спряжения.

311.

1. Meis auribus audivi (Apul. Met. 3, 16 = p. 58, 7 Vliet).
2. Nunquam audivi quemquam magis delirantem, quam te (Erasm. 1, 274).
3. *Tu quoque, ut hic video, non es ignārus amorum. Id — commūne malum; semel insanivimus omnes* (Spagnuoli (Io. Mantuanus), Ecl. 1, 217 = Hb. 262).
4. *Audivere, Lyce, di mea vota, di: Audivere, Lyce, fīs anus et tamen Vis formōsā vidēri* (Hor. Od. 4, 13, 1).
5. Illa vox vulgāris: „audivi“ (Cic. Planc. 23, 57).
6. Ipsus (= ipse) illic sese jam impedivit in plagas (Pl. Mil. 1388).
7. Urbem Syracūsas maximam esse Graecarum urbium pulcherri-
mamque, saepe audistis (Cic. Verr. 4, 52. 117).

Infinitivus perfecti activi всех спряжений.

312.

1. An suspicaris, me furto parasse rem? (Erasm. 1, 301).
2. Quam multos scriptōres rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur! (Cic. Arch. 10, 24).
3. Misērum istuc verbum et pessimum est — habuisse et nihil habēre (Pl. Rud. 5, 2, 34 = 1321).
4. *Principibus placuisse viris non ultimā laus est* (Hor. Ep. 1, 17, 35).

5. Etiam illud adjungo, saepius ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quam sine natura valuisse doctrinam (Cic. Arch. 7, 15).
6. *Virtus est vitium fugere et sapientiam primam Stultitiam caruisse* (Hor. Ep. 1, 1, 41).
7. *Solamen miseris socios habuisse malorum* (K. 2585).
8. **A.** Sum plane rudis et imperitus natandi, nec sine periculo versamur in alieno elemento.—**B.** Sed assuescere oportet: nemo nascitur artifex.—**A.** At ego istius generis artifices permultos audio natasse, sed non enatasse. Mihi non placet ranarum vita. Animal sum terrestre, non amphibion. Si vobis cordi est natatio, spectator esse malo, quam certator (Erasm. 1, 44).
9. Homerus, centum boum arma aurea permutasse Glaucum, dicit, cum Diomedis armis novem boum (Plin. N. H. 33, 1 (3), 7).
10. Credo ego, hac noctu (= nocte) Nocturnum obdormivisse, ebrium (Pl. Amph. 1, 1, 116 = 272).
11. Epicurus gloriatus est, se magistrum habuisse nullum (Cic. N. D. 1, 26, 72).
12. Mortem me timuisse dicis (Cic. Planc. 37, 90).
13. *Nam nulli tacuisse nocet* (Dion. Cato 1, 12).
14. Scio, te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi pectus obscurasse (Pl. Trin. 666).

Plusquamperfectum indicativi activi всех спряжений.

313.

1. Castra paucos dies habuimus ea ipsa, quae contra Darium habuerat apud Issum Alexander (Cic. Att. 5, 20, 3).
2. Quid vos uxor mea misera violarat, quam vexavistis? (Cic. De domo 23, 59).
3. Loca amoena facile in otio feroces militum animos molliverant (Sall. Cat. 11, 5).

Futurum II activi всех спряжений.

314.

1. Si fatum tibi est ex hoc morbo convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non adhibueris, convalesces. Si fatum tibi est ex hoc morbo non convalescere, sive tu medicum adhibueris, sive non adhibueris, non convalesces (Cic. Fat. 13, 28—29).
2. Quotiens aliquid conaberis, te simul et ea, quae paras, quibusque pararis (= paraveris), ipse metire (Sen. Ira 3, 7, 2).
3. Minus contemnemur, si vindicaverimus injuriam (Sen. Ira 2, 33, 1).
4. Si te rogavero aliquid, nonne respondebis? (Cic. Tusc. 1, 8, 17).
5. Simul aliquid audiero, scribam ad te (Cic. Att. 8, 11, 7).
6. Veniam, quocunque vocaris (= vocaveris) (V. Ecl. 3, 49).

Perfectum indicativi passivi 1-го спряжения и отложительных глаголов.

315.

1. Admōdum sumus jam defatigati (Cic. Fam. 12, 25 a, 6).
2. Quidquid exspectatum est diu, levius accēdit (Sen. Ep. 78, 29).
3. In sapientis quoque animo, etiam quum vulnus sanatum est, cicātrix manet (Sen. Ira 1, 16, 7).
4. Scit, quod Juno fabulata est cum Jove (Pl. Trin. 1, 2, 171 = 208).
5. Dolōris omnis privatio recte nōminatā est voluptas (Cic. Fin. 1, 11, 37).
6. Non sum occupatus unquam amico opēram dare (Pl. Merc. 2, 2, 17 = 288).
7. Affīnes dicuntur, qui non sanguinis, sed matrimonii conjunctiōne copulati sunt (Erasm. 1, 62).
8. Usu probatum est, leges egregias, exempla honesta apud bonos ex delictis aliorum gigni (Tac. Ann. 15, 20).
9. Bona valetūdo jucundior est iis, qui e gravi morbo recreati sunt, quam qui nunquam aegro corpore fuerunt (Cic. Post red. ad Quir. 1, 1, 4).
10. Manus data elephanto est, quia propter magnitudinem corporis difficīles aditūs habebat ad pastum (Cic. N. D. 2, 47, 122).
11. Ephēsi triduum commoratus sum (Cic. Fam. 3, 5, 5).
12. Locis ipsis delectamur, montuōsis etiam et silvestribus, in quibus diutius commorati sumus (Cic. Lael. 19, 68).
13. Tucciā, virgo Vestālis, incesti damnata est (Periocha Liv. 1. 20).
14. Ad liquidum veritas explorata est (Liv. 35, 8, 7).
15. Usque ad meridiem aequis viribus ac prope pari spe pugnatum est (Liv. 34, 47, 5).
16. Non Euripīdes solum, sed etiam Aeschylus et Sophocles ab aliis poētis justo saepius in certaminibus sunt superati (Meineke, Fr. Com. II, 903—4).
17. Fortasse tu huc vocatus es ad prandium? (Pl. Rud. 132).
18. Eloquentiā in omni libēro populo maximeque in pacatis tranquillisque civitatibus semper floruit semperque dominata est (Cic. Or. 1, 8).
19. Saepe jam me spes haec frustrata est (Ter. Andr. 734).
20. Non oris color ei vultusve mutatus est (Curt. 4, 15, 11).
21. Prudentiā est locata in delectu bonorum et malorum (Cic. Off. 3, 17, 71).
22. Miraberis et ego miratus sum (Plin. Epist. 7, 24, 5).
23. Omnia sunt subito mutata (Caes. B. C. 3, 69, 1).

Perfectum indicativi passivi 2-го спряжения и отложительных глаголов.

316.

1. Hannibal pollicitus est, brevi caput Italiae omni Capuam fore (Liv. 23, 10, 2).

2. Inter fratrem sororemque nuptiae prohibitae sunt (Digesta 1, 10, 2).

Perfectum indicativi passivi 4-го спряжения и отложительных глаголов.

317.

1. Molesto ac difficili pedum morbo octavum jam mensem impeditus sum (Mureti Epist. p. 194).
2. Lenita paulum vis venti est (Liv. 36, 43, 13).
3. Omnia cum approbatione ingenti sunt audita (Liv. 34, 48, 5).
4. Terra vestita est floribus, herbis, arboribus, frugibus (Cic. N. D. 2, 39, 98).
5. Ubi sunt superbae Carthaginis alta moenia? Ubi maritima gloria incliti portus? Ubi cunctis litoribus terribilis classis? Ubi tot exercitus? Ubi tantus equitatus? Ubi immenso Africae spatio non contenti spiritus? Omnia ista duobus Scipionibus fortuna partita est (Val. Max. 5, 6, ext. 4).

Participium perfecti passivi 1-го спряжения и отложительных глаголов.

318.

1. Melior tutiorque est certa pax, quam sperata victoria (Liv. 30, 30, 19).
2. Non est consuetudo populi Romani ullam accipere ab hoste armato condicionem (Caes. B. G. 5, 41, 7).
3. Laetus sum, laudari me abs te, pater, a laudato viro (Naevius apud Cic. Tusc. 4, 31, 67 = Diehl p. 13).
4. Hoc reditus tuus est nobis jucundior, quo minus exspectatus (Erasm. 1, 7).
5. Feles quo silentio, quam levibus vestigiis obrupunt avibus! quam occulte speculatae in musculos exsiliunt! (Plin. N. H. 10, 73 (94), 202).
6. Omnes, qui maximo ingenio praediti sunt, stimulis gloriae concitati, res praeclaras aggrediuntur (Osorius, De gloria 1, 4).
7. Bella matribus detestata (Hor. Od. 1, 1, 24).
8. Apud paucos post rem manet gratia; plures sunt, apud quos non diutius in animo sunt donata, quam in usu (Sen. Ben. 1, 12, 2).
9. *Urbs antiqua ruit, multos dominata per annos* (V. Aen. 2, 363).
10. *Jurgia praecipue, vino stimolata, caveto:*
Aptior est dulci mensa merumque joco (Ov. A. A. 1, 591, 594).
11. *Tempus edax rerum, tuque, invidiosa vetustas,*
Omnia destruitis, vitiatque dentibus aevi
Paullatim lenta consumitis omnia morte (Ov. Met. 15, 234).
12. Galli turpe esse ducunt frumentum manu quaerere; itaque armati alienos agros demunt (Cic. Reip. 3, 9, 15).

13. Desperatis Hippocrātes vetat adhibēre medicinam (Cic. Att. 16, 15, 5).
14. Vir justus eas res spernit et negligit, ad quas plerique, inflammati aviditate, rapiuntur (Cic. Off. 2, 11, 38).
15. Nullā res citius in odium vēnit, quam dolor, qui recens consolatorēm invēnit et aliquos ad se addūcit, inveterātus vero deridetur, nec immerito: aut enim simulatus, aut stultus est (Sen. Ep. 63, 13).
16. Trahit Hectōrem, ad currum religatum, Achilles (Cic. Tusc. 1, 44, 105).
17. Mos antiquis fuit, usque ad meam servatus aetātem, primis epistūlae verbis adjicere: „si vales, bene est, ego valeo“ (Sen. Ep. 15, 1).
18. Quae est civitas? Omnisne etiam fugitivorum ac latrōnum congregatā unum in locum multitūdo? (Cic. Parad. 4, 1, 27).

Participium perfecti passivi 2-го спряжения и отложительных глаголов.

319.

1. *Pollicitis dives quilibet esse potest* (Ov. A. 1, 444).

Participium perfecti passivi 4-го спряжения и отложительных глаголов.

320.

1. Graeci fallāces sunt permulti et leves, et diurnā servitūte ad nimiam assentatiōnem eruditi (Cic. Ad Quint. fr. 1, 1, 5, 16).
2. Nihil neque firmitus, neque felicitus, neque laudabilis est republicā, in qua abundant milites eruditi (Veget. 1, 13).
3. Apud eruditos umbrae vocantur, qui, ipsi non vocati, comitantur eum, qui vocatus est ad convivium (Erasm. 1, 65).
4. Pluris est oculātus testis unus, quam auriti decem: qui audiunt, auditā dicunt; qui vident, plane sciunt (Pl. Trunc. 2, 6, 6 = 489).
5. Quid est sanctius, quid omni religiōne munitius, quam domus unius cujusque civium? (Cic. De domo 41, 109).

Глаголы с отступающими от нормального типа перфектами и супинами.

ПЕРВОЕ СПРЯЖЕНИЕ (§ 266—269).

321.

Do.

1. Dedi opēram, ut domino satisfacērem, cujus pluris erat unguis, quam tu totus es (Petr. 57).
2. *Nil sine magno Vitā labōre dedit mortalibus* (Hor. Sat. 1, 9, 59).

3. *Unicuique dedit vitium naturā creato* (Prop. 3, 14 (2, 22), 17).
4. Divinā naturā dedit agros, ars humanā aedificavit urbes (Varr. R. R. 3, 1).
5. Inde ante lucem proficiscentes, ante diem octavum Idus Novembres has litteras dedimus (Cic. Fam. 16, 3, 1).
6. *Extra fortunam, quidquid donatur amicis; Quas dederis, solas semper habebis opes* (Mart. 5, 42, 7).
7. Omnibus naturā fundamenta dedit semenque virtutum (Sen. Ep. 108, 8).
8. Pace non modo ei, quibus naturā sensum dedit, sed etiam tecta atque agri mihi laetari videntur (Cic. Leg. agr. 2, 4, 9).
9. Venenum paravit, habuit, dedit (Quint. Decl. 307 = p. 236 Le-maire).
10. *Sum, fateor, semper qui fui, Callistrāte, pauper, Sed non obscurus nec male notus eques, Sed toto legor orbe frequens, et dicitur „Hic est“, Quodque cinis paucis, hoc mihi vitā dedit* (Mart. 5, 13).
11. Curiōsum nobis naturā ingenium dedit (Sen. De otio, 5, 3).
12. *Inde datae leges, ne fortior omnia posset* (K. 1059).
13. *Temporis ars medicinā fere est. Data tempore prosunt, Et data non apto tempore vina nocent* (Ov. R. A. 131).
14. Quid est tam inhumanum, quam eloquentiam, a natura ad salutem hominum et ad conservationem datam, ad bonorum pestem perniciemque convertere? (Cic. Off. 2, 14, 51).
15. *Non cuicumque datum est habere nasum* (Mart. 1, 42, 18).
16. *Nil mihi das vivus: dicis, post fata daturum. Si non es stultus, scis, Maro, quid cupiam* (Mart. 11, 67, 1).
17. Petentibus Carthaginensibus pax data est (Periocha Liv. 1. 19).
18. *Munera, crede mihi, capiunt hominesque deosque; Placatur donis Juppiter ipse datus* (Ov. A. A. 3, 653).
19. Quod recte datum est, ut ait Plato, non oportet reposcere (Erasm. 2, 234).
20. Stultissimus est, qui hominem aut ex veste aut ex conditione, quae vestis modo nobis circumdata est, aestimat (Sen. Ep. 47, 16).

322.

Sto.

1. Si qui aut privatus aut populus druidum decretis non stetit, sacrificiis interdicitur (Caes. B. G. 6, 13, 6).
2. Macedonum regnum a summo culmine fortunae ad ultimum finem centum quinquaginta annos stetit (Liv. 45, 9, 7).

323.

(Ad)juvo.

1. Atticus adolescentem Marium juvit opibus suis (Nep. 25, 2, 2).
2. Patavini pecuniā, militibus et, quod maxime deerat, armis nostros duces adjuverunt (Cic. Phil. 12, 4, 10).

3. Pedestribus navalibusque copiis imperatōres vestros adjūvi (Liv. 37, 53, 15).
4. Quum bene nos, Juppīter, juvisti, dique alii omnes, vobis habeo grates atque ago (Pl. Persa 755).
5. Quum nos di juvere, gaudeo (Pl. Cas. 417).
6. Crede mihi: aut consilio aut re juvero (Ter. Heaut. 86).
7. *Non possum reticēre, deae, qua me Allius in re Juverit aut quantis juverit officii* (Catull. 68, 41).
8. Dici non potest, quam sim hesternā disputatiōne tuā delectatus vel potius adjūtus (Cic. Tusc. 2, 4, 10).
9. Perge facere ita, ut facis, et id spero adjuturos deos (Ter. Andr. 3, 2, 42 = 523).
10. Famā est, adjūtum Terentium in scriptis a Laelio et Scipiōne (Suet. p. 293, 5 Roth).

324.

Lavo.

1. Ubi nos laverimus, si voles, lavato (Ter. Eun. 596).

325.

Poto.

1. In Germania fons erat aquae dulcis, quā potā intra biennium dentes decidērent (Plin. N. H. 25, 3, 20).

326.

Cubo.

1. Nullus est tantus animi dolor, quem patiar mecum ire cubitum (Er. 1, 246).
2. *Nunc patimur longae pacis mala: saevior armis Luxuriā incubuit* (Juv. 6, 292).
3. *Mirā cano: sol occubuit, nox nulla secūta est* (K. 1554).

327.

Domo.

1. *Serpentes igitur potui taurosque feroces, Unum non potui perdomuisse virum* (Ov. Her. 12, 163).
2. Hominem servum suos domitos habere oportet oculos et manūs orationemque (Pl. Mil. 2, 6, 80 = 563).
3. Domuisti gentes, immanitate barbaras, multitudīne innumerabiles (Cic. Marc. 3, 8).
4. Ninus, rex Assyriorum, primus rudes ad resistendum populos ad Libyae terminos usque perdomuit (Justin. 1, 1, 5).
5. Tib. Claudius Nero et Drusus Claudius gentes, locis tutissimas, aditu difficillimas, numero frequentes, feritate truces, perdomuerunt (Vell. 2, 95, 2).

6. Elephanti domiti milltant et turres armatorum in dorsis ferunt (Plin. N. H. 8, 9, 27).

328.

Veto.

1. Mors e carcère edūcit, quos exire imperium impötens vetuerat (Sen. Ad Marc. 20, 2).
2. *Nitlmur in vetitum semper cupimusque negatā* (Ov. Am. 3, 4, 25).
3. *Audax omnia perpēti,
Gens humanā ruit per vetitum nefas* (Hor. Od. 1, 3, 25).

329.

Seco.

1. Regūlum, resectis palpēbris, vigilāndo necaverunt (Cic. Pis. 19, 43).

ВТОРОЕ СПРЯЖЕНИЕ (§ 270—276).

330.

Mordeo.

1. *Procubuit moriens et humum semel ore momordit* (V. Aen. 11, 418).

331.

Pendeo.

1. Diu pendit in arböre socius amicusque populi Romani (Cic. Verr. 3, 23, 57).

332.

Spondeo.

1. Si quis, quod spondit, id non facit, condemnatur (Cic. Caec. 3, 7).
2. Filiam despondi ego (Pl. Aul. 271).
3. Cicero ad haec unum modo respondit, non esse consuetudīnem populi Romani accipere ab hoste armāto condiōnem (Caes. B. G. 5, 41, 7).

333.

Caveo.

1. *Quid quisque vitet, nunquam homini satis
Cautum est in horas* (Hor. Od. 2, 13, 13).

334.

Faveo.

1. Equites Scipiōnis Uticensium castra expugnare coeperunt, ideo quod eos Caesāris partibus favisse sciebant (Bell. Afr. 87, 4).

335.

Moveo.

1. *O imitatōres, servum pecus, ut mihi saepe Bilem, saepe jocum vestri movēre tumultūs!* (Hor. Ep. 1, 19, 19).
2. *Nullā fere causā est, in qua non femīna litem Movērit* (Juv. 6, 242).
3. *Ingrātus est, qui, remōtis arbltris, agit gratias* (Sen. Ben. 2, 23).
4. *Scite tamen, quamvis, longā regiōne remōtus, Absim, vos animo semper adesse meo* (Ov. Tr. 3, 4, 73).
5. *Ille, velut pelāgis rupes immōtā, resistit* (V. Aen. 7, 586).
6. *Aves, quae conviviis comparantur, ut immōtae facile pinguescant, in obscūro continentur* (Sen. Ep. 122, 4).
7. *Vix sum apud me: ita animus commōtus est metu, spe, gaudio* (Ter. Andr. 937).

336.

Video.

1. *Nunquam vidi hominem nequiores* (Cic. Att. 6, 1, 25).
2. *Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis* (Ter. Heaut. 3, 1, 82=491).
3. *Omnes mortāles dis sunt freti; sed tamen vidi ego dis fretos saepe multos declpi* (Pl. Cas. 2, 5, 40=348).
4. *Qui mores hominum multorum vidit et urbes* (Hor. A. P. 142).
5. *Nihil in vita vidit calamitātis Cluentius* (Cic. Cluent. 6, 18).
6. *Nam levius laedit, quidquid praevidimus ante* (Dion. Cato 2, 24).
7. *Quum rosam viderat, tunc incipere ver arbitrabatur* (Cic. Verr. 5, 10, 27).
8. *Tantum scribo, et tibi et mihi maximae voluptāti fore, si te firmum quam primum videro* (Cic. Fam. 16, 2).
9. *Dic, hospes, Spartaee, nos te hic vidisse jacentes, Dum sanctis patriae legibus obsequimur* (Cic. Tusc. 1, 42, 101).
10. *Vidisti semel, Oppiāne, tantum Aegrum me male; saepe te videbo* (Mart. 8, 25).
11. *Neque ego hac nocte longiorem vidisse censeo* (Pl. Amph. 1, 1, 123=279).
12. *Quem dies vidit veniens superbum, Hunc dies vidit fugiens jacentem* (Sen. Thyest. 613).
13. *Ostendam tibi rem, quam nunquam tuis oculis vidisti neque videbis unquam* (Klotz, Ridicula litteraria, p. 26).
14. *Galli turrim constitui procul viderunt* (Caes. B. G. 2, 30, 3).

337.

1. *Sic visum Venēri, cui placet impāres Formas atque animos sub juga aēnea Saevo mittere cum joco* (Hor. Od. 1, 33, 10).

2. *Dis allter visum* (V. Aen. 2, 428).
3. *Verba puellarum, foliis leviora cadūcis, Inrīta, qua visum est, ventus et undā ferunt* (Ov. Am. 2, 16, 45).
4. Saepe Faunorum voces exauditae, saepe visae formae deorum (Cic. N. D. 2, 2, 6).
5. Facilius ad ea, quae visa, quam ad illa, quae audita sunt, mentis oculus feruntur (Cic. De or. 3, 41, 163).
6. Dies affert vel horā potius, nisi provisum est, magnas saepe clades (Cic. Phil. 3, 1, 2).
7. Proditōres etiam iis, quos antepōnunt, invisī sunt (Tac. Ann. 1, 58).
8. Nunca nec ubi, nec quando te sim visurus, possum suspicari (Cic. Att. 11, 13, 2).
9. Agricōlā, quum florem oleae videt, bacam quoque se visurum putat (Cic. Div. 2, 6, 16).
10. Prodigia alia visa eo anno Romae sunt, alia nuntiata. In foro et comitio et Capitolio sanguinis guttae visae sunt, et terrā aliquotiens pluvit, et caput Vulcāni arsit (Liv. 34, 45, 6).
11. *Edere non potēris vocem: lupus est tibi visus* (R. 97).
12. Spero, multā vos liberosque vestros in republica bonā esse visuros (Cic. Mil. 28, 78).
13. Nihil nobis improvisum esse debet (Sen. Ep. 91, 4).
14. Maris subltā tempestas, quam ante provisā, terret navigantes vehementius (Cic. Tusc. 3, 22, 52).
15. Qui visuri domos, parentes, conjūges, libēros estis, ite mecum (Liv. 4, 28, 5).

338.

Augeo.

1. Habeo senectūti magnam gratiam, quae mihi sermōnis aviditatem auxit (Cic. Sen. 14, 46).
2. Continuis imbribus auctus, Tibēris planā Urbis stagnaverat (Tac. Ann. 1, 76, 1).

339.

Luceo.

1. *Inter spem curamque, timōres inter et iras Omnem crede diem tibi diluxisse suprēmum, Gratā superveniet, quae non sperabitur horā* (Hor. Ep. 1, 4, 12).

340.

Torqueo.

1. M. Livius Drusus consūli, legibus agrariis resistenti, ita collum in comitio obtorsit, ut sanguis efflueret e naribus (Aurel. Vict. Vir. Ill. 66).

341.

Fulgeo.

1. Ignis, quo clarior fulsit, citius exstinguitur (Sen. Ad Marc. 23, 4).
2. Quum aestate vehementius tonuit, quam fulsit, ventos ex ea parte denuntiat; contra, si minus tonuit,—imbrem (Plin. N. H. 18, 81, 354).
3. Mihi talis aliquando fortunā affulsit (Liv. 30, 30, 15).

342.

Jubeo.

1. *Dicere quae puduit, scribere jussit Amor* (Ov. Her. 4, 10).
2. *Quidquid Amor jussit, non est contemnere tutum:
Regnat et in dominos jus habet ille deos* (Ov. Her. 4, 11).
3. Lycurgus virgines sine dote nubere jussit, ut uxores legerentur, non pecuniae (Justin. 3, 38).
4. Catilinam, caedem senatus, interitum Urbis non obscure, sed palam molientem, egrēdi ex Urbe jussi (Cic. Pis. 2, 5).
5. Mater et soror tibi salutem me jusserunt dicere (Pl. Mil. 1315).
6. Trimalchio Scylacem jussit adduci, praesidium domus familiaeque (Petron. 64).
7. Trimalchio vinum in vinarium jussit infundi (Petron. 78).

343.

1. *Omnibus hoc vitium est cantoribus, inter amicos
Ut nunquam inducant animum cantare rogati,
Injussi nunquam desistant* (Hor. Sat. 1, 3, 1).
2. Non, qui jussus aliquid facit, miser est, sed qui invitus facit (Sen. Ep. 61, 3).

344.

Rideo.

1. *Consciā mens recti famae mendacia risit* (Ov. F. 4, 311).
2. Neminem riseris (Dion. Cato, Sent. 31).

345.

Suadeo.

1. Caesar me, ut sibi essem legatus, non solum suasit, verum etiam rogavit (Cic. Prov. cons. 17, 42).
2. Pelopidas persuasit Thebanis, ut subsidio Thessaliae proficiscentur tyrannosque ejus expellerent (Nep. 16, 5, 2).
3. Mihi ita persuasi, Romulum fundamenta jecisse nostrae civitatis (Cic. N. D. 3, 2, 5).
4. Multam operam, amici, frustra consumpsi: Critoni enim nostro non persuasi, me hinc avolaturum neque mei quidquam relicturum (Cic. Tusc. 1, 43, 103).

5. Dolōrem summum malum sibi esse persuasit (Cic. Tusc. 2, 6, 16).
6. Satis nobis persuāsum esse debet, nihil injuste esse faciendum (Cic. Off. 3, 8, 37).
7. Helvetii Allobrogibus sese vel persuasuros existimabant, vel vi coacturos, ut per suos fines eos ire paterentur (Caes. B. G. 1, 6, 3).

346.

Ardeo.

1. Quadringenta milia librorum Alexandriae arserunt, pulcherrimum regiae opulentiae monumentum (Sen. Tranq. 2, 28).
2. Legāti docuerunt, bello Graeciam arsuram fuisse (Liv. 33, 44, 7).

347.

Tergeo.

1. Pueri, detersis oculis, rediērant ad ministerium (Petron. 22).

348.

Haereo.

1. *Obstipui, steteruntque comae, et vox faucibus haesit* (V. Aen. 2, 774).
2. *Extemplo teli stridōrem aurasque sonantes
Audiit unā Arruns, haesitque in corpore ferrum* (V. Aen. 11, 864).
3. *Haeserunt tenues in corde sagittae,
Et possessā ferus pectōra versat Amor* (Ov. Am. 1, 2, 7).
4. In me omnia conjuratiōnis nefariā tela adhaeserunt (Cic. Dom. 24, 63).
5. *Nunc ad bella trahor, et jam quis forsitan hostis
Haesurā in nostro tela gerit latēre* (Tib. 1, 10, 13).

349.

Maneo.

1. Si tacuisses, philosophus mansisses (Hb. 107).
2. Et cetēri quidem etiam amicorum et satellitum, postquam regem cadentem vidēre (= viderunt), diffugiunt; Pantaleon constanter impavidus mansit ad protegendum regem (Liv. 42, 15, 10).
3. Vadis inermis, gnate, per umbras, ad quas semper mansurus eris (Sen. Herc. Oet. 1938).

350.

(Com)pleo.

1. Omnes angūlos furum implevisti in aedibus misēro mihi (Pl. Aul. 551).

2. Nives jam omnia opleverant, nec durari extra tecta poterat (Liv. 10, 46, 1).
3. Verum illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus explētum sit (Cic. Lael. 19, 67).

351.

Doceo.

1. Eventus docuit, fortes fortunam juvare (Liv. 8, 29, 5).
2. Res docuit, id verum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse suae quemque fortunae (Sall. Epist. ad Caes. 1, 1, 2).
3. Silēnus docuit, non nasci homini longe optimum esse; proximum autem quam primum mori (Cic. Tusc. 1, 48, 114).
4. Esse autem idem re ipsā et totius civitātis et unius cujusque civis bonum, et Plato et Aristotēles saepe docuerunt (Mureti or. 4 = v. 2, p. 31).
5. Recte et vere dicebat Caesar, delectum verborum esse originem eloquentiae; idemque multo ante eum Aristotēles docuerat (Mur. Or. 16 = vol. 2, p. 141; Cic. Brut. 72, 253).
6. *Longā dies homini docuit parēre leōnes* (Tib. 1, 4, 17).
7. Cicerōnem Minervā omnes artes edocuit (Ps.-Sall. in Cic. decl. 4, 7 = Cic. pars 4, v. 3, p. 357 Klotz).
8. *Non est in medico semper, relevētur ut aeger:
Interdum doctā plus valet arte malum* (Ov. Pont. 1, 3, 17).
9. *Scribimus indocti doctique poemata passim* (Hor. Ep. 2, 1, 117).

352.

Misceo.

1. *Cumque meis lacrimis miscuit usque suas* (Ov. Pont. 1, 9, 20).
2. Nihil homini tam prosperum divinitus datum, quin ei tamen admixtum sit aliquid difficultatis, ut etiam in amplissima quaque laetitia subsit quaepiam vel parvā querimoniā, conjugatione quādam mellis et fellis (Apul. Florida, c. 18 = p. 127 Nisard).
3. Quid aliud sunt leges, quam minis mixta praecepta? (Sen. Ep. 94, 37).

353.

Teneo.

1. Non tenui ego diutius lacrimas (Petron. 24).
2. Quae vis Horatium Coclitē contra omnes hostium copias tenuit in ponte solum? (Cic. Parad. 1, 2, 12).

354.

Censeo.

1. Bellum Samnitibus et patres censuere et populus jussit (Liv. 10, 12, 3).

2. Senātus censuit, ut, quicumque Galliam provinciam obtinēret, Aeduos defendēret (Caes. B. G. 1, 35, 4).
3. Ardēre censui aedes: ita tum confulgebant (Pl. Amph. 1067).

ТРЕТЬЕ СПРЯЖЕНИЕ (§ 277—284).

355.

Bibo.

1. Ubi fuisti?.. Ubi bibisti? (Pl. Cas. 2, 3, 28 = 245).

356.

Sisto.

1. Sestium quum jacentem viderent, defetigatiōne magis, quam misericordiā, ... caedēre destiterunt (Cic. Sest. 37, 79).
2. Fratrem suum potest aliquis occidēre? Non obstitit tacitā naturā? (Quint. Decl. 321 = p. 295 Lemaire).
3. Quoad Pompejus in Italia fuit, sperare non destiti (Cic. Att. 9, 10, 3).
4. Xenophon in ea militia, quā cum Cyro minōre perfunctus est, sua scribit somnia, quorum eventūs mirabiles exstiterunt (Cic. Div. 1, 25, 52).
5. Gentium in toto orbe praestantissimā unā omnium virtūte haud dubie Romanā exstitit (Plin. N. H. 7, 40, 130).
6. Te collaudare possum, quod jam vidēris certā aliquā in sententiā constitisse (Cic. Fam. 7, 17, 1).
7. Ego multos homines excellenti animo ac virtūte fuisse et sine doctrina per se ipsos et moderātos et graves exstitisse fateor (Cic. Arch. 7, 15).

357.

Сложные с do.

1. Amici, diem perdidī (Suet. Tit. 8).
2. Et oleum et opēram perdidī (Pl. Poen. 1, 2, 119 = 332).
3. Quid mihi opus est vitā, qui tantum auri perdidī! (Pl. Aul. 4, 9, 11 = 723).
4. Quod non perdidisti, habes; cornua autem non perdidisti: habes igitur cornua (Sen. Ep. 49, 8 = Gell. 18, 2).
5. Multos perdidit linguā.
6. Nos non inimici, sed invlidi perdiderunt (Cic. Att. 3, 9, 2).
7. Juplter optimus maximus, cujus nutu et arbitrio coelum, terrā mariaque reguntur, saepe ventis vehementioribus, aut immoderātis tempestatibus, aut nimio calōre, aut intolerablli frigōre hominibus nocuit, urbes delēvit, fruges perdidit (Cic. R. A. 45, 131).
8. Camēlus, desidērans cornua, etiam aures perdidit (R. 43).
9. *Pecuniam amico credens fert damnum duplex:*
Argentum enim et sodālem perdidit simul (Poët. lat. min. v. 5, p. 411 = Anth. lat. N. 922).

10. Medici illum perdiderunt (Petron. 42).
11. Non exiguum temporis habemus, sed multum perdidimus (Sen. Brev. vit. 1, 3).
12. Dido urbem Carthaginensem condidit.
13. *Non semper eā sunt, quae videntur: decipit
Frons primā multos; rarā mens intelligit,
Quod interiōre condidit curā angulo* (Phaedr. 4, 2, 5).
14. *Pedibus timor addidit alas* (V. Aen. 8, 224).
15. *Argentum accēpi, dote imperium vendidi* (Pl. Asin. 1, 1, 72 = 87).
16. Non votis neque suppliciis muliebribus auxilia deorum parantur: vigilando, agendo, bene consulendo prospere omnia cedunt; ubi socordiae te atque ignaviae tradideris, nequicquam deos implōres: irāti infestique sunt (Sall. Cat. 52, 29).
17. Memoriam quoque ipsam cum voce perdidissemus, si tam in nostra potestate esset oblivisci, quam tacere (Tac. Agr. 2).
18. Quid perdidisti? (Pl. Rud. 5, 2, 22 = 1309).
19. Viginti talentis unam orationem Isocrātes vendidit (Plin. N. H. 7, 30, 110).
20. Mulieri crudelissimae servum fidelissimum plane ad supplicium dedit (Cic. Cluent. 64, 181).
21. Ita res se habent: vitae haud parco: perdidit spem, quā me oblectabam (Pl. Rud. 222).
22. Is navem atque omnia perdidit in mari (Pl. Rud. 199).
23. Quod habui, perdidit (Ter. Eun. 237).
24. Si perdidit Phidias statuum, protinus alteram faciet (Sen. Ep. 9, 5).
25. Nihil amari difficile, nihil arduum, nihil impervium est. Neque illi poetae frustra alas addiderunt (Mureti Or. 15 = v. 2, p. 138).

358.

Сложные с do.

1. *Non stillā unā cavat marmor, neque protinus uno est
Condita Romā die* (Marcellus Palingenius, Zodiacus vitae, 12, 460 = K. 1781).
2. Natio est omnis Gallorum admōdum dedita religionibus (Caes. B. G. 6, 16).
3. Poetae, astrolōgi ac similibus artibus dediti, quotiens aliquid magni ac supra vulgus hominum moliantur, secessum quaerere solent (Erasm. 1, 186).
4. Nulli Fortūnā tam dedita est, ut multā temptanti ubique respondeat (Sen. Ira 3, 6, 5).
5. *Maecenas, atavis edite regibus,
O et praesidium et dulce decus meum!* (Hor. Od. 1, 1, 1).
6. Quintum Scaevolam augūrem memoriā teneo, bello Marsico, quum esset summā senectūte et perditā valetudine, cotidie, simul atque luceret, facere omnibus conveniendi potestatem sui (Cic. Phil. 8, 10, 31).

7. Mea Glycerium, inquit, quid agis? Cur te is perditum? (Ter. Andr. 1, 1, 107).
8. Brevis a natūra vitā vobis data est, at memoriā bene redditae vitae sempiternā (Cic. Phil. 14, 12, 32).
9. *Canes currentes bibere in Nilo flumine, A crocodillis ne rapiantur, traditum est* (Phaedr. 1, 25, 3).
10. Assiduus usus, unī rei deditus, et ingenium et artem saepe vincit (Cic. Balb. 20, 45).
11. Segestā est oppidum pervētus in Sicilia, quod ab Aenēā, fugiente a Troja atque in haec loca veniente, conditum esse demonstrant (Cic. Verr. 4, 33, 72).
12. O fortunātā mors, quae, natūrae debitā, pro patria est potissimum reddita! (Cic. Phil. 14, 12, 31).
13. Ut in seminibus vis inest earum rerum, quae ex iis progignuntur, sic in causis conditae sunt res futūrae (Cic. Div. 1, 56, 128).
14. Constat, ad salūtem civium civitatumque incolumitātem vitamque hominum quiētam et beātam conditas esse leges (Cic. Leg. 2, 5, 11).
15. Fumus ex incendiis villarum agrorumque in oculos atque ora vēnit; strepunt aures clamoribus plorantium sociorum, saepius nos, quam deorum invocantium opem; nos hic pecōrum modo, per aestivos saltus deviasque calles exercitum ducimus, conditi nubibus silvisque (Liv. 22, 14, 8).
16. Sciunt propinqui mei, nullum (=neminem) aliū mihi cariorem fuisse; sciunt, si qui alii fuerunt amici, totam mentem meam deditam uni fuisse (Quint. Decl. 332 = p. 356 Lemaire).
17. Deditus vino potio extrēmā delectat, — illā, quae mergit, quae ebrietātī summam manum impōnit (Sen. Ep. 12, 4).
18. *Malevōlus animus abditos dentes habet* (Syr. 375).

359.

Credo.

1. Oculis magis, quam auribus, crediderunt (Liv. 6, 26, 5).
2. Mihi iudices crediderunt, tibi nihil crediderunt (Cic. Att. 1, 16, 10).
3. Justitiā erga deos religio, erga parentes piētas, creditis in rebus fides nominatur (Cic. Part. or. 22, 78).
4. Tarde, quae credita laedunt, credimus (Ov. Her. 2, 9).

360.

Tango.

1. Tetigisti acu (Pl. Rud. 5, 2, 19 = 1306).
2. Nam illā (=paupertas) artes omnes perdōcet, ubi quem attingit (Pl. Stich. 1, 3, 24 = 178).
3. *Contigimus portūs, quo mihi cursūs erat* (Ov. Rem. 812).
4. Aestimatiōne nocturnae quiētis, dimidio quisque spatio vitae suae vivit. Pars aequā morti similis exigitur aut poenae, nisi contigit quies (Plin. N. H. 7, 50 (51), 167).

5. *Si quidquam cupidoque optantique obtigit unquam
Insuperanti, hoc est gratum animo proprie* (Catull. 105, 1).
6. Quod verbum aures meas tetigit? (Pl. Poen. 1375).
7. Quidquid horum attigeris, ulcus est (Cic. N. D. 1, 37, 104).
8. Haec non videtis, quia nunquam eruditum illum pulvĕrem attigistis (Cic. N. D. 2, 18, 48).
9. *Me misĕrum, quanti montes voluntur aquarum!
Jam jam tacturos sidĕra summā putes!* (Ov. Tr. 1, 2, 19).
10. Video ego te Amōris valde tactum toxico, adulescens (Pl. Cist. 298).
11. Nuntiatum est, aedem Apollinis de coelo tactam (Liv. 40, 2, 4).
12. Intactā invidiā mediā sunt, ad summā tendit (Liv. 45, 35, 5).

361.

Tendo.

1. Augustus tigrim primus omnium Romae ostendit in cavea mansuefactam (Plin. N. H. 8, 17, 65).
2. Plebs statim a funĕre Cæsāris ad domum Bruti et Cassii cum facibus tetendit (Suet. Caes. 85).
3. *Corrumpes arcum, semper tensum si habueris;
At, si laxāris, — quūm voles, erit utilis* (Phaedr. 3, 14, 10).
4. Quum adversus Aequos male gesta res esset, L. Quinctius Cincinnātus, dictātor factus, quum rure intentus opĕri rustico esset, ad id bellum gerendum arcessitus est (Periocha Liv. 1. 3).
5. *A studiis venter nimium distentus abhorret* (B. 16).
6. Elephantī corio circumtentus est, non suo, neque habet plus sapientiae, quam lapis (Pl. Mil. 235).

362.

Pario.

1. Amicitiam naturā ipsa peperit (Cic. Lael. 5, 19).
2. *Mons parturibat, gemtūs immānes ciens,
Eratque in terris maximā exspectatio.
At ille murem peperit* (Phaedr. 4, 22).
3. „Puella“ dicitur de quacunque femina: est enim id magis viridioris aetātis nomen, quam virginitātis. Nam puellae quoque dicuntur, quae jam maritum habent, immo et gravidae sunt, atque adeo eae etiam, quae pepererunt (Forcellini in v. puella).
4. Punītis ingeniis, gliscit auctoritas; neque aliud externi reges, aut qui eādem saevitiā usi sunt, nisi dedĕcus sibi atque illis gloriam peperere (Tac. Ann. 4, 35).
5. *Hoc peperit misĕro garrulā linguā malum* (Tib. 3, 19, 20 = 4, 13, 20).
6. Multā eximiā divināque videntur Athēnae peperisse (Cic. Leg. 2, 14, 36).
7. Illam geminos filios pueros peperisse, conspīcor (Pl. Amph. 1070).

8. Qui voluptātes temperantiā frenavit ac domuit, multo majus decus majoremque victoriam sibi peperit, quam hoste victo habet (Liv. 30, 14, 7).
9. Corneliā, Scipiōnis filiā, Gracchorum mater, „nunquam“, inquit, „non felicem me dicam, quae Gracchos peperit“ (Sen. Ad. Marc. 16, 3).
10. Imperium facile his artibus retinētur, quibus initio partum est (Sall. Cat. 2, 4).
11. Male partā male dilabuntur (Poëta ap. Cic. Phil. 2, 27, 65 = Diehl, p. 13).
12. *Parvā, sed aptā mihi, sed nulli obnoxia, sed non Sordidā, partā meo sed tamen aere domus* (Ariost. = K. 2032).
13. *Vitam quae faciunt beatiorem, Jucundissime Martiālis, haec sunt: Res non partā labōre, sed relictā, Non ingrātus ager, focus perennis, Lis nunquam, togā rarā, mens quiētā, Vires ingenuae, salūbre corpus, Prudens simplicitas, pares amīci, Convictus facilis, sine arte mensae, Nox non ebriā, sed solūtā curis* (Mart. 10, 47, 1).
14. Majus dedecus est partā amittere, quam omnino non paravisse (Sall. Jug. 31, 17).
15. *Non minor est virtus, quam quaerere, partā tueri: Casus inest illic, hic erit artis opus* (Ov. A. A. 2, 13).
16. Acrius appetimus novā, quam jam partā tenēmus (Anth. lat. 716, 33).

363.

Cado.

1. *Multā renascentur, quae jam cecidēre, cadentque Quae nunc sunt in honōre vocabūla, si volet usus, Quem penes arbitrium est et jus et normā loquendi* (Hor. A. P. 70).
2. *Magni saepe duces, magni cecidere tyranni, Et Thebae steterunt, altaque Troja fuit. Omnia vertuntur. Certe vertuntur amōres: Vincēris aut vincis: haec in amōre rotā est* (Prop. 2, 8, 7).
3. Mihi quidem nihil accidit acerbius in vita unquam uxōris morte (Erasm. 1, 245).
4. Gravius aegrōtant ii, qui, quum levati morbo videntur, in eum de intēgro inciderunt (Cic. Fam. 12, 30, 2).
5. Me miseram, quid agam! Inter vias epistolā excludit mihi: infelix inter tuniculam et strophium collocaveram (Turpilius = Diehl p. 71).
6. *Dicite „Io Paeon“, et „Io“ bis dicite „Paeon“!* *Decidit in casses praedā pettā meos* (Ov. A. A. 2, 1, 1).
7. *Multis ille bonis flebilis occidit* (Hor. Od. 24, 9).

8. Sol purus oriens, atque non fervens, serēnum diem nuntiat... Si et occidit pridie serēnus et oritur, tanto certior fides serenitātis (Plin. N. H. 18, 35 (78), 342).
9. *Vivāmus, meā Lesbiā, atque amēmus, Rumoresque senum severiorum Omnes unius aestimēmus assis. Soles occidēre et redire possunt; Nobis, quum semel occidit brevis lux, Nox est perpetuā unā dormienda* (Catull. 5, 1).
10. Illā vetus Graeciā, quae quondam opibus, imperio, gloriā floruit, hoc uno malo concidit,—libertate immoderata ac licentiā contionum (Cic. Flacc. 7, 16).
11. Nec mori, si casus inciderit, pro vobis paratior fuit quisquam (Cic. Fam. 10, 21, 6).
12. O di boni! Vivit tyrannis, tyrannus occidit (Cic. Att. 14, 9, 2).
13. Ille in morbum continuo incidit (Cic. Fam. 13, 29, 4).
14. Venti vis omnis cecidit (Liv. 26, 39, 8).
15. Praeclāre Plutarchus in Alexandro „Interdum“, inquit, exiguum aliquod factum dictumve aut jocus aliquis magis detegit hominis mores, quam urbium expugnationes et pugnae, in quibus multā hominum milia ceciderunt (Mureti Orat. 16=v. 2, p. 148).
16. Non vox ullā excidit ei (=Darēi matri), non oris color vultusve mutatus est, sedit immobilis (Curt. 4, 15, 11).
17. Hippias, Pisistrāti filius, in Marathonica pugna cecidit, arma contra patriam ferens (Cic. Att. 9, 10, 3).
18. Sol excidisse mihi e mundo videtur (Cic. Att. 9, 10, 3).
19. Quae acciderunt, omnia dixi futura (Cic. Fam. 7, 3, 3).
20. Placet mihi, patres conscripti, legionis Martiae militibus et eis, qui unā pugnantes occiderunt, monumentum fieri quam amplissimum (Cic. Phil. 14, 12, 31).
21. Ex quo pecuniā in honore esse coepit, verus rerum honor cecidit (Sen. Ep. 115, 10).
22. Celebrant Graeci, Anaxagoram Clazomenium Olympiādis septuagesimae octavae secundo anno praedixisse, caelestium litterarum scientiā, quibus diebus saxum casurum esset e sole; idque factum interdum in Thraciae parte ad Aegos flumen, qui lapis etiam nunc ostenditur (Plin. N. H. 2, 58 (59), 149).

364.

Caedo.

1. Magnum numerum hostium occidimus (Cic. Att. 5, 20, 3).
2. Hannibal occidit supra ducenta milia hostium, supra quinquaginta cepit (Liv. 23, 11, 9).
3. Divus Claudius occidit socerum filiae suae Crassum, frugi hominem, tam similem sibi, quam ovo ovum (Sen. Ludus de morte Claud. 11, 5=v. I, p. 272).
4. Sed hoc tempore neque civibus Romanis, nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi Romani sunt, licet supra modum et

sine causa in servos suos saevire. Nam ex constitutiōne imperatōris Antonīni, qui sine causa servum suum occiderit, non minus tenēri jubētur, quam qui aliēnum servum occiderit. Sed et major quoque aspe itas dominorum per ejusdem princīpis constitutiōnem coērcētur (Gaj. Inst. 1, 53).

5. Patrem occidit Sextus Roscius (Cic. Rosc. Am. 14, 39).
6. M. Annaeus Lucānus poēta, suā sponte coactus vitā excedere, venas sibi praecidit peritque, sextum et vicesimum aetātis annum agens (Lucani vita in Franckenī editione Lucani, v. 2, p. 261).
7. Medico tantum hominem occidisse impunitas summā est (Plin. N. H. 29, 18).
8. Omnes boni, quantum in ipsis fuit, Caesārem occiderunt; aliis consilium, aliis anīmus, aliis occasio defuit, voluntas nemini (Cic. Phil. 2, 12, 29).
9. Ex littērīs, sceleratissimorum hostium exercitum caesum fusumque, cognovi (Cic. Phil. 14, 1, 1).
10. Caesus est virgis Athenagōras, qui in fame frumentum exportare erat ausus (Cic. Flacc. 7, 17).
11. Post occisum Gajum Caesārem, quem Cassius et Brutus aliique conjurati interfecerunt, multa portenta sunt visa. Tibēris etiam ita crevit, ut prodigii loco haberetur (Porphyr. ad Hor. Carm. 1, 2 = p. 4, v. 8—11).
12. Bellum Illyriis propter unum ex legātis, qui ad eos missi erant, occisum indictum est, subactique in deditiōnem venerunt (Periocha Liv. 1. 20).
13. Galli Transalpīni, qui in Italiam irrupērant, caesi sunt (Periocha Liv. 1. 20).
14. Quindēcim milia Romanorum caesa sunt (Liv. 22, 7, 2).
15. Quid tam circumcisum, tam breve, quam hominis vitā longissimā? (Plin. Epist. 3. 7, 11).
16. Tarquinius Priscus trigesimo octavo imperii anno per Anci filios occisus est (Eutr. 1, 6).

365.

Curro.

1. Gellidus Teucris per dura cucurrit ossa tremor (V. Aen. 6, 55).
2. Equites Scipiōnis perveniunt ad oppidum Parādam. Ubi quum ab incōlis non reciperentur, ideo quod famā de victoriā Caesāris praecucurrisset, vi oppido potiti sunt (Bell. Afr. 87, 2).
3. Eo famā jam praecurrerat de proelio (Caes. B. G. 3, 80, 2).
4. Cucurrisse MCXL stadia ab Athenis Lacedaemōnem biduo Philippidem, magnum erat, donec Anystis, cursor Lacedaemonius, et Philonides Alexandri Magni a Sicyōne Elin uno die MCCCIV stadia cucurrerunt (Plin. N. H. 7, 20, 84).

366.

Pello.

1. Fui libenter in tua suburbāna villa malamque pectore expūli tussim (Catull. 44, 7).

2. Quae res ad necem Porsennae C. Mucium impūlit sine ulla spe salūtis suae? (Cic. Parad. 1, 2, 12).
3. Caesar cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Helvetiorum proeliis felicissime decertavit; ceteras conterruit, compūlit, domuit, imperio populi Romani parēre assuefēcit (Cic. Prov. cons. 13, 33).
4. Constat, violentiā maris repulsum, Tibērim, redundare solitum, effundi super ripas suas (Porphyr. ad Hor. C. 1, 2 = p. 4, 25).

367.

Pendo.

1. M. Antoninus philosophus tantum opēris et labōris studiis impendit, ut corpus afficēret (Jul. Capitolinus in vita M. Antonini 3, 7).
2. Ego valde suspenso animo exspecto — primum te scillcet, deinde Mariōnem cum tuis littēris (Cic. Fam. 16, 3, 2).
3. Omnia ex opiniōne suspensa sunt; ad opiniōnem dolēmus. Tam miser est quisque, quam credidit (Sen. Ep. 78, 13).

368.

Cano.

1. Epaminondas fidibus praeclāre cecinisse dicitur (Cic. Tusc. 1, 2, 4).
2. *Addiscunt iuvenēs, quod cecinēre senes* (B. 73).

369.

Fallo.

1. Melius omnibus, quam singūlis creditur. Singūli enim decipere et decipi possunt; nemo omnes, neminem omnes fefellerunt (Plin. Pan. 62, 9).
2. Eorum alter fefellit neminem. Alter multos fefellit (Cic. Sest. 9, 20, 21).
3. Saepe honorātā virtus est, et ubi eam fefellit exitus (Sen. Contr. 4, 7 = p. 269, 7).

370.

Parco.

1. *Bonis nocet, si quis malis pepercērit* (Syri append. 205).
2. Nec labōri meo, nec pericūlo usquam pepercī (Liv. 37, 53, 15).
3. Non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt (Caes. B. G. 7, 28, 4).
4. Dico, illum adulescentem, quum sibi non pepercisset, aliquot dies aegrotasse et ita esse mortuum (Cic. Cluent. 60, 168).
5. *Quorum virtūti belli fortunā pepercit, Eorundem libertāti me parcere certum est* (Ennius ap. Cic. Off. 1, 12, 38 = Diehl p. 22).

371.

Scindo.

1. Disclidit vestem: resarcietur (Ter. Ad. 1, 2. 40 = 120).
2. Magnus gubernator et scisso navigat velo (Sen. Ep. 30, 3).
3. Vitellius, religatis post terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissā, seminūdus in forum tractus est (Suet. Vitel. 17).
4. Sallustius scribit, Italiae olim Siciliam conjunctam fuisse, et, dum esset unā tellus, medium spatium aut per humilitatem obrūtum est aquis, aut per angustiam scissum (Sall. Hist. fragm. 4, 20 Gerlach).

372.

Percello.

1. Quos amissimus cives, eos Martis vis percūlit (Cic. Marc. 6, 17).
2. Cyrus fortunā prioris proelii percūsum jam Croesi exercitum nullo negotio fundit: Croesus ipse capitur (Justin. 1, 7, 5).
3. Hoc scito, tuos vetēres hostes, novos amicos, vehementer littēris percūsos atque ex magna spe deturbatos, jacere (Cic. Fam. 5, 7, 1).

373.

Tollo.

1. *Quis negat Aenēae magnā de stirpe Nerōnem?*
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem (Suet. Nero 39, 2).
2. Habeo senectūti magnam gratiam, quae mihi sermōnis aviditatem auxit, potiōnis et cibi sustulit (Cic. Sen. 14, 46).
3. Scipio Numantiam sustulit, Scipio Carthaginem delēvit, Scipio pacem pepērit, Scipio civitatem servavit (Ad Herenn. 4, 13. 19).
4. L. Mummius urbem pulcherrimam atque ornatissimam Corinthum sustulit urbesque Achaiae Boeotiaeque multas sub imperium populi Romani subjunxit (Cic. Verr. 1, 21, 55).
5. Multi naturae vitium meditatiōne atque exercitatiōne sustulerunt (Cic. Div. 2, 46, 96).
6. Tolle pecuniam, bella sustulēris (Quint. Decl. 321 = p. 298 Le-maire).
7. Non praedōnum adventum significabat ignis, e specūla sublatus aut tumūlo (Cic. Verr. 5, 35, 93).
8. Ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, amicitia sublata est, respublica sublata est (Ad Herenn. 4, 13, 19).
9. Etiam ubi causa sublata est, mentimur consuetudinis causā (Sen. Ep. 46, 3).
10. Quae potest esse vitae jucunditas, sublatis amicitiiis? (Cic. Planc. 33, 80).
11. Hannibal, dux Poenorum, victa classe, cui praefuerat, a militibus suis in crucem sublatus est (Periocha Livii l. 17).

12. *Virtūtem incolūmem odīmus,
Sublatam ex oculis quaerīmus invōldi* (Hor. Od. 3, 24, 31).

374.

Ago.

1. Num quis, quod bonus esset, gratias dis egit unquam? At quod dives, quod honorātus, quod incolūmis (Cic. N. D. 3, 36, 87).
2. Mihi gratias egistis singularibus verbis (Cic. Cat. 4, 3, 5).
3. *Exēgi monumentum aere perennius
Regālīque situ pyramīdum altius* (Hor. Od. 3, 30, 1).
4. *Jamque opus exegi, quod nec Jovis irā, nec ignes,
Nec potērit ferrum, nec edax abolēre vetustas* (Ov. M. 15, 871).
5. Utīnam illum diem videam, quum tibi agam gratias, quod me vivēre coēgisti (Cic. Att. 3, 3).
6. Quidquid egēro, continuo scies (Cic. Att. 9, 15, 4).
7. Tristissimam exegimus noctem (Petron. 115).
8. Multum egerunt, qui ante nos fuerunt, sed non peregerunt. Suspiciendī tamen sunt et ritu deorum colendī (Sen. Ep. 64, 9).
9. Miltiādes, insūlas, quae Cyclādes nominantur, sub Atheniensium redēgit potestātem (Nep. 1, 2, 5).
10. Quinto fratri gratias egi (Cic. Fam. 7, 17, 1).
11. *Exītus acta probat* (Ov. H. 2, 85).
12. Bellum Illyrii, propter unum ex legātis, qui ad eos missi erant, occisum, indictum est, subactique in deditiōnem venerunt (Peri-ocha Liv. 1. 20).
13. Actum, ajunt, ne agas (Ter. Ph. 2, 3, 72 = 419).
14. Stultus es: rem actam agis (Pl. Ps. 1, 3, 28 = 261).
15. Vulgo dicitur: „jucundi acti labōres“ (Cic. Fin. 2, 32, 105).
16. Conscientiā bene actae vitae multorumque bene factorum recordatio jucundissimā est (Cic. Sen. 3, 9).
17. Nihil putas valēre in judiciis conjecturam, nihil suspiciōnem, nihil ante actae vitae existimatiōnem, nihil virorum bonorum testimonia, nihil civitatum auctoritates ac littēras: res manifestas quaeris (Cic. Verr. 3, 62, 146).
18. Est etiam quiēte et pure atque eleganter actae aetatis placidā ac lenis senectus (Cic. Sen. 5, 13).
19. Non cani nec rugae repente auctoritatem arripere possunt, sed honeste actā superior aetas fructus capit auctoritatis extrēmos (Cic. Sen. 18, 62).
20. Nautae, quae diversas ac longinquas mundi regiōnes invisērent, libenter eā narrant, quae, quia nemo vidit, mirantur omnes; est et ante actorum malorum, juxta proverbium, jucundā recordatio (Erasm. 2, 78).
21. Quo redactus sum! Omnes noti me atque amici deserunt (Ter. Eun. 2, 2, 7 = 238).
22. Quidquid non est peractum, pro non inchoato est (Plin. Ep. 5, 8, 7).

23. Omnes artes aliter ab iis tractantur, qui eas ad usum transfērunt, aliter ab iis, qui, ipsarum artium tractātu delectati, nihil in vita sunt aliud acturi (Cic. De or. 3, 23, 86).
24. Omne injustum supplicium est, quod non est exactum secundum legem (Quint. Decl. 305 = p. 220 Lemaire).
25. Quando ad inopiam miles mercennarius redactus est, statim ad socios diripiendos se convertēre solet (Ex Diodoro 21, 21, 9).
26. Vi ac necessitate coacti sunt (Cic. Quinct. 16, 51).
27. *Postquam leges bello siluere coactae, Pellimur e patriis laribus patimurque volentes Exsilium* (Lucan. 1, 277).

375.

Emo.

1. Domum emisti (Cic. Att. 1, 16, 10).
2. *Hostem quum fugeret, se Fannius ipse peremit. Hic, rogo, non furor est, ne moriāre, mori?* (Mart. 2, 80).
3. Num sermōnem vestrum aliquem dirēmit noster interventus? (Cic. Reip. 1, 11, 17).
4. *Sperne voluptātes: nocet emptā dolōre voluptas* (Hor. Ep. 1, 2, 55).
5. Pueri Romani non in cella emptae nutricis, sed in gremio ac sinu matris educabantur, cujus praecipuā laus erat tuēri domum et inservire libēris (Tac. Dial. 28, 14).
6. *Monstrum horrendum, informe, ingens, cui lumen ademptum* (V. Aen. 3, 658) (= Polyphemus).
7. Emptā dolōre docet experiētiā (R. 100).
8. *Quid te exemptā levat spinis de pluribus unā?* (Hor. Epist. 2, 2, 212).
9. Quemadmōdum stultus est, qui, equum emptūrus, non ipsum inspicit, sed stratum ejus ac frenos, sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste aut ex condiōne, quae vestis modo nobis circumdata est, aestimat (Sen. Ep. 47, 16).
10. Nullā res carius constat, quam quae precibus emptā est (Sen. Benef. 2, 1, 4).

376.

Frango.

1. *Non tam portas intrare patentes, Quam fregisse juvat* (Lucan. 2, 443).
2. Juppiter, qui tot annos regnat, uni Volcano crus fregit (Sen. Apocol. 11 = p. 225, 9 Buecheler).
3. *Si fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinae* (Hor. Od. 3, 3, 7).
4. Benignitate deum (= deorum) fractae hostium vires (Tac. Hist. 4, 85).
5. Hac proximā nocte in mari confracta est navis (Pl. Rud. 1307).

6. His malis fracti, Lacedaemonii in annos triginta pepigerunt pacem (Justin. 3, 7, 1).
7. Etsi res sunt fractae, amici sunt tamen (Pl. Pers. 655).

377.

Lego.

1. Haud semper errat famā; aliquando et elēgit (Tac. Agr. 9).
2. Quo mihi innumerabiles libros et bibliothēcas, quarum dominus vix totā vitā suā indices perlēgit? (Sen. Tranq. 9).
3. Nam, ut ajunt, qui priscos mores Urbis tradiderunt, brachia et crura cotidie abluebant, quae scilicet sordes opēre collegērant; ceterum toti nundinis lavabantur (Sen. Ep. 86, 12).
4. Dilexi justitiam et odi iniquitatem; propterea morior in exsilio (K. 546).
5. Jupiter intellexerat, verēri vos se et metuere, ita ut aequum est Jovem (Pl. Amph. Prol. 22).
6. Caecinam a puero sic semper dilexi, nullo ut cum homine conjunctius viverem (Cic. Fam. 6, 9, 1).
7. Atticum praecipue dilexit Cicero (Nep. 25, 16, 2).
8. *Herēdem tibi me, Catulle, dicis.*
Non credam, nisi legēro, Catulle (Mart. 12, 73).
9. Ridebis, deinde indignaberis, deinde ridebis, si legēris, quod, nisi legēris, non potes credere (Plin. Epist. 7, 29, 1).
10. Eratosthēnes geomētricā ratiōne collēgit, maximum terrae circumcultum esse stadiorum ducentum (= ducentorum) quinquaginta duum (= duorum) milium (Censorin. 13, 2).
11. Legi littēras tuas, ex quibus intellexi, te Caesari nostro valde jure consultum vidēri (Cic. Fam. 7, 10, 1).
12. Solus mihi mortalium vidēris usum pecuniae intellexisse (Quint. Decl. 260 = p. 72 Lemaire).
13. *Impērat aut servit collectā pecuniā cuique* (Hor. Ep. 1, 10, 47).
14. *Dum bibimus, dum sarta, unguenta, puellas,*
Poscimus, obrēpit non intellectā senectus (Juv. 9, 128).
15. *Formā viros neglectā decet* (Ov. A. 1, 509).
16. *Nam tuā res agitur, paries quum proximus ardet;*
Et neglecta solent incendia sumere vires (Hor. Ep. 1, 18, 84).
17. *Sic sedit, sic cultā fuit, sic stamīna nevit;*
Neglectae collo sic jacuere comae (Ov. F. 2, 771).
18. Aliter enim scribimus, quod eos solos, quibus mittimus, aliter, quod multos lecturos putamus (Cic. Fam. 15, 21, 4).
19. *Ver, aestas, autumnus, hiems sunt quattuor anni*
Tempora, quae currus lustrat, Apollo, tuus.
Ver sua grana serit, fovet aestas semina, fotā
Colligit autumnus, lectā recondit hiems (Anth. p. XLIII).
20. Soror quam valde a fratre dilecta est! (Quint. Decl. 381 = p. 499 Lemaire).
21. Ex littēris Bruti intellectum est, Hortensii opēra et virtūte vehementer rempublicam adjutam esse (Cic. Phil. 10, 11, 26).

22. Gravidae mulieres, neglectis bonis ac salubribus cibis, cinere se nonnunquam et carbonibus pascunt (Muretus, Epist. 1 = p. 4).
23. Testudinem, ubi collecta in suum tegumen est, tutam ad omnes ictus video esse; ubi exserit partes aliquas, quodcunque nudavit, obnoxium atque infirmum habere (Liv. 36, 32, 6).

378.

Relinquo.

1. *Saepe pater dixit: „Studium quid inutile tentas? Maeonides nullas ipse reliquit opes“* (Ov. Tr. 4, 10, 21).
2. *Quum reperto noctem, quam tot mihi cara reliqui, Labitur ex oculis nunc quoque gutta meis* (Ov. Tr. 1, 3, 3).
3. Omnibus illo nobis commune est iter: quid fata defleamus? Non reliquit ille nos, sed antecessit (Sen. Ad Polyb. 9, 9).
4. Equum et mulum Brundisii tibi reliqui (Cic. Fam. 16, 9, 3).
5. Clodius, Romam proficiscens, Cyrum reliquerat morientem (Cic. Mil. 18, 48).
6. Firmitatem et constantiam, si modo fuit aliquanta in nobis, eandem cognosces, quam reliquisti (Cic. Fam. 9, 11, 1).
7. Virtutem retinente, quaeso, Quirites, quam vobis tanquam hereditatem majores vestri reliquerunt (Cic. Phil. 4, 5, 13).
8. Neminem prope magnorum virorum optimum et utilem filium reliquisse, satis claret (Script. sex hist. Aug.: Spartiani Severus, c. 20, 4 = p. 151).
9. Scipionis filiae ex aerario dotem acceperunt, quia nihil illis reliquerat pater (Sen. Ad Helv. 12, 6).
10. Lysander Lacedaemonius magnam reliquit sui famam, magis felicitate, quam virtute partam (Nep. 6, 1, 1).
11. Caesar reliquit rerum suarum commentarios Gallici civilisque belli Pompeiani. Nam Alexandrini Africique et Hispaniensis incertus auctor est: alii Oppium putant, alii Hirtium, qui etiam Gallici belli novissimum imperfectumque librum suppleverit (Suet. Jul. 56, 1).
12. *Aut nihil est sensus animis a morte relictum, Aut mors ipsa nihil* (Lucan. 3, 39).
13. *Omnia perdidimus: tantummodo vitam relictam est* (Ov. Pont. 4, 16, 49).
14. Mihi quid relictum est praeter luctus et lacrimas? (Quint. Decl. 321 = p. 302 Lemaire).
15. Diserte Maecenas ait: *„Nec tumulum curo: sepelit naturam relictam“* (Sen. Ep. 92, 35).
16. Patet omnibus veritas; nondum est occupata; multum ex illa etiam futuris relictum est (Sen. Ep. 33, 11).
17. Invident homines maxime paribus aut inferioribus, quum se relictos sentiunt, illos autem dolent evolasse (Cic. De or. 2, 52, 209).
18. Legatus, naso auribusque decisis, exsanguis est relictus (Liv. 29, 18, 13).

Rumpo.

1. Qui sunt, qui foedera saepe ruperunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui crudēle bellum in Italia gesserunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui Italiam deformaverunt? Carthaginienses. Qui sunt, qui sibi postulant ignosci? Carthaginienses (Ad Herenn. 4, 14, 20).
2. P. Decius, quum consul esset, devōvit se et in aciem Latinorum irrūpit armatus. Quo ejus facto superati sunt et deleti Latini (Cic. Div. 1, 24, 51).
3. *Male verum examīnat omnis
Corruptus judex* (Hor. Sat. 2, 2, 8).
4. *Tu modo quam primum corruptas desere Bajas.
Multis istā dabant littōra discidium,
Littora, quae fuerant castis inimicā puellis.
A pereant Bajae, crimen amōris aquae* (Prop. 1, 11, 27).
5. Corruptissimā republicā plurimae leges (Tac. Ann. 3, 27).
6. *Felices ter et amplius,
Quos irruptā tenent vincūla* (Hor. Od. 1, 13, 17).
7. Ex omnibus deis medicis nullus erat, quem homines majore veneratiōne prosequerentur, quam Serāpis, idque eā, quae fere in corrupto quovis aevo maxime valet, de causā, quod extērā magis, quam domestica, placebant (Thorlacius, Opusc., vol. 3, p. 132).
8. Cydnus fluvius incorruptus idemque frigidissimus, ubique fontibus suis similis, in mare evādit (Curt. 3, 4, 9).
9. Nec metu nec adulandi foeditate constricta posteritas — incorrupta praeteritorum solet esse spectatrix (Amm. Marc. 30, 8, 1).

Vincō.

1. Cn. et P. Scipiōnes in Hispania Hasdrubālem vicerunt et Hispaniam suam fecerunt (Periocha Liv. 1. 23).
2. Formidīnem mortis vicit aurum (Apul. Met. 9, 19 = p. 202, 18).
3. *Labor omnia vicit
Imprōbus et duris urgens in rebus egestas* (V. Georg. 1, 145).
4. Consuetūdo vicit, quae, quum omnium dominā rerum, tum maxime verborum est (Gell. 12, 13, 4).
5. Claudius Marcellus praetor Hannibālis exercitum ad Nolam proelio fudit et vicit, primusque tot cladibus fessis Romanis meliorem spem belli dedit (Periocha Liv. 1. 23).
6. Vicit eā pars, quae nihil raptim nec temere agendum, consulendumque de intēgro censuit (Liv. 23, 20, 9).
7. Poenos populus Romanus justitiā vicit, armis vicit, liberalitate vicit (Ad Herenn. 4, 13, 19).
8. Vae victis! (Liv. 5, 48, 9).
9. Vi victa vis (Cic. Mil. 11, 30).
10. *Unā salus victis — nullam sperare salutem* (V. Aen. 2, 354).

11. *Incēdunt victae longo ordīne gentes,
Quam variae linguis, habitu tam vestis et armis* (V. Aen. 8, 722).
12. Atillius Regūlus consul, victis navāli proelio Poenis, in Africam trajecit (Periocha Liv. l. XVII).
13. Sed quid faciamus? Victi, oppressi, capti plane sumus (Cic. Att. 7, 23, 1).
14. *Nunc patimur longae pacis mala. Saevior armis
Luxuriā incubuit, victumque ulciscitur orbem.
Nullum crimen abest facinusque libidine, ex quo
Paupertas Romana perit (= perit) (Juv. 6, 292).*
15. Victis Tarentinis pax et libertas data est (Periocha Liv. l. 15).
16. Galli victi silere solent, canere victores (Cic. Div. 2, 26, 56).
17. *Victorem a victo superari saepe videmus* (Dion. Cato, Dist. 2, 10).
18. Leges a victoribus dicuntur, accipiuntur a victis (Curt. 4, 5, 7).
19. Maximo semper animo victis regibus populisque ignovistis (Liv. 37, 45, 8).
20. Tumulus Hectōris.
*Defensor patriae, juvenum fortissimus, Hector,
Qui murus miseris civibus alter erat,
Occubuit, telo violenti victus Achilles;
Occubuere simul spesque salusque Phrygum* (Poetae lat. min, v. 4, 147).
21. *Nox erat, et, vino somnum faciente, jacebant
Corpora diversis, victā sopore, locis* (Ov. Fast. 1, 421).
22. *Qui antehac invicti fuere viri, pater optime Olympi,
Hos ego in pugna vici victusque sum ab isdem* (Ennius = Diehl p. 22).
23. Hannibal armis vicit, vitiis victus est (Sen. Ep. 51, 5).
24. Victis etiam gladiatorēs parant (Quint. Decl. 9, 18 = p. 219 Lemaire).
25. Apud victos plus querimoniarum, quam virium (Tac. Hist. 2, 75).

381.

Edo.

1. *Longā dies homini docuit parere leones,
Longā dies molli saxa peredit aquā* (Tib. 1, 4, 17).

382.

Fundo.

1. Ut vidi Paulum, equidem vim lacrimarum profūdi (Cic. Reip. 6, 14).
2. Tantum vini nemo habet, quantum fudit sanguinis (Aureliānus) (Script. sex hist. Aug. = Vopisc. Aurel. 6, 5).
3. M. Furius Camillus non proelio tantum fudit hostes, sed castris quoque exiit ingentique praedā est potitus (Liv. 5, 19, 8).

4. *Verum ubi plura nitent in carmine, non ego paucis
Offendar maculis, quas aut incuriā fudit,
Aut humanā parum cavit naturā* (Hor. Ep. 2, 3, 351).
5. Omnis terra parva quaedam insulā est, circumfusā illo mari, quod Atlanticum, quod magnum, quem Oceanum appellatis in terris (Cic. Somn. Scip. 21).
6. Aquā piscibus, circumfusus nobis spiritus volucris convenit (Quint. 12, 11, 13).
7. *Carmina mortifēro tua sunt suffusā venēno,
Et sunt carminibus pectōra nigrā magis.
Nemo tuos fūgit, non vir, non femīnā dentēs,
Haud puer, haud aetas undīque tutā senis* (Sen. p. 386, Nisard).
8. Ex littēris, sceleratissimorum hostium exercitum caesum fusumque, cognōvi (Cic. Phil. 14, 1).
9. Raro in ullo proelio tantum sanguinis fusum est (Just. 11, 14, 2).
10. Non est tantum ab hostibus armatis aetāti nostrae pericūlum, quantum ab circumfūsis undīque voluptatibus (Liv. 30, 14, 6).
11. *Et sepēli lacrimis perfusā fidelibus ossa* (Ov. Ep. 14, 127).
12. Excidunt etiam retinentibus lacrimae et animum profusae levant (Sen. Ep. 99, 15).
13. Mox atro nubium globo effusā (est) grando (Tac. Ann. 2, 23, 5).

383.

Capio.

1. *Quae te dementiā cepit?* (V. Ecl. 2, 69).
2. Mane accēpi a Demea littēras pridie datas (Cic. Att. 13, 31, 1).
3. Leniter hominem clementerque accepit (Cic. Verr. 4, 40, 86).
4. Dux Parthorum vulnus accepit eoque interiit paucis post diebus (Cic. Att. 5, 20, 3).
5. Qui beneficium dedit, taceat; narret, qui accepit (Sen. Ben. 2, 11, 2).
6. Non is solum gratus debet esse, qui accepit beneficium, verum etiam is, cui potestas accipiendi fuit (Cic. Prov. cons. 17, 41).
7. Sic sentit senātus, sic populus Romanus, nullos unquam hostes digniores omni supplicio fuisse, quam eos cives, qui hoc bello contra patriam arma ceperunt; quos quidem ego omnibus sententiis ulciscor et persēquor, omnibus bonis approbantibus (Cic. Epist. ad Brut. 1, 3, 3).
8. **A.** Oportebat non oculis solum, verum etiam auribus maritum deligere. — **B.** Quae mulier unquam auribus cepit maritum? — **A.** Oculis capit, quae nihil aliud spectat, quam corporis formam; auribus, — quae diligenter observat, quid famā de illo praedicet (Erasm. 1, 181).
9. Sic ab hominibus doctis accepimus, non solum ex malis eligere minimā oportere, sed etiam excerpere ex his ipsis, si quid inesset boni (Cic. Off. 3, 1, 3).
10. Nihil est tam fallax, quam vitā humanā, nihil tam insidiōsum: non, mehercules, quisquam illam accepisset, nisi daretur inscientibus (Sen. Ad Marc. 22, 3).

11. Id moris institūtique majores nostri tenuerunt, ut, quum die natāli munus annāle Genio solvèrent, manum a caede ac sanguine abstinērent, ne die, quā ipsi lucem accepissent, aliis demērent (Censorin. 2, 2).
12. Ite alācres et spe pleni, ut, quam gloriam accepistis a majoribus vestris, postēris relinquātis (Curt. 4, 14, 25).
13. Accepimus et canistrum cerāsīs refertum (Hieron. Epist. 19).
14. Plus aegri (= aegritudinīs) ex abltu viri, quam ex adventu voluptātis cepi (Pl. Amph. 2, 2, 11 = 641).
15. Publius Scipio bello Punīco tertio Carthagīnem cepit (Cic. Verr. 4, 33, 73).
16. Epistolās tuas sexcentas uno tempore accepi, aliam aliā jucundiores (Cic. Att. 7, 2, 3).
17. Lunā eam lucem, quam a sole accepit, mittit in terras et varias ipsā mutatiōnes lucis habet (Cic. N. D. 2, 40, 103).
18. Quidam ad eas laudes, quas a patribus acceperunt, addunt aliquam suam (Cic. Off. 1, 32, 116).
19. Terrā nunquam sine usūra reddit, quod accepit, sed alias minore, plerumque majore cum fenōre (Cic. Sen. 15, 51).
20. Urbem Romam, sicūti ego accepi, condidēre atque habuēre initio Trojāni cumque eis Aborigīnes, genus hominum agreste (Sall. Cat. 6. 1).
21. Accepi beneficium, quantum maximum dare parentes libēris possunt (Quint. Decl. 333 = p. 360 Lemaire).
22. Percepit sapientiam, si quis tam secūrus morietur, quam nascitur (Sen. Ep. 22, 16).

384.

Capio.

1. Oculis et auribus captus est (Cic. Tusc. 5, 40, 117).
2. *Graeciā captā ferum victorem cepit et artes Intulit agresti Latio* (Hor. Ep. 2, 1, 156).
3. *Nescio quā natāle solum dulcedīne captos Ducit, et immemōres non sinit esse sui* (Ov. Pont. 1, 3, 35).
4. *Quae vēnit ex tuto, minus est acceptā voluptas* (Ov. A. 3, 603).
5. *Acceptissimā semper Munēra sunt, auctor quae pretiōsā facit* (Ov. H. 17, 71).
6. *Nil non mortāle tenēmus Pectoris exceptis ingeniique bonis* (Ov. Tr. 3, 7, 43).
7. Absentes tinnitu aurium praesentire sermōnes de se receptum est (Plin. N. H. 28, 2(5), 24).
8. *Romūlus et Liber pater et cum Castōre Pollux Post ingentia facta deorum in templa recepti* (Hor. Ep. 2, 1, 5).
9. Est omnīno inīquum, sed usu receptum, quod honestā consilia vel turpia, prout male aut prospere cedunt, ita probantur vel reprehenduntur (Plin. Ep. 5, 9 (21), 7).

10. Eā quoque, quae vulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum auctōrem habent, velut omnium fiunt: quale est: „ubi amici, ibi opes“ (Quint. 5, 11, 41).
11. Cn. Cornelius Scipio in Hispania contra Poenos prospere pugnavit, duce hostium Magōne capto (Periocha Liv. l. 21).
12. Atque hoc scelesti in animum inducunt suum, Jovem se placare posse donis, hostiis: et operam et sumptum perdunt: id eo fit, quia nihil ei acceptum est a pejuris supplicii (Pl. Rud. Prol. 22).
13. Verres praedōnum duces, acceptā pecuniā, dimisit (Cic. Verr. 1, 4, 9).
14. Ad duodēcim milia sunt caesa; capta plus quinque milia hominum, equi quadringenti, signa militaria sexaginta duo (Liv. 40, 33, 7).
15. Timotheus a patre acceptam gloriam multis auxit virtutibus (Nep. 13, 1).
16. Artaxerxi, regi Persarum, centum quindēcim filii fuere, sed tres tantum justo matrimonio suscepti (Justin. 10, 1).
17. Captum oppidum est cum ingenti praeda (Liv. 21, 15, 1).
18. Multi mentiuntur, ut decipiant, multi, quia decepti sunt (Sen. Ira 2, 29, 2).
19. Invidentiam esse dicunt aegritudinem, susceptam propter alterius res secundas, quae nihil noceant invidenti (Cic. Tusc. 4, 8, 17).
20. *Sum deceptā tuis et amans et femīnā verbis* (Ov. H. 2, 65).

385.

Facio.

1. *Quae potui, feci; faciant meliora potentes* (Adespoton).
2. Cui prodest scelus, is fecit (Sen. Med. 590).
3. Recte et vera loquere (= loqueris), sed neque vere, neque tu recte adhuc fecisti unquam (Pl. Capt. 5, 2, 7 = 960).
4. *Homine imperito nunquam quicquam injustius est, Qui, nisi quod ipse fecit, nil rectum putat* (Ter. Ad. 1, 2, 18 = 98).
5. Ego semper pluris feci potioremq̄ue habui libertatem multo, quam pecuniam (Naevius = Diehl p. 14).
6. *Fecundi calices quem non fecere disertum?* (Hor. Ep. 1, 5, 19).
7. Parvā sunt haec; sed parvā istā non contemnendo majores nostri maximam hanc rem fecerunt (Liv. 6, 41, 8).
8. *Inōpem me copiā fecit* (Ov. M. 3, 466).
9. *Primus in orbe deos fecit timor* (Petron. fr. 27 = Stat. Theb. 3, 661).
10. *Nam genus, et proavos, et quae non fecimus ipsi, Vix eā nostrā voco* (Ov. M. 13, 140).
11. *Militis in galea nidum fecere columbae. Appāret, Marti quam sit amīcā Venus* (Petron. fr. 36).
12. M. Cato — homo virtūti simillimus et per omnia ingenio diis, quam hominibus, propior, qui nunquam recte fecit, ut facere videretur, sed quia aliter facere non potuerat (Vell. 2, 35, 2).

13. *Me, me (adsum, qui feci), in me convertite ferrum, O Rutuli: mea fraus omnis; nihil iste nec ausus, Nec potuit: caelum hoc et conscia sidera testor* (V. Aen. 9, 427).
14. *Audacem fecerat ipse timor* (Ov. F. 3, 644).
15. *Ut sementem feceris, ita metes* (Cic. De or. 2, 65, 261).
16. *Quid tam ridiculum, quam appetere mortem, quum vitam inquietam tibi feceris metu mortis?* (Sen. Ep. 24, 23).
17. *Ab alio exspectes, alteri quod feceris* (Syr. 2).
18. *Malum ne alienum feceris tuum gaudium* (Syri appendix 216).
19. *Quod dubitas, ne feceris* (Plin. Ep. 1, 18).
20. *Fortuna, quos miseros fecit, et superstitiones facit* (Sen. Contr. 8, 1 = p. 381, 6).
21. *Post occisum Gajum Caesarem, quem Cassius et Brutus alique conjurati interfecerunt, multa portenta sunt visa: Tiberis etiam ita crevit, ut prodigii loco haberetur* (Porphy. ad Hor. C. 1, 2 = p. 4, v. 8).
22. *Fuit autem Attalus rex Pergami et totius Asiae, qui populum Romanum fecit heredem* (Lambin. ad Hor. 1, 1, 12).
23. *Domum servavit, lanam fecit* (Carmina lat. epigr. N 52).
24. *Ego plus, quam feci, facere non possum* (Cic. Fam. 11, 14, 3).
25. *Fecit illud plena manu* (Sen. Apocol. 4 = p. 221, 18 Buecheler).
26. *Mira erant in civitatibus ipsorum furta Graecorum, quae magistratus sui fecerant* (Cic. Att. 6, 2, 5).
27. *Fecit amicus meus eo tempore, quo me instituebat heredem, legitimum testamentum* (Quint. Decl. 308 = p. 242 Lemaire).
28. *Si quid perperam feci, in faciem meam inspuere* (Petron. 75).

386.

Facio.

1. *Di pia facta vident* (Ov. F. 2, 117).
2. *Facta canam, sed erunt, qui me finxisse loquantur* (Ov. F. 6, 3).
3. *Bene facta, male locata, — male facta arborum* (Ennius ap. Cic. Off. 2, 18, 62 = Diehl p. 47).
4. *Multi ob similitudinem morum aliena male facta sibi objectari putant* (Tac. Ann. 4, 33).
5. *Quidquid lege factum est, vindicari lege non solet* (Quint. Decl. 372 = p. 479 Lemaire).
6. *Est autem gloria laus recte factorum magnorumque in republicam fama meritorum, quae quum optimi cujusque, tum etiam multitudinis testimonio comprobatur* (Cic. Phil. 1, 12, 29).
7. *Nihil in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis, quam consulto opus est* (Tac. H. 1, 62).
8. *Priusquam incipias, consulto, et, ubi consulueris, mature facto opus est* (Sall. Cat. 1, 6).
9. *Solon, quum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit, se, id neminem facturum, putasse* (Cic. R. A. 25, 70).

10. Factā Epicūri cum dictis discrēpant (Cic. Fin. 2, 30, 96).
11. Varie sum affectus tuis littēris: valde priore paginā perturbatus, paulum altērā recreatus (Cic. Fam. 16, 4, 1).
12. Perfectum nihil est, dum quidquam restat agendum (Praeceptum juris = K. 2074).
13. Nec quidquam difficilius, quam reperire, quod sit omni ex parte in suo genere perfectum (Cic. Lael. 21, 79).
14. Constat inter omnes, nihil tam operōse ab aliis esse perfectum, quod non Caesāris elegantiā commentariorum superētur (Hirt. B. G. 8, 1, 4).
15. Quid? credebas, dormienti haec tibi confecturos deos? (Ter. Ad. 4, 5, 59 = 693).
16. Augustus tigrim primus omnium Romae ostendit in cavea mansuefactam (Plin. N. H. 8, 17, 65).
17. Hieronŷmus, Syracusanorum rex, cujus avus Hiēro amicus populi Romani fuerat, ad Carthaginenses defēcit et propter crudelitatem superbiamque a suis interfectus est (Periocha Liv. 1. 24).
18. Non aetāte confectis, non mulieribus, non infantibus pepercerunt (Caes. B. G. 7, 28, 4). -

387.

Fodio.

1. *Cornix cornici nunquam confōdit ocellum* (B. 586).
2. Alexander Macēdo Clitum, carissimum sibi ac fidelissimum, inter epūlas transfōdit (Sen. Ep. 83, 19).
3. Iliā, virgo Vestālis, ob incestum vivā defossa est (Periocha Liv. 1. 2).
4. Pelopidas in proelio, Alexandrum ut animadvertit, incensus irā, equum in eum concitavit, proculque digressus a suis, conjectu telorum confossus, concidit (Nep. 16, 5, 4).
5. Cāesar tribus et viginti plagis confossus est (Suet. Julius, 82, 2).

388.

Fugio.

1. *Fūgēre pudor verumque fidesque.
In quorum subiēre locum fraudesque dolique
Insidiaeque et vis et amor scelerātus habendi* (Ov. Met. 1, 129).
2. *Carmina mortifēro tuā sunt suffūsū venēno,
Et sunt carminibus pectōra nigrā magis.
Nemo tuos fūgit, — non vir, non femīnā, — dentes,
Haud puer, haud aetas undīque tutā senis* (Seneca, p. 386 in Nisardi editione).
3. *Evāsī, effūgi. Spes et Fortūnā, valete,
Nil mihi vobiscum, ludificate alios* (Carmina lat. epigr. Buecheler, N 1498).
4. Quoties ego ipse ex cruentis ejus manibus effūgi! (Cic. Mil. 7, 20).
5. Pompejus, victus, turpissime, amissis etiam castris, solus fūgit (Cic. Fam. 7, 3, 2).
6. Fūgit me filius, et quidem ad hostem (Sen. Contr. 1, 8 = p. 130, 15).

7. Errant, qui in prosp̄eris rebus omnes imp̄t̄us fortun̄ae se putant fugisse; sapienter cogitant, qui temporibus secundis cas̄us adversos reformidant (Ad Herem. 4, 17, 24).
8. Ex Pompeji filiis major occ̄isus est, minor f̄ugit (Eutr. 6, 24).

389.

Jacio.

1. Atilius Reḡulus consul, victis nav̄ali proelio Poenis, in Afr̄icam traj̄ecit (Periocha Liv. 1. 17).
2. Fratres meos in vincla conj̄ecit (Cic. Dej. 7, 22).
3. Quinque dies aquam in os suum non conjecit, non micam panis. Med̄ici illum perdiderunt (Petron. 42).
4. Servus lanceā collum ejus trajecit (Petron. 62).
5. Polycr̄ates anul̄um, quo delectabatur, in mari abjecerat (Cic. Fin. 5, 30, 92).
6. Quotiens te pater ejus domu suā ejecit (Cic. Phil. 2, 18, 45).
7. Atrox cum vento tempestas signa aēneā in Capitolio dejecit (Liv. 40, 2, 1).
8. Mihi ita persuāsi, Rom̄ulum fundamenta jecisse nostrae civit̄atis (Cic. N. D. 3, 2, 5).
9. M. Antonium, magnum virum et ingenii nob̄ilis, quae aliā res perdidit et in externos mores ac vitia non Romanā trajecit, quam ebrietas nec minor vino Cleop̄trae amor? (Sen. Ep. 83, 25).
10. Jacta alea est (Suet. Jul. Caes. 32).
11. Hoc tantum a vobis peto, ne permoveamini stultis ac tem̄ere jactis vocibus quorundam, qui, quae non intell̄gunt, vitup̄erant (Mureti Or. 3 = v. 2, p. 18).
12. *Plebs vēnit ac, vir̄ides passim disjectā per herbas,
Potat et accumbit cum pare quisque suā* (Ov. F. 3, 525).
13. *Syll̄abā longā, brevi subjectā, vocatur iambus* (Hor. A. P. 251).
14. *Tu r̄eḡere imperio p̄p̄ulos, Romane, memento:
Hae tibi erunt artes, pacisque imp̄n̄ere morem,
Parc̄ere subjectis et debellare superbos* (V. Aen. 6, 852).
15. Ignis, in aquam conjectus, continuo restingultur et refrigeratur (Cic. Rosc. com. 6, 17).
16. In te, Brute, non solum exercit̄us tui, sed omn̄ium civium ac paene gentium conjecti oculi sunt (Cic. Epist. ad Brutum 1, 9, 2).
17. Solet amplissimā quaeque gloriā objecta esse semper invidiae (Amm. Marc. 17, 11, 2).
18. Rex regum Agam̄non, tempestāte in Cretam ins̄ulam rejec-tus, tres ibi urbes statuit (Vell. 1, 1, 2).

390.

Ac-cendo, in-cendo.

1. Clodius aedes sacras suis manibus incendit (Cic. Cael. 32, 78).
2. Pelopidas in proelio, Alexandrum ut animadvertit, incensus ir̄ā, equum in eum concitavit, proculque digressus a suis, conjectu telorum confossus, concidit (Nep. 16, 5, 4).
3. Beate vivendi cupiditate incensi omnes sumus (Cic. Fin. 5, 29, 86).

391.

De-fendo, of-fendo.

1. Defendi rempublicam adulescens, non deseram senex; contempsi Catilinae gladios, non pertimescam tuos (Cic. Phil. 2, 46, 118).
2. Trimalchio, offensus convicio, calcem in faciem Fortunatae immissit. Illa, tanquam oculum perdidisset, exclamavit, manusque tremantes ad faciem suam admovit (Petron. 74).
3. Ibi illi (= Alexandro) litterae a Dareo redduntur, quibus, ut superbe scriptis, vehementer offensus est: praecipue eum movit, quod Dareus sibi regis titulum nec eundem Alexandri nomini adscriberat (Curt. 4, 1, 7).

392.

Prehendo.

1. Ausus (est) obrogare legibus consul Philippus, sed apprehensum faucibus (Philippum consulem) viator non ante dimisit, quam sanguis in ora et oculos redundaret (Flor. 2, 5, 8 = 3, 17, 8).

393.

De-scendo, a-scendo, con-scendo, e-scendo.

1. Gravissimum est ex omnibus, quae unquam in corpus tuum descenderunt, recens vulnus, fateor: non summam cutem rupit, pectus et viscera ipsa divisit (Sen. Ad Helv. 3, 1).
2. L. Fabius centurio, tres suos nactus manipulares atque ab iis sublevatus, murum ascendit (Caes. B. G. 7, 47, 7).
3. L. Fabius centurio, quique una murum ascenderant, circumventi atque interfecti, muro praecipitabantur (Caes. B. G. 7, 50, 3).
4. M. Octavius oppidum Salonas oppugnare instituit. Sed celeriter cives Romani, quum essent infirmi ad resistendum propter paucitatem hominum, crebris confecti vulneribus, ad extremum auxilium descenderunt servosque omnes puberes liberaverunt (Caes. B. C. 3, 9, 3).
5. Nostri se superiores discessisse existimabant, quod montem, gladiis dextris, ascendissent (Caes. B. C. 1, 47, 3).
6. Caesar iis, qui primi murum ascendissent, praemia proposuit (Caes. B. G. 7, 27, 2).
7. Satis constabat, Eumenem, ut sacrificaret Apollini, Delphos escensurum (Liv. 42, 15, 4).

394.

Verto.

1. Mihi bene facere jam ex consuetudine in naturam vertit (Sall. Jug. 85, 9).
2. Diversis duobus vitiis, avaritiam et luxuriam, civitas laborat: quae pestes omnia magna imperia everterunt (Liv. 34, 4, 2).

3. Caesar omnia jura divinā atque humanā pervertit proptem eum, quem sibi ipse opiniōnis errore finxerat, principatum (Cic. Off. 1, 8, 26).
4. Quo tempore Philippus Graeciam evertit, etiam tum Athenae gloriā litterarum et artium florebant (Madvig, Lat. Gramm. § 337).
5. Quid? In nubibus nunquam animadvertisti leōnis formam aut hippocentauri? (Cic. Div. 2, 21, 49).
6. Platōnem animadvertisse dicunt in arēna geometrīcas formas quasdam esse descriptas (Cic. Reip. 1, 17, 29).
7. Avertit nefanda consilia Jupiter (Liv. 4, 45, 2).
8. *Omnia perversas possunt corrumpere mentes* (Ov. Tr. 2, 301).
9. Quivis beatus, versā rotā Fortūnae, ante vesp̄erum potest esse miserimus (Amm. Marc. 26, 8, 13).
10. Hac oratione habitā, mirum in modum conversae sunt omnium mentes summāque alacritas et cupiditas belli gerendi injecta est (Caes. B. G. 1, 41, 1).
11. T. Lucretius poēta, amatorio pocūlo in furōrem versus, quum aliquot libros per intervalla insaniae conscripsisset, quos postea Cicero emendavit, propriā se manu interfecit anno aetatis quadragesimo quarto (Suet. p. 295 Roth).
12. Versa momento temporis fortunā pugnae est (Liv. 31, 37, 7).
13. Quum illā sors edita est opulentissimo regi Asiae: „*Croesus, Halym penētrans, pervertet opum vim*“, hostium vim sese perversurum putavit, pervertit autem suam (Cic. Div. 2, 56, 115).
14. Conversa subito fortunā est (Nep. 25, 10, 1).

395.

Pando.

1. Quum Caesar ad oppidum accessisset castraque ibi ponēret, pueri mulieresque ex muro, passis manibus, suo more pacem ab Romanis petierunt (Caes. B. G. 2, 13, 3).
2. Mulieres Germanos in proelium proficiscentes, passis manibus, flentes implorabant, ne se in servitūtem Romanis tradērent (Caes. B. G. 1, 51, 2).

396.

Con-sido, ob-sido.

1. Quum in theātro imperiti homines, rerum omnium rudes ignarique, consedērant, tum bella inutilia suscipiebant, tum seditiōsos homines reipublicae praeficiebant, tum optime meritos cives e civitate ejiciebant (Cic. Flacc. 7. 16).
2. Contra castra Romana trans fluvium omnes (Carthaginienses) consedēre (Liv. 24, 41, 5).
3. Caesar primā luce omnes eos, qui in monte consedērant, ex superioribus locis in planitiem descendēre atque arma projicere jussit (Caes. B. C. 3, 98, 1).

4. Platōni quum in cunis parvūlo dormienti apes in labellis conse-
dissent, responsum est, singulāri illum suavitate oratiōnis fore.
Ita futurā eloquentiā provisa in infante est (Cic. Div. 1, 36, 78).
5. Nudum latro transmittit; etiam in obsessa via paupēri pax est
(Sen. Ep. 14, 9).

397.

Vello.

1. Si te forte dolor aliquis pervellērit, exclamabis, ut mulier? (Cic.
Tusc. 2, 20, 46).
2. Perpetuum dolōrem, avulsus a meis, sustinebam (Cic. Dom.
57, 145).
3. Repūta tecum, quam nihili res sit feminā, divulsa a viro (Erasm.
1, 182).
4. Unus ille dies mihi quidem immortalitatis instar fuit, quo in pa-
triam redii, quum senatum egressum vidi populumque universum,
quum mihi ipsā Romā, prope convulsā sedibus suis, ad complec-
tendum conservatorem suum progrēdi visa est (Cic. Pis. 22, 52).

398.

Solvo.

1. Egōmet solvi argentum (Ter. Ad. 4, 4, 20 = 628).
2. Dii caelestes quibusdam piissimis mortem tanquam summum
praemium persolverunt (Amm. Marc. 25, 3, 15).
3. Tot quaestiōnes fortunā tibi posuit, nondum illas solvisti (Sen.
Ep. 117, 25).
4. *Beātus ille, qui procul negotiis,
Ut priscā gens mortalium,
Paterna rura bobus exercet suis,
Solūtus omni fenōre* (Hor. Epod. 2, 1).
5. Neglegēre, quid de se quisque sentiat, non solum arrogantis
est, sed etiam omnino dissolūti (Cic. Off. 1, 28, 99).
6. Augustus, quum aliquos nunquam soluturos significare vult, „ad
Calendas Graecas soluturos“ ait (Suet. Aug. 87).
7. *Vitam quae faciunt beatiozem,
Jucundissime Martiālis, haec sunt:
Res non partā labōre, sed relictā,
Non ingrātus ager, focus perennis,
Lis nunquam, togā rarā, mens quietā,
Vires ingenuae, salūbre corpus,
Prudens simplicitas, pares amīci,
Convictus facilis, sine arte mensae,
Nox non ebriā, sed solutā curis* (Mart. 10, 47).
8. Adulescens omnibus partibus absolūtus et inter discipulos prin-
ceps (Larousse, Grand dictionnaire, in v. Fontenelle, p. 578 b).
9. Quem defendis, sperat se absolūtum iri (Cic. Sulla, 7; 21).

10. Gajus Caesar dedit vitam Pompejo Penno, deinde absolūto et agenti gratias porrexit osculandum sinistrum pedem (Sen. Benef. 2, 12, 1).

399.

Volvo.

1. *Involvēre diem nimbi et nox umīdā caelum Abstūlit* (V. Aen. 3, 198).
2. Cives Romani, ne cognoscerentur, involūtis e carcēre capitibus ad necem rapiebantur (Cic. Verr. 5, 28, 72).
3. Quid de illa multitudine dicemus eorum, qui capitibus involūtis, in piratarum captivorum numero producebantur, ut securi ferirentur? (Cic. Verr. 5, 60, 156).
4. Nec ego pacem nolo, sed pacis nomine bellum involūtum reformido (Cic. Phil. 7, 6, 19).
5. **A.** Irretitum te jam teneo et, si vere opinor, nusquam hodie effugies. — **B.** Retia, quibus me involūtum tenes, nimis rara sunt (Macrob. 7, 9, 10).

400.

Exuo.

1. M. Furius Camillus non proelio tantum fudit hostes, sed castris quoque exiit ingentique praedā est potitus (Liv. 5, 19, 8).

401.

Induo.

1. Hanc personam induisti: agendā est (Sen. Ben. 2, 17, 2).
2. Nero nullam vestem bis induit (Suet. Nero, 30, 2).
3. Nihil est pejus iis, qui, paulum aliquid ultra primas litteras progressi, falsam sibi scientiae persuasionem induerunt (Quint. 1, 1, 8).

402.

Minuo.

1. Tandem expectatā lux omnia, quae terribiora nox fecerat, minuit (Curt. 5, 4, 26).
2. Militum vires inopiā frumenti deminuerat (Caes. B. C. 1, 52, 2).
3. Caesar suum familiarem et hospitem ereptum e manibus hostium videbat, neque ejus calamitate de tanta voluptate quicquam fortūnā deminuerat (Caes. B. G. 1, 53, 6).
4. Caesar, ut deminūtae copiae redintegrarentur, impērat certum numerum militum civitatibus (Caes. B. G. 7, 31, 4).
5. Postquam Cn. Pompejus ad bellum maritimum atque Mithridaticum missus est, plebis opes imminūtae, paucorum potentiā crevit (Sall. Cat. 39, 1).

403.

Statuo.

1. Timīdi nunquam statuēre trophaeum (R. 461).
2. Themistōcles muros Atheniensium restituit (Nep. 2, 6, 2).
3. Urbem Romam a principio reges habuēre; libertātem et consulātum L. Brutus instituit (Tac. Ann. 1,1).
4. Beneficia in vulgus si largiri instituēris, perdendā sunt multā, ut semel ponas bene (Sen. Ben. 1, 2, 1).
5. *Qui statuit aliquid, parte inaudītā alterā, Aequum licet statuērit, haud aequus fuit* (Sen. Med. 198).
6. *Primā Ceres ferro mortāles vertēre terram Instituit* (V. Ge. 1, 147).
7. C. Mucius, adulescens nobllis, penetrare in castra hostium constituit (Liv. 2, 10, 2).
8. Anaximēnes aēra deum statuit (Cic. N. D. 1, 10, 25).
9. Scaevōla, quoniam in Tusculānum ire constituit, paulum requiescet (Cic. De or. 1, 62, 265).
10. Saucii saepe homines, quum corpore debilitantur, animo tamen non cedunt neque eum relinquunt locum, quem statuerunt defendere (Cic. Caecin. 15, 42).
11. In Epirum ad te statui me conferre (Cic. Att. 3, 19, 1).
12. Legum conditōres festos instituerunt dies, ut ad hilaritātem homines publice cogentur (Sen. Tranq. 17, 7).
13. Rex regum Agamēmnon, tempestāte in Cretam insulam rejectus, tres ibi urbes statuit (Vell. 1, 1, 2).
14. Poenā parricidii, more majorum, haec instituta est, ut parricidā, virgis sanguineis verberatus, deinde culleo iusuatur cum cane, gallo gallinaceo et vipērā et simiā; deinde in mare profundum culleus jactatur (Digesta 48, 9, 9).
15. Pacis est comes otique sociā et jam bene constitutae civitātis quasi alumnā quaedam eloquentiā (Cic. Brut. 12, 45).
16. Libertātis restitutae dulce auditu nomen (Liv. 24, 21, 3).
17. Caesar intellēgit, mortem ab dis immortalibus non esse supplicii causā constitutam, sed aut necessitātem naturae, aut laborum ac miseriarum quietem esse (Cic. Catil. 4, 4, 7).
18. Nihil gravius, quam destitutae spes, torquent (Quint. Decl. 12, 17).
19. Gladiatores, qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quam turpiter vitare (Cic. Tusc. 2, 17, 41).
20. Quae poenā ab dis immortalibus perjūro, haec eadem mendāci constituta est (Cic. Rosc. 16, 46).

404.

Tribuo.

1. Tibullus, quia serpentes unā cum pelle senium exuere dicuntur, deos crudēles vocat, quod non idem beneficium formōsis tribuerint:

- „*Crudēles divi! Serpens novus exiit annos;
Formae non ullam fata dedēre moram*“ (Tib. 1, 4, 35) (Mureti Or. 3 = v. 2, p. 21).
2. Noctem naturā somno tribuit: sol exoriens quum omne animantium genus, tum praecipue hominem ad vitae munia revocat (Erasm. 2, p. 142).
 3. Hippocrātes medicus in septem gradūs aetātes distribuit: finem primae putavit esse septimum annum, secundae — quartum decimum, tertiae — duodecimesimum, quartae — tricesimum quintum, quintae — duo et quadragesimum, sextae — quinquagesimum sextum, septimae — novissimum annum vitae humanae (Censorin. 14, 3).
 4. Philosophiae multum adulescens temporis tribui (Cic. Off. 2, 1, 4).
 5. Vulgo veritas attribūtā vino est (Plin. N. H. 14, 22 (28), 141).
 6. Zeno neque Jovem neque Junōnem neque Vestam neque quemquam, qui ita appellatur, in deorum habet numero, sed rebus inanibus atque mutis per quandam significationem haec docet tributā nomina (Cic. N. D. 1, 14, 36).
 7. Pythagorae magnā veneratio ab auditoribus tributā est (Val. Max. 8, 15, Ext. 1).
 8. Naturā vox innocentiae, silentium maleficio distributa (sunt) (Apul. Apol. p. 209 Nisard).

405.

Acuo.

1. Hujus propinquitas populi acuit curam patribus (Liv. 10, 45, 7).

406.

Arguo.

1. Senatus nec liberavit ejus culpaē regem neque arguit (Liv. 41, 19, 6).

407.

Di-ruo. Ob-ruo. E-ruo.

1. Alexander Thebas diruit (Cic. Inv. 1, 50, 93).
2. Eodem anno, quo Carthāgo concidit, L. Mummius Corinthum funditus eruit (Vell. 1, 13, 1).
3. Domitiae nuper Boeotiae et urbis in ea nobilissimae, ad solum dirutae, species repraesentabatur animis (Curt. 3, 10, 7).
4. Haec oppida quondam florentissima fuerunt, nunc diruta ante oculos jacent (Cic. Fam. 4, 5, 4).
5. „Vobiscum“, inquit rex, „o juvēnes et mei aequales, urbium, invictarum ante me, munimenta superavi, montium juga, perenni nive obrūtā, emensus sum“ (Curt. 7, 11, 8).
6. *Quot post excidium Trojae sunt erūtā regna?*

Quot capti populi? Quotiens Fortūnā per orbem

Servitium imperiumque tulit varieque revertit? (Manil. 1, 506).

7. Ibi ex limo erūtā extractāque (sunt) ex stagno cadavēra, saxis aut amphōris, ut pondere traherentur in profundum, adnexa (Liv. 33, 29, 6).
8. Nec unquam immodicā durarunt, nisi illa moderātrix ratio com-pescuit. Hoc multarum tibi urbium ostendet eventus, quarum in ipso flore luxuriōsā imperia ceciderunt, et, quicquid virtūte partum erat, intemperantiā corrui (Sen. Ep. 74, 19).

408.

Imbuo.

1. Leonides, Alexandri paedagōgus, quibusdam eum vitiis imbuit, quae robustum quoque et jam maximum regem ab illa institutiōne puerili sunt persecūta (Quint. 1, 1, 9).
2. Apud majores nostros juvēnis ille, qui foro et eloquentiae parabat, imbūtus jam domesticā disciplinā, deducebatur a patre vel a propinquis ad eum oratorem, qui principem in civitate locum obtinebat (Tac. Dial. 34).
3. *Quo semel est imbūtā recens, servabit odōrem*
Testā diu (Hor. Ep. 1, 2, 69).

409.

Carpo.

1. *Carpite florem,*
Qui nisi carptus erit, turpiter ipse cadet (Ov. A. 3, 79).

410.

Nubo.

1. Venus nupsit Vulcāno (Cic. N. D. 3, 23, 59).
2. Haec quinto mense post viri mortem Oppianlco nupsit (Cic. Cluent. 12, 35).
3. *Stultitiā est, pater, venātum ducere invitas canes.*
Hostis est uxor, invitā quae ad virum nuptum datur (Pl. Stich. 1, 2, 82 = 140).
4. Filiam despondi ego: hodie huic nuptum Megadōro dabo (Pl. Aul. 271).

411.

Scribo.

1. Ad senem senex de senectūte scripsi (Cic. Lael. 1, 5).
2. *Multā quidem scripsi; sed, quae vitiōsā putavi,*
Emendaturis ignibus ipse dedi (Ov. Tr. 4, 10, 61).
3. Exiguum nobis vitae curricūlum naturā circumscripsit, immensum gloriae (Cic. Rab. perd. 10, 30).

4. Nihil scribis, neque ad te his duobus mensibus scripseram (Cic. Fam. 7, 9, 1).
5. Alcidamas quidam, rhetor antiquus, scripsit etiam laudationem mortis, quae constat ex enumeratione humanorum malorum (Cic. Tusc. 1, 48, 116).
6. „Terrā“ dicta ab eo, quod teritur. Itaque „tera“ in augurum libris scripta cum R uno (Varr. L. L. 5, 4, 21 = p. 8, v. 13).
7. Fuit moris antiqui eos, qui vel singulorum laudes vel urbium scripsērant, aut honoribus aut pecuniā ornare (Plin. Epist. 3, 21, 3).
8. Zaleucus et Charondas reipublicae causā leges civitatibus suis scripserunt (Cic. Leg. 2, 6, 14).
9. Sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus, quae, mehercule, mihi non minori curae sunt, quam meae (Cic. Fam. 7, 10, 2).
10. Constat jus nostrum aut ex scripto aut ex non scripto. Id est: legum aliae scriptae, aliae non scriptae (Justin. Inst. 1, 2, 3 cum Kruegeri annotatione).
11. *Scribimus, et scriptos absumimus igne libellos; Exiit est studii parvā favillā mei* (Ov. Tr. 5, 12, 61).
12. Audistis, patres conscripti, philosophi vocem (Cic. Piso 24, 56).
13. Quae fuit unquam tam bene vel conscripta vel acta fabulā, ut toti placuerit theatro? (Erasm. 2, 75).
14. Mors est terribilis iis, quorum cum vita omnia exstinguuntur, — non iis, quorum laus emori non potest; exsilium autem illis, quibus quasi circumscriptus est habitandi locus, — non iis, qui omnem orbem terrarum unam urbem esse ducunt (Cic. Parad. 2, 3, 18).
15. Justitiā est obtemperatio scriptis legibus (Cic. Leg. 1, 15, 42).
16. Tibi discēdens pollicitus sum, me omnes res urbānas diligentissime tibi perscripturum (Cic. Fam. 8, 1, 1).
17. Ne Cicerōnis quidem temporibus intellegebantur eā, quae, regnante Romūlo aut Numā, scripta erant (Mureti Or. 17 = v. 2, p. 161).
18. Quaedam jura non scripta, sed omnibus scriptis certiora sunt (Sen. Contr. 1, 1, 14 = p. 75, 5).
19. Ibi illi (= Alexandro) litterae a Darēo redduntur, quibus, ut superbe scriptis, vehementer offensus est: praecipue eum movit, quod Darēus sibi regis titulum nec eundem Alexandri nomini adscripsērat (Curt. 4, 1, 7).

412.

Sumo.

1. Ex quingentis — septuaginta (homines) ferrum famesque absumpsit (Liv. 23, 19, 17).
2. Interdum continuatus labor firmiores facit; saepe, quod corroboraverat, desidiā consumpsit (Sen. Contr. 1, 8, 6 = p. 133, 21).
3. **A.** Repūta, quantum laborum sumpsēris prius, quam hunc psittacum docueris quaedam humanā verba sonare! — **B.** Plurimum

profecto ... A. Quantum laboris sumunt homines, ut equum sibi commōdum reddant. Et nos pigebit adlaborare, ut maritis utamur commodioribus? (Erasm. 1, 183).

4. Imber, nive mixtus, et intolerandā vis frigōris et homines multos et jumenta et elephantos prope omnes absumpsit (Liv. 21, 56, 6).
5. Sumpsit gladium: video ardentēs oculos (Sen. Contr. 8, 4 = p. 385, 11).
6. Olim non librum in manūs, non stilum sumpsit (Plin. Ep. 8, 9).
7. Nullā quamvis minimā natio potest ab adversariis delēri, nisi propriis simultatibus se ipsā consumpserit (Veget. 3, 10 = p. 91, 2).
8. Adulescentes mihi mori sic videntur, ut quum aquae multitudīne flammae vis opprimitur, senes autem sic, ut quum suā sponte, nullā adhibītā vi, consumptus ignis exstinguntur (Cic. Sen. 19, 71).
9. Gravissime aegrotasti: inediā et purgationibus et vi ipsius morbi consumptus es (Cic. Fam. 16, 10, 1).
10. Plures fame, quam ferro, absumpti (sunt) (Liv. 22, 39, 14).

413.

Contemno.

1. Effūgit mortem, quisquis contempserit; timidissimum quemque consequitur (Curt. 4, 14, 25).
2. Parva saepe scintillā contemptā magnum excitavit incendium (Curt. 6, 3, 11).
3. Contemne mortem: et omnia, quae ad mortem ducunt, contempta sunt, — sive bella sunt, seu naufragia, seu morsūs ferarum (Sen. Nat. Q. 2, 59, 3).
4. Saepe et contemptus hostis cruentum certāmen edidit, et incliti populi regesque perlēvi momento victi sunt (Liv. 21, 43, 11).
5. Nemo ab alio contemnitur, nisi a se ante contemptus est (Sen. Ad Helv. 13, 6).

414.

Claudo.

1. Epaminondas urbem Lacedaemoniorum obsidiōne clausit (Nep. 15, 8, 5).
2. Sed quid poētas? Opiflces post mortem nobilitari volunt. Quid enim Phidias sui similem speciem inclūsit in clipeo Minervae, quum inscribere nomen non liceret? Quid? Nostri philosophi nonne in iis libris ipsis, quos scribunt de contemnenda gloria, sua nomina inscribunt? (Cic. Tusc. 1, 15, 34).
3. *Curiā pauperibus clausa est: dat census honōres* (Ov. A. 3, 8, 55).
4. Profluens amnis aut vix aut nullo modo, conclusā autem aquā facile corrumpitur (Cic. N. D. 2, 7, 20).

5. Multorum aures clausae veritāti sunt (Cic. Lael. 24, 90).
6. Meā domus tibi patet, mihi clausa est (Cic. R. A. 50, 145).
7. Captivi in carcēre inclūsi sunt (Liv. 24, 19, 11).
8. Nulli praeclūsa virtus est; omnibus patet, omnes admittit, omnes invitat,—et ingenuos et libertinos et servos et reges et exsūles; non eligit domum nec censum, nudo homine contenta est (Sen. Benef. 3, 18, 2).
9. Habent hoc in se naturāle blanditiae: etiam quum rejiciuntur, placent, saepe, exclūsaе, novissime admittuntur (Sen. N. Q. 4, praef. 4).
10. Omne, quod vivit, id vivit propter inclūsum in eo calōrem (Cic. N. D. 2, 9, 24).
11. Nullum saecūlum magnis ingeniis clausum est (Sen. Ep. 102, 22).
12. Capti ab Jugurtha—pars in crucem acti, pars bestiis objecti sunt, pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenēbris, cum maerōre et luctu morte graviolem vitam exlgunt (Sall. Jug. 14, 15).

415.

Divido.

1. Morbos Graeci in duas species diviserunt, aliosque ex his acutos, alios longos esse dixerunt (Cels. 3, 1 = p. 74, 4).
2. Ut omnis natura in caelum et terram divisa est, sic caeli regionibus terrā in Asiam et Eurōpam. Asiā enim jacet ad meridiem et austrum, Europā ad septentriones et aquilonem (Varro, L. L. 5, 31 = p. 11, 9).

416.

Laedo.

1. Quos laeserunt, et oderunt (Sen. Ira 2, 33, 1).
2. Aut potentior te, aut imbecillior laesit: si imbecillior, parce illi; si potentior,—tibi (Sen. Ira 3, 5, 8).
3. Proprium humani ingenii est odisse, quem laeseris (Tac. Agr. 42).
4. *Crede mihi, misēris caelestia numina parcent,
Nec semper laesos et sine fine premunt* (Ov. Pont. 3, 6, 21).
5. *Nullā repara' illis arte
Laesa pudicitia est: depērit illā semel* (Ov. H. 5, 103).
6. *O mors, amōris unā sedāmen mali,
O mors, pudōris maximum laesi decus,
Confūgimus ad te* (Sen. Phaedra 1196).
7. *Et meā cymbā, semel vastā percussā procellā,
Illum, quo laesa est, horret adire locum* (Ov. Tr. 1, 1, 85).
8. *Nox erat, et caelo fulgebat lunā serēno,
Inter minora sidēra,
Quum tu, magnorum numen laesura deorum,*

- In verba jurabas mea,
Fore hunc amorem mutuum* (Hor. Epod. 15, 1).
9. *Ingenium, longā rubigine laesum,
Torpet et est multo, quam fuit ante, minus* (Ov. Tr. 5, 12, 21).
10. *Irascimur saepe non illis, qui laeserunt, sed iis, qui laesuri sunt*
(Sen. Ira 1, 3, 1).

417.

Ludo.

1. *Lusisti satis, edisti satis atque bibisti* (Hor. Epist. 2, 2, 214).

418.

Mitto.

1. *Caesāris litterarum exemplum tibi misi* (Cic. Att. 7, 23, 3).
2. *Ecquos legātos ad Hannibālem Romani miserunt de pace?* (Liv. 23, 13, 1).
3. *Lupo ovem commisisti* (Ter. Eun. 5, 1, 16 = 832).
4. *Illi robur et aes triplex
Circa pectus erat, qui fragilem truci
Commisit pelāgo ratem
Primus* (Hor. Od. 1, 3, 9).
5. *Scelerāte, etiam loquēris? Nescis, quam magnum flagitium ad-
misēris?* (Petr. 137).
6. *Publius Cornelius Rufus dormiens oculorum visum amisit, quum
id sibi accidere somniaret* (Plin. N. H. 7, 50, 166).
7. *Tum denique homines nostrā intellegimus bonā, quum, quae in
potestāte habuimus, eā amisimus* (Pl. Capt. 1, 2, 39 = 142).
8. *Jovem Danaae misisse ajunt quondam in gremium imbrem au-
reum* (Ter. Eun. 3, 5, 37 = 584).
9. *Magnā vis est conscientiae, et magnā in utramque partem: ut
neque timeant, qui nihil commiserint, et poenam semper ante
oculos versari putent, qui peccarint* (Cic. Mil. 23, 61).
10. *Lyso noster, vereor, ne negligentior sit: primum, quia omnes
Graeci,— deinde, quod, quum a me littēras accepisset, mihi
nullas remisit* (Cic. Fam. 16, 4, 2).
11. *Mālum Discordiae misit* (Justin. 12, 15, 11).
12. *Infantiam amisimus, deinde pueritiam, deinde adulescentiam*
(Sen. Ep. 24, 20).
13. *Verres praedōnum duces, acceptā pecuniā, dimisit* (Cic. Verr. 1, 4, 9).
14. *Nervii legātos ad Caesārem miserunt seque ei dediderunt* (Caes. B. G. 2, 28, 2).
15. *Munēra magnā misit, sed misit in hamo* (Mart. 6, 63, 5).
16. *Pro di immortāles, tempestātem cujusmodi Neptūnus nobis
nocte hac misit proximā!* (Pl. Rud. 83).
17. *Quinque naves aedificavi, oneravi vinum, misi Romam. Omnes
naves naufragarunt,— factum, non fabulā. Altēras feci majores
et feliciores* (Petron. 76).

18. Athenienses, quum ad senatum legātos de suis rebus maximis mittērent, tres illius aetātis nobilissimos philosophos miserunt (Cic. De or. 2, 37, 155).
19. Quā pro re argentum promisit hic tibi? (Pl. Rud. 1378).
20. Clarorum virorum facta moresque postēris tradere, antiquitus usitatum, ne nostris quidem temporibus quamquam incuriōsā suorum aetas omisit (Tac. Agr. 1).
21. Misi ad te epistolam Antonii (Cic. Att. 10, 10, 1).
22. Quae vis patrem Decium (Murem), quae filium immisit in armatas hostium copias? (Cic. Parad. 1, 2, 12).
23. Quam Graeciā coloniam misit sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammōnis oraculo? Aut quod bellum susceptum ab ea sine consilio deorum est? (Cic. Div. 1, 1, 3).
24. Librum, quem misisti, recēpi et gratias ago (Plin. Ep. 9, 35, 1).
25. Magnā promisisti; exiguā video (Sen. Ep. 109, 18 Nisard p. 822).
26. Libertātem nemo bonus, nisi cum anima simul, amisit (Sall. Cat. 33, 5).

419.

1. Legātus est vir bonus, perēgre missus reipublicae causā (K. 3066).
2. Bellum Illyriis, propter unum ex legātis, qui ad eos missi erant, occisum, indictum est, subactique in deditiōnem venerunt (Petrica Liv. 1. 20).
3. *Nescit vox missā reverti* (Hor. A. P. 390).
4. *Summā petit livor. Perflant altissimā venti.*
Summā petunt dextrā fulmina missā Jovis (Ov. R. A. 369).
5. *Semel emissum volat irrevocabile verbum* (Hor. Ep. 1, 18, 71).
6. Raro scelestus admissi facinōris aut culpae commissae poenam effūgit: culpam enim consequitur poenā, si non statim neque pari celeritāte, at aliquando (Lambinus ad Hor. Od. 3, 2, 31).
7. Spero, me praeclāras de istis rebus epistolās ad te saepe misurum (Cic. Att. 2, 7, 2).
8. Graves solent offensiōnes esse ex gravibus morbis, si quae culpā commissa est (Cic. Fam. 16, 10, 1).
9. Quot classes, quot duces, quot exercītūs priore bello amissi sunt (Liv. 26, 41, 10).
10. Captivi Romam missi atque ibi in carcēre inclūsi sunt (Liv. 24, 19, 11).
11. Caedes a te commissa est: cruentam enim vestem habuisti (Quint. 5, 12, 3).
12. Nimis multā coguntur audire neque allter facere possunt ii, quibus totā commissa est respUBLICā (Cic. Mil. 25, 65).
13. Est haec naturā mortalium, ut nihil magis placeat, quam quod amissum est (Sen. Ad Marc. 16, 8).
14. Serā gratulatio reprehendi non solet, praesertim si nullā negligentīā praetermissā est: longe enim absum, audio sero (Cic. Fam. 2. 7, 1).

420.

In-vado. E-vado.

1. Eum morbus invāsit gravis (Pl. Asin. 1, 1, 43 = 55).
2. Me quoque invāsit tremor (Sen. H. F. 61).
3. Quis ignōrat, ex ipsa Socrātis schola evasisse tyrannos et hostes patriae suae? (Quint. Decl. 268 = p. 102 Lemaire).

421.

Mergo.

1. Inter insūlas Theram et Therasiam, medio utriusque ripae maris spatio, terrae motus fuit, in quo, cum admiratiōne navigantium, repente ex profundo cum caldis aquis insulā emersit (Just. 30, 4, 1).
2. Victi Persae in naves confugerunt, ex quibus multae submersae, multae captae sunt (Just. 2, 9, 13).
3. *Quid juvat errōrem, mersā jam puppe, fatēri?* (Claudian. In Eutr. 2, 7).
4. Non tranquillo navigamus, sed jam aliquot procellis submersi paene sumus (Liv. 24, 8, 13).

422.

Spargo.

1. Hic me complexus est conspersitque lacrimis (Cic. Planc. 41, 99).
2. *Dum novus est, potius coepto pugnēmus amori:
Flammā recens parvā sparsā resēdit aquā* (Ov. H. 16 (17), 189).

423.

Cedo.

1. *Cedo facit cessi, cecīdi cado, caedo cecīdi.*
2. *Vanā quoque ad veros accessit famā timōres* (Lucan. 1, 464).
3. Quid igitur te, Marcia, movet? Utrum, quod filius tuus decessit, an, quod non diu vixit? (Sen. Ad Marc. 19).
4. Decessit Alexander annos tres et triginta natus, vir supra humanam potentiam magnitudīne animi praeditus (Just. 12, 16, 1).
5. Illorum navis longe in altum abscesserat (Pl. Rud. 66).
6. Audio, Valerium Martiālem decessisse, et moleste fero (Plin. Epist. 3, 21, 1).
7. Libērum senatūs iudicium propter metum non fuit. — Si timuisse eos facis, qui discesserunt, concēde, non timuisse eos, qui remanserunt (Cic. Pro domo, 4, 10).
8. Nulli, etiam cui rapinā feliciter cessit, gaudium rapti duravit in postērum (Sen. Ep. 74, 7).
9. Poētis furēre concessum est (Plin. Ep. 7, 4, 10).

10. Mendacium dicere etiam sapienti aliquando concessum est (Quint. 2, 17, 27).
11. Ingemiscere nonnunquam viro concessum est, idque raro, ejulatus ne mulieri quidem (Cic. Tusc. 2, 23, 55).
12. Quid nobis tam naturale, quid ab ipsa providentia magis datum concessumque potest videri, quam alere homines ac sustinere? (Quint. Decl. 260 = p. 73 Lemaire).

424.

Per-cutio. Ex-cutio.

1. Cum pare contendere anceps est; cum superiore furiosum, cum inferiore sordidum... Percussit te, recede: referendo enim occasionem saepius ferendi dabis (Sen. Ira 2, 34, 1, 5).
2. Taurus excussit cervicem securim (V. Aen. 2, 224).
3. Crates, quum indoctum puerum vidisset, paedagogum ejus percussit (Quint. 1, 9, 5).
4. M. Cato, a quodam in balneo percussus, objurgatus ab amico, cur hoc pateretur, „Non memini“, inquit, „me percussum esse“ (Ex Plutarcho).
5. P. Postumius mihi nuntiavit, M. Marcellum, collegam nostrum, post cenae tempus a P. Magio Cilone, familiari ejus, pugione percussum esse et duo vulnera accepisse, unum in stomacho, alterum in capite secundum aurem (Cic. Fam. 4, 12, 2).
6. *In causa facili cuius licet esse diserto,
Et minimae vires frangere quassa valent* (Ov. Tr. 3, 11, 21).

425.

Premo.

1. Ut corpora nostra lente augescunt, cito extinguuntur, sic ingenia studiaque oppresseris facilius, quam revocaveris (Tac. Agr. 3).
2. *Quem famam semel oppressit, vix restituitur* (Syr. 563).
3. Sus rostro si humi litteram impresserit, num propterea suspicari poteris, Andromacham Ennii ab ea posse describi? (Cic. Div. 1, 13, 23).
4. *Gutta cavat lapidem, consumitur anulus usu;
Atteritur pressa vomer aduncus humo* (Ov. Pont. 4, 10, 5).
5. Metellus moriens, quum jam ceteris ex partibus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam reipublicae reservabat (Cic. Cael. 24, 59).
6. M. Tullius saepe dicit de oppressa conjuratione Catilinae; sed modo id virtuti senatus, modo providentiae deorum immortalium assignat (Quint. 11, 1, 23).
7. Fortunam tuam pressis manibus tene. Lubrica est nec invitae teneri potest (Curt. 7, 8, 24).
8. Quid esse causae credemus, cur veteranus dux, fortissimus bello, compressis, quod ajunt, manibus sedeat? (Liv. 7, 13, 7).

426.

Gero.

1. Bellorum genera sunt tria: gentile, quod cum externis geritur, ut Romani cum Latinis, Athenienses cum Lacedaemoniis; servile, quod Romani adversus fugitivos gesserunt et contra duces eorum Spartacum, Crixum et Oenomäum; civile, quo inter se certant cives, ut Marius et Sulla, Caesar et Pompejus, Augustus et Antonius (Ampelius N XLI).
2. Caesar res bello gesserat, quamvis reipublicae calamitosas, at tamen magnas (Cic. Phil. 2, 45, 116).
3. Cum omnium bellicosissimis bellum gessi: multa castella cepi, multa vastavi (Cic. Fam. 11, 4, 2).
4. Scito, ea, quae nos pro salute patriae gessimus, orbis terrae iudicio ac testimonio comprobari (Cic. Fam. 5, 7, 3).
5. Non sumus modicā laudatiōne contenti: quicquid in nos adulatio sine pudore congescit, tanquam debitum prendimus (Sen. Ep. 59, 11).
6. *Ante mare et terras et, quod tegit omnia, caelum
Unus erat toto naturae vultus in orbe,
Quem dixere Chaos, rudis indigestaque moles* (Ov. Met. 1, 5).
7. Historiā est gestā res, ab aetatis nostrae memoriā remōtā (Cic. Inv. 1, 19, 27).
8. Equites Scipiōnis, vi oppido potiti, in medio foro lignis coaceratis omnibusque rebus eorum (= incolarum) congestis, ignem subjiciunt atque ejus oppidi incolās vivos in flammam conjiciunt (Bell. Afr. 87, 2).
9. Imprimis arduum videtur res gestas scribere (Sall. Cat. 3, 2).

427.

Uro.

1. *Siccā diu fuerat tellus. Sitis usserat herbas* (Ov. F. 4, 299).
2. *Saepe Jovis telo quercūs adustā viret* (Ov. Tr. 4, 9, 14).

428.

Dico.

1. Est ita, ut dixi.
2. *Romā parentem,
Romā patrem patriae Cicerōnem libērā dixit* (Juv. 8, 243).
3. Quidam veterum poëtarum Veritatem Tempōris filiam esse dixit (Gell. 12, 11, 7).
4. Majores fertilissimum in agro oculum domini esse dixerunt (Plin. N. H. 18, 8, 43).
5. Nemo doctus unquam mutatiōnem consilii inconstantiam dixit esse (Cic. Att. 16, 7, 3).
6. Anaxagoras nivem nigram dixit esse (Cic. Acad. 2, 23, 72).

7. Deos fortioribus adesse dixit (Tac. H. 4, 42).
8. Dixit, te in lecto esse, quod ex pedibus laborares (Cic. Fam. 9, 23).
9. Solon continēri rempublicam duabus rebus dixit, — praemio et poena (Cic. Epist. ad Brut. 1, 15, 3).
10. Ventorum frigidissimi sunt, quos a septentriōne diximus spirare (Plin. N. H. 2, 48, § 126).
11. *Ego deum (= deorum) genus esse semper dixi et dicam caelitum, Sed eos non curare opīnor, quid agat humanum genus* (Ennius apud Cic. Div. 2, 50, 104 = Diehl p. 44).
12. Filium unicum adulescentūlum habeo. Ah! quid dixi habēre me! Immo habui, Chreme. Nunc habeam, nec ne, incertum est (Ter. Heaut. 1, 1, 41 = 93).
13. Dixeris maledicta cuncta, quum ingrātum hominem dixeris (Syr. 146).
14. Nemo mihi in foro dixit: „redde, quod debes“ (Petr. 57).
15. Thales, unus e septem, ex aqua dixit constare omnia. At hoc Anaximandro non persuāsit (Cic. Acad. 2, 37, 118).
16. Thales Milesius aquam dixit esse initium rerum (Cic. N. D. 1, 10, 25).
17. Nec hoc oratori contingere inter adversarios, quod Pythagōrae inter discipulos, potest, „Ipse dixit“ (Quint. 11, 1, 27).
18. *Appius indixit Carthaginiensibus bellum* (Ennius apud Cic. Inv. 1, 19, 27 = Diehl p. 23).
19. Quidquid bene dictum est ab ullo, meum est (Sen. Ep. 16, 7).
20. Dictum sapienti sat est (Pl. Persa 729. Ter. Phorm. 541).
21. *Nullum est jam dictum, quod non sit dictum prius* (Ter. Eun. 41).
22. Non abs re dictum est: „qui neminem habet inimicum, eum nec amicum habēre quemquam“, et „felicitātis semper invidiam esse comitem“ (Erasm. 1, 244).
23. Parsimoniā non sine causa dicta est magnum vectigal (Erasm. 1, 156).
24. *Nil dictu foedum visuque haec limina tangat, Intra quae puer est* (Juv. 14, 44).
25. Placet Stolicis suo quamque rem nomine appellare: sic enim dissērunt, nihil esse obscēnum, nihil turpe dictu (Cic. Fam. 9, 22, 1).
26. Non omnia eveniunt, quae praedicta sunt (Cic. N. D. 2, 4, 12).
27. Scio, me sententiam esse dicturum primā specie haudquaquam auribus tuis gratam (Curt. 5, 9, 3).

429.

Duco.

1. *Non domus et fundus, non aeris acervus et auri Aegrōto domīni deduxit corpore febres, Non animo curas* (Hor. Ep. 1, 2, 47).
2. Emoriar, si non hanc uxorem duxero (Ter. Eun. 5, 2, 49 = 888).

3. C. Duillius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum. Ob quam causam ei perpetuus honos habitus est, ut revertenti a cena, tibicine canente, funale praeferretur (Periocha Liv. l. 17).
4. Flaccus, tempestatibus foedis coactus, exercitum omnem in urbem introduxit (Liv. 40, 33, 3).
5. **A.** Miseri sunt, qui uxores ducunt. — **B.** At tu duxisti alteram (Rhet. ad Her. 2, 25, 39 = Diehl p. 91).
6. Nihil agere sinit morbus, qui me omnibus abduxit officiis (Sen. Ep. 78, 20).
7. *Si Paris ex Graecis uxorem duxerit oris,
Excidium Trojae ducet et omne malum* (Troilus, 1, 383).
8. Videre etiam licet, plerosque non tam naturam liberales, quam quamdam gloria ductos, ut benefici videantur, facere multa, quae proficisci ab ostentatione magis, quam a voluntate videantur (Cic. Off. 1, 14, 44).
9. His quidem quidquam sanctum ac religiosum videri potest, qui, etiamsi quando, aliquo metu adducti, deos placandos esse, arbitrantur, humanis hostiis eorum aras ac templa funestant? (Cic. Font. 14, 31 [10, 21]).
10. Illi, gladiis eductis, caedere incipiunt ejus servos (Cic. Mil. 10, 29).
11. „Indoctus“ dicimus brevi prima littera, „insanus“ — producta, „inhumanus“ — brevi, „infelix“ — longa (Cic. Orat. 48, 159).
12. Multo vino in serum noctis convivium productum est (Liv. 33, 48, 6).
13. Trimalchio Scylacem jussit adduci, praesidium domus familiaeque. Nec mora, ingentis formae adductus est canis (Petron. 64, 7).
14. Helvetii, omnium rerum inopia adducti, legatos de deditioe ad Caesarem miserunt (Caes. B. G. 1, 27, 1).

430.

In-fligo.

1. Mihi illa omnia immortalem gloriam dederunt, tibi sempiternam turpitudinem inflixerunt (Cic. Pis. 26, 63).

431.

Rego.

1. Peripatetici dicunt, claros viros, a se instructos, rempublicam saepe rexisse (Cic. Acad. 2, 36, 115).
2. Gajus Caesar dedit vitam Pompejo Penno, deinde absoluto et agenti gratias porrexit osculandum sinistrum pedem (Sen. Benef. 2, 12, 1).
3. *Credebant hoc grande nefas et morte piandum,
Si juvenis vetulo non surrexerat* (Juv. 13, 54).

4. O quam res est contempta homo, nisi supra humanā surrexerit! (Sen. Nat. Quaest. Prologus 5).
5. Omnia vincat intentio, quam si totā mente in opus ipsum direxeris, nihil eorum, quae oculis vel auribus incursant, ad animum pervenient (Quint. 10, 3, 28).
6. *Pronāque quum spectent animalia cetērā terram,
Os homini sublimē dedit, caelumque tuērī
Jussit, et erectos ad sidēra tollēre vultūs* (Ov. Met. 1, 84).
7. Recentissimā quaeque sunt correctā et emendatā maxime (Cic. Acad. 1, 4, 13).

432.

A-spicio. Con-spicio. Per-spicio. Re-spicio. In-spicio.

1. Haec ego meis oculis aspexi (Apul. Met. 1, 13 = p. 11, 4).
2. *Haec (= Glauce), ubi conspexit juvenem, flammātā nitōre,
Aestuat et, laudans aliēni membra maritī,
Optat habere virum* (Dracont. Med. 371 = Poëtae lat. min. v. 5, p. 205).
3. Cujus tu fidem in pecunia perspexeris, verēre (= verēris) verba ei credēre? (Ter. Ph. 1, 2, 10 = 60).
4. Pelopidas non dubitavit, simulac conspexit hostem, conflagere (Nep. 16, 5, 3).
5. Clodius se e curia repente proripuit. Sed vecors repente sine suo vultu, sine colore, sine voce constittit, deinde respexit et, simulac Cn. Lentulum consulem aspexit, concidit in curiae paene limine (Cic. Harusp. resp. 1, 2).
6. Tenue est mendacium: perlucet, si diligenter inspexeris (Sen. Ep. 79, 18).

433.

Struo.

1. Nos nostras more nostro et modo instruximus legiones. Item hostes contra legiones suas instruunt (Pl. Amph. 1, 1, 66 = 221).
2. *Omnis enim res, --
Virtus, famā, decus, divīnā humanāque pulchris
Divitiis parent; quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, justus* (Hor. Sat. 2, 3, 94).
3. Vestra virtus nec oblivione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum insepulta esse poterit, quum vobis immortale monumentum suis paene manibus senatus populusque Romanus exstruxerit (Cic. Phil. 14, 12, 33).
4. Quidquid longa series multis laboribus, multa deum (= deorum) indulgentia struxit, id unus dies spargit ac dissipat (Sen. Ep. 91, 6).
5. Pyramides regum Aegyptiorum sepulchra sunt, adeo ingenti mole saxorum in mediis arenis Aegypti structa, ut inter septem miracula habeantur (Porphyr. ad Hor. Od. 3, 30, 2).
6. *Suave, mari magno turbantibus aequora ventis,
E terra magnum alterius spectare laborem;*

*Non quia vexari quemquam est jucundā voluptas,
Sed, quibus ipse malis careas, quia cernere suave est.
Per campos instructā, tuā sine parte pericli,
Suave etiam belli certamina magnā tuēri* (Lucr. 2, 1).

7. Quos dicam „bonos“, perspicuum est: omnibus enim virtutibus instructos et ornatos tum sapientes, tum viros bonos dicimus (Cic. Tusc. 5, 10, 28).
8. Jam hostes ante castra instructi stabant (Liv. 27, 47, 1).
9. Video carcērem publicum, saxis ingentibus structum, angustis foraminibus tenuem lucis umbram recipientem (Calpurn. Decl. 4 = p. 528 Lemaire).
10. Omnis cognitio multis est obstructa difficultatibus (Cic. Acad. 2, 3, 7).

434.

Těgo.

1. Brutus summam prudentiam simulatiōne stultitiae textit (Cic. Brut. 14, 53).
2. Scythae uxōres liberosque secum in plaustis vehunt, quibus coriis imbrium hiemisque causā tectis, pro domibus utuntur (Just. 2, 2, 4).
3. An deum aliquem protecturum vos rapturumque hinc putatis? (Liv. 3, 28, 4).
4. Quam tecta sunt semper consilia Fortunae! (Pacatus, Panegyricus 9 = p. 96 Baehrens).
5. In terram cadentibus corporibus iisque humo tectis, sub terra censebant reliquam vitam agi mortuorum (Cic. Tusc. 1, 16, 36).

435.

Trāho.

1. *Saepe mihi dubiam traxit sententiā mentem,
Curarent supēri terras, an nullus inesset
Rector, et incerto fluērent mortalia casu* (Claudian. Rufin. 1, 1).
2. Epicūrus ex animis hominum extraxit radicibus religiōnem (Cic. N. D. 1, 43, 121).
3. Non Hectōrem traxisti, sed corpus, quod fuerat Hectōris (Cic. Tusc. 1, 44, 105).
4. Aspērae facetiae, ubi multum ex vero traxere, acrem sui memoriam relinquunt (Tac. Ann. 15, 68, 15).
5. Ibi ex limo erūtā extractaque sunt ex stagno cadavēra, saxis aut amphōris, ut pondere traherentur in profundum, adnexā (Liv. 33, 29, 6).
6. Vitellius, religatis post terga manibus, injecto cervicibus laqueo, veste discissā, seminūdus in Forum tractus est (Suet. Vitell. 17).
7. Macedōnum regnum morte Alexandri distractum est in multa regna (Liv. 45, 9, 7).
8. Amicitia, inter pocula contracta, plerumque vitrea (B. 151).

Vēho.

1. Acilius consul, ut situm noscēret urbis, ab omni parte equo moenia est circumvectus. Sita est Heraclēā in radicibus Oetae montis, ipsā in campo, arcem imminentem loco alto et undique praecipiti habet (Liv. 36, 22, 4).
2. Amphictyōnis temporibus aquarum illuvies majorem partem populorum Graeciae absumpsit. Superfuerunt, quos refugia montium receperunt, aut ad regem Thessaliae Deucaliōnem ratibus evecti sunt, a quo propterea genus hominum conditum dicitur (Just. 2, 6, 9).

437.

Vivo.

1. Satis diu vel naturae vixi vel gloriae (Cic. Marc. 8, 25).
2. Mihi fere satis est, quod vixi, vel ad aetatem vel ad gloriam; huc si quid accesserit, non tam mihi, quam vobis rei publicae accesserit (Cic. Phil. 1, 15, 38).
3. Eā est enim profecto jucundā laus, quae ab iis proficiscitur, qui ipsi in laude vixerunt (Cic. Fam. 15, 6, 1).
4. *Vixi puellis nuper idoneus
Et militavi non sine gloria* (Hor. Od. 3, 26, 2).
5. *Vixi et, quem dederat cursum fortunā, perēgi* (V. Aen. 4, 653).
6. Quid igitur te, Marcia, movet? Utrum quod filius tuus decessit, an, quod non diu vixit? (Sen. Ad Marc. 19, 3).
7. *Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit* (Ov. Tr. 3, 4, 25).
8. *Cras vives? hodie jam vivere, Postūme, serum est.
Ille sapit, quisquis, Postūme, vixit heri* (Mart. 5, 58, 7).
9. *Rhaebe, diu, res si quā diu mortalibus ullā est,
Viximus* (V. Aen. 10, 861).
10. *Nam neque divitibus contingunt gaudia solis,
Nec vixit male, qui natus moriensque fefellit* (Hor. Ep. 1, 17, 9).
11. *Vixere fortes ante Agamemnōna
Multi, sed omnes illacrimabiles
Urgentur ignotique longā
Nocte, carent quia vate sacro* (Hor. Od. 4, 9, 25).
12. *Tu, quamcunque deus tibi fortunaverit horam,
Gratā sume manu, neu dulcia differ in annum,
Ut, quocunque loco fueris, vixisse libenter
Te dicas* (Hor. Ep. 1, 11, 22).
13. Feliciores sunt, qui vixerunt, quam qui nec nati sunt nec nascentur unquam (Erasm. 1, 156).
14. Vixi, quemadmodum volui; quare mortuus sim, nescio (Inscriptio sepulchralis = K. 1172).
15. Moriētur Epicūrus, quum duo et septuaginta annos vixerit (Cic. Fat. 9, 19).

16. Vixit ad summam senectutem valetudine optimā (Cic. Hortens. fragm. 11 = p. 283 Klotz).
17. Grave vulnus Macrinus noster accepit. Amisit uxorem singularis exempli. Vixit cum hac triginta novem annis sine jurgio, sine offensa (Plin. Epist. 8, 5, 1).
18. Nihil ex persōna poētae, sed omnia sub eorum, qui illo tempore vixerunt, (tragici) dissērunt (Vell. 1, 3, 2).
19. *Cras te victurum, cras, dicis, Postūme, semper. Dic mihi, cras istud, Postūme, quando vēnit?* (Mart. 5, 58, 1).
20. *Discite, o misēri, et causas cognoscite rerum, Quid sumus et quidnam victuri gignimur* (Pers. 3, 66).
21. Sperat adulescens, diu se victurum, quod sperare idem senex non potest (Cic. Sen. 68).

438.

Jungo.

1. L. Mummius urbem pulcherrimam atque ornatissimam Corinthum sustulit urbesque Aethiopiae Boeotiaeque multas sub imperium populi Romani subjunxit (Cic. Verr. 1, 21, 55).
2. Sejunge te, quaeso, aliquando ab iis, cum quibus te non tuum iudicium, sed temporum vincla conjunxerunt (Cic. Fam. 10, 6, 2).
3. Labor voluptasque, dissimillimā naturā, societate quadam inter se naturali sunt juncta (Liv. 5, 4, 4).
4. *Gloria vincendi juncta est cum milite, Caesar. Caesar, parcendi gloria sola tua est* (Antonio Tibaldeo = Hb. 76).
5. *Inquinat egregios adjuncta superbia mores* (Claudian. De IV cons. Hon. 305).
6. Voluptas non est voluptas, quae cum mala fama malaque conscientia conjuncta est (Erasm. 1, 28).
7. Nec illud negari potest, alterius vicem dolere ejusque calamitatem suam existimare — cum molestia, tristitia et aegritudine quadam conjunctum esse (Wetstenius).
8. Ex omnibus incommōdis nihil tolerabilius exsilio, praesertim innocenti, ubi nullā adjuncta est turpitudō (Cic. Fam. 7, 3, 3).
9. Omnium societatum nullā praestantior est, nullā firmitior, quam quum viri boni, moribus similes, sunt familiaritate conjuncti (Cic. Off. 1, 17, 55).

439.

Fingo.

1. Vetēres Fortunam non modo caecam et furenti similem, verum etiam volubili saxo pendentem effinxerunt, quod Fortunā iis videbatur omnia non solum temere et caeco impetu administrare, bonis adversā, malis hominibus prosperā, sed, instar globi vagā, necessitate quadam naturae volvi (Petrus Callyus ad Boëtii Consolationem philosophiae, a. 1695, p. 96).

2. Recte a Platone poëtae ejiciuntur ex ea civitate, quam finxit ille, quum optimos mores et optimum reipublicae statum exquireret (Cic. Tusc. 2, 11, 27).
3. Non facile dijudicatur amor verus et fictus (Cic. Fam. 9, 16, 2).
4. Verā gloriā radices agit atque etiam propagatur; fictā omnia celesiter, tanquam flosculi, decidunt, nec simulatum potest quicquam esse diuturnum (Cic. Off. 2, 12, 43).
5. O magnā vis veritātis, quae, contra hominum ingenia, calliditatem, sollertiam, contrāque fictas omnium insidias, facile se per se ipsa defendat! (Cic. Cael. 26, 63).
6. Fictas fabūlas, e quibus utilitas nullā ellici potest, cum voluptate legimus (Cic. Fin. 5, 19, 51).

440.

Pingo.

1. Artifici jucundius pingere est, quam pinxisse (Sen. Ep. 9, 7).
2. Ego te probe agnosco, cui non solum vestis mutata est, verum etiam facies totusque corporis habitus. Quot coloribus pictus es! Nulla avis aequae variat plumas suas (Erasm. 1, 184).
3. Nota tibi sunt dogmata philosophiae Stoicae, quae nomen accepit a porticu, in qua Zeno docuerat. Haec, Athenis in Ceramico sita, depicta erat a Polygnoto et Micono et Panaeno. Eminebat autem inter quattuor picturas pugna Marathonica (O. Jahn in commentario ad Persii Sat. 3, v. 52—62, p. 154).

441.

Ex-stinguo. Re-stinguo.

1. Exstincta parum fideliter incendia majore flamma reviviscunt (Flor. 1, 40, 14=3, 5, 14).
2. Favor et misericordia acres et vehementes primos impetus habent, paulatim consilio et ratione quasi restincta considunt (Plin. Ep. 2, 11, 6).

442.

Stringo.

1. Qui prior strinxerit ferrum, ejus victoria erit (Liv. 24, 38, 5).
2. *Sed fulgente trahit constrictos gloriae curru*
Non minus ignotos generosis (Hor. Sat. 1, 6, 23).
3. „Dii irati laneos pedes habent“ — proverbium, quo significatur, pedes deorum esse vinculo veluti laneo constrictos, et tarde quidem venire ad punienda scelera, venire tamen, et quidem tactos et inopinantibus (Forcellini in v. Laneus).
4. Equites Scipionis, vi oppido potiti, in medio foro lignis coacervatis, ignem subjiciunt atque ejus oppidi incolas vivos constrictosque in flammam conjiciunt atque ita acerbissimo afficiunt supplicio (Bell. Afr. 87, 2).

5. Nec metu nec adulandi foeditate constricta posteritas — incorrupta praeteritorum solet esse spectatrix (Amm. Marc. 30, 8, 1).
6. Centuriones in oppido, gladiis dstrictis, portas occupaverunt (Caes. B. G. 7, 12, 6).

443.

Figo.

1. Saucius factus sum in Venëris proelio: sagitta Cupido cor meum transfixit (Pl. Pers. 1, 1, 24 = 24).
2. Gladium in latere defixit (Ad Herenn. 4, 52, 65).
3. O spes hominum fragiles! o fallacia consilia! Haec eum quum maxime meditantem et eã unã in cogitatione noctes diesque defixum morbus gravis et mortifer occupavit. Quem quum et medicorum curã et singulãri victus temperantiã depulisse jam videretur, haud ita multo post, domum ut rediit lassus, denuo decubuit, nec alius ei postea morbi, quam vitae, finis fuit. Quo autem ille animo morbum saevientem, quo mortem certam jam et imminentem tulit! (Mureti Or. 26 = v. 1, p. 271—2).
4. Quod penitus infixum est animis hominum multoque usu confirmatum inveteravit ac velut in naturam abiit, — subito tolli sine magna pernicie tranquillitatis humanae non potest (Erasm. 1, 267).
5. Quod semel destinavi, clavo tabulari fixum est (Petr. 75).
6. Aurigã Darëi, qui, ante ipsum sedens, equos regebat, hastã transfixus est (Curt. 4, 15, 28).

444.

Fluo.

1. Fluvius Atrãtus sanguine fluxit (Cic. Div. 1, 43, 98).
2. Haec omnia ex eodem fonte fluxerunt (Cic. N. D. 3, 19, 48).
3. Saepe lapidum, sanguinis non nunquam, terrae interdum, quondam etiam lactis imber defluxit (Cic. Div. 1, 43, 98).
4. Ex Hispania Brutus ceterique exsules ad eum (= Marium) confluxerunt (Granius Licinianus, p. 16, 5 Flemmisch).
5. (Venus) *Dixit et avertens roseã cervicẽ refulsit, Ambrosiaequẽ comae divinum verticẽ odorem Spiravẽre; pedes vestis defluxit ad imos, Et verã incessu patuit deã* (V. Aen. 1, 402).

445.

Decerno.

1. „Hostes“ hi sunt, qui nobis aut quibus nos publice bellum decrevimus; cetëri „latrones“ aut „praedones“ sunt (Digesta 50, 16, 118).
2. Ego vero nihil impossibile arbitror, sed, utcunque fata decreverint, ita cunctã mortalibus provenire (Apul. Met. 1, 20 = p. 16, 19 Vliet).
3. Quae pessimi atque stultissimi decrevere, eã bonis et sapientibus faciendã sunt (Sall. Or. Phil. contra Lepidum).

4. *Faciāt, quid (=quod) lubet: sumat, consūmat, perdat: decrētum est pati* (Ter. Heaut. 3, 1, 55 = 464).

446.

Pĕto.

1. Impie egit Coriolānus, qui auxilium petiit a Volscis (Cic. Att. 9, 10, 3).
2. Mortem sapientes nunquam inviti, fortes saepe etiam libenter oppetiverunt (Cic. Catil. 4, 4, 7).
3. Erechthei filiae cupide mortem expetiverunt pro vita civium (Cic. Tusc. 1, 48, 116).
4. *An, si quis atro dente me petiverit, Inultus ut flebo puer?* (Hor. Epod. 6, 15).
5. Quam saepe, veniam qui negavit, petiit! Quam saepe ejus pedibus advolūtus est, quem a suis reppūlit! (Sen. Ira 2, 34, 4).
6. Clarae mortes, pro patria oppetitae, beatae videri solent (Cic. Tusc. 1, 48, 116).
7. *Lectio, quae placuit, decies repetitā, placebit* (Hor. A. P. 365. Bind. 1641).

447.

Quaero.

1. *Tu ne quaesieris (scire nefas), quem mihi, quem tibi Finem di dederint, Leuconoë* (Hor. C. 1, 11, 1).
2. Lacte (=lac) gallinaceum si quaesieris, invenies (Petron. 38).
3. In deligendo cibo et potu valetudinis potius, quam voluptatis ratio habenda est, neque tam sapor exquisitus, quam salubritas sequenda (Ernesti, Doctr. solid. 446).
4. Bellum ita suscipiatur, ut nihil aliud, nisi pax quaesita videatur (Cic. Off. 1, 23, 80).
5. Haec multo labore quaesita una eripuit hora (Cic. Sulla 26, 73).

448.

Sĕro.

1. Non enim temere nec fortuito sati et creati sumus (Cic. Tusc. 1, 49, 118).
2. *Aureā primā satā est aetas, quae, vindice nullo, Sponte suā, sine lege fidem rectumque colebat: Poenā metusque abĕrant* (Ov. Met. 1, 89).
3. Multae istarum arborum meā manu sunt satae (Cic. Senect. 17, 59).
4. Fateor, insitam esse nobis corporis nostri caritatem (Sen. Ep. 14, 1).
5. Habemus insitam quandam, vel potius innatam cupiditatem scientiae (Cic. Fin. 4, 2, 4).
6. Difficile est mutare animum et, si quid est penitus insitum moribus, id subito evellere (Cic. Epist. ad Quint. fr. 1, 1, 38).

449.

Sino.

1. Metus ac terror sunt infirmā vinclā caritātis, quae ubi removēris, qui timēre desiērint, odisse incipient (Tac. Agr. 32, 8).
2. Ajunt, Graecam Latinamque linguam jam pridem mortuas esse. Ego vero eas nunc demum non tantum vivēre et vigēre contendo, sed, si in tralatione perstandum est, firmā valetudīne uti, postquam esse in potestāte plebis desierunt (Mureti Or. 17 = v. 2, p. 160).

450.

Sperno.

1. Vanam gloriam qui spreverit, veram habebit (Liv. 22, 39, 20).
2. Nil tuto in hoste despicitur: quem spreveris, valentiorē neglegentiā facias (Curt. 6, 3, 11).
3. *Discite Donatum, pueri, puerilibus annis,
Ne spretus juvenes vos notet atque senes.*
4. Spretā in tempore gloriā interdum cumulatio redit (Liv. 2, 47, 11).

451.

Sterno.

1. Sitis praecipue fatigatos et saucios perurebat, passimque omnibus rivis prostraverant corpora, praeterfluentem aquam hianti ore captantes (Curt. 4, 16, 12).
2. Cimon apud Mycālen Cypriorum et Phoenicum classem devictam cepit eodemque die pari fortunā in terra usus est: namque, hostium navibus captis, statim ex classe copias suas eduxit barbarorumque maximam vim uno concursu prostravit (Nep. 5, 3, 2).
3. Ex horreis direptum effusumque frumentum vias omnes constraverat (Cic. Div. 1, 32, 69).
4. In hac ruina rerum stetit unā intēgra atque immobilis virtus populi Romani; haec omnia, stratā humi, erexit ac sustulit (Liv. 26, 41, 12).
5. Haec oppida quodam tempore florentissimā fuerunt, nunc prostratā et dirūtā ante oculos jacent (Cic. Fam. 4, 5, 4).

452.

Lacesso.

1. Omnino probabiliora sunt, quae lacessiti dicimus, quam quae priores (Cic. De or. 2, 56, 230).

453.

Arcesso.

1. Subinvideo tibi, ultro te etiam arcessitum ab eo (= a Caesare), ad quem ceteri non propter superbiam ejus, sed propter occupatiōnem aspirare non possunt (Cic. Fam. 7, 10, 1).

454.

Alo.

1. Aliēnas simultātes nec excīto nec alo; sed, ubicunque datur opportunitas, aut exstinguo aut mitlgo. His rationibus hactēnus vitavi invidiam, ac benevolentiam civium meorumalui (Erasm. 1, 244—5).
2. *Glans aluit vetēres* (Tib. 2, 3, 69).
3. Duo fratres inter se dissidebant; altēri filius erat. Patruus in egestatem incidit; patre vetante, adulescens illum aluit (Sen. Controv. 1, 1 = p. 67, 19).
4. Aluistis hoc incendium, quo nunc ardetis (Liv. 21, 10, 4).
5. Cui non educatōres, cui non magistri sui atque doctōres, cui non locus ipse mutus ille, ubi alltus aut doctus est, cum grata recordatiōne in mente versatur? (Cic. Planc. 33, 81).

455.

Cōlo.

1. *Curā pii dis sunt, et, qui coluēre, coluntur* (Ov. M. 8, 725).
2. *Temporis illius colui fovique poētas,
Quotque adērant vates, rebar adesse deos* (Ov. Tr. 4, 10, 41).
3. Nullā arbor, nullum culti soli occurrebat vestigium (Curt. 4, 7, 12).
4. *Corpora, foedā podāgrā,
Et senis amplexūs cultā puellā fūgit* (Tib. 1, 9, 73).

456.

Consūlo.

1. Priusquam incipias, consulto, et, ubi consulueris, matūre facto opus est (Sall. Cat. 1).

457.

Sēro.

1. Amicum non deserui (Cic. Fam. 11, 28, 2).
2. *Perdidit arma, locum virtutis deseruit, qui
Semper in augenda festinat et obruitur re* (Hor. Ep. 1, 16, 67).
3. *Raro antecedentem scelestum
Deseruit pede poenā claudio* (Hor. Od. 3, 2, 31).
4. Ita sentio et saepe disserui, Latinam linguam non modo non inōpem, sed locupletiozem etiam esse, quam Graecam (Cic. Fin. 1, 3, 10).
5. Vitā incultā et desertā ab amicis non potest esse jucundā (Cic. Lacl. 15, 55).
6. Cornificius poētā, a militibus desertus, interiit, quos saepe fugientes galeātos lepōres appellārat (Suetonius, p. 295, Roth).

458.

Gigno.

1. *Cāpit omnia tellus
Quae genuit; caelo tegitur, qui non habet urnam* (Lucan. 7, 819).

2. Naturā cupiditatem ingenuit homini veri videndi (Cic. Fin. 2, 14, 46).
3. Nihil parens illā rerum omnium (= naturā) sine ingentibus causis genuit (Plin. N. H. 29, 4 (17), 64).
4. Ignavissimā animalia, quae naturā ad fugam genuit, ubi exitus non patet, temptant pugnam corpore imbelli (Sen. Natur. quaest. 2, 59, 5).
5. Quicquid infixum et ingentum est, lenitur arte, non vincitur (Sen. Ep. 11, 1).
6. Ctesias scribit, in quadam gente Indiae feminas semel in vita parēre, genitosque confestim canescere (Plin. N. H. 7, 2, 23).

459.

Pōno.

1. *In se magnā ruunt: laetis hunc numina rebus
Crescendi posuere modum* (Lucan. 1, 81).
2. *Fallite fallentes: ex magna parte profānum
Sunt genus; in laqueos, quos posuere, cadant* (Ov. A. A. 1, 645).
3. *Peras imposuit Jupiter nobis duas.
Propriis replētam vitiis post tergum dedit,
Aliēnis ante pectus suspendit gravem.
Hac re videre nostra mala non possūmus;
Alii simul delinquant, censōres sumus* (Phaedr. 4, 10).
4. *Siccis omnia nam durā deus proposuit, neque
Mordāces aliter diffugiunt sollicitudīnes* (Hor. Od. 1, 18, 3).
5. *Hospes eras nostri semper, Matho, Tiburtīni.
Hoc emis, imposui: rus tibi vendo tuum* (Mart. 4, 80).
6. Plato in civitate, quam in libris suis condidit, commūnes esse muliēres censuit; et praemia viris fortibus summisque bellatoribus posuit saviatiōnes puellarum (Gell. 18, 2).
7. Vergilium paucissimos die composuisse versūs, auctor est Varus (Quint. 10, 3, 8).
8. Aegyptii et Babylonii omnem curam in sidērum cognitiōne posuerunt (Cic. Div. 1, 42, 93).
9. *Sollto finem imposuere labori* (Ov. Met. 6, 240).
10. Quamquam mortem quidem naturā omnibus proposuit, crudelitatem mortis et dedecus virtus propulsare solet (Cic. Phil. 4, 5, 12).
11. Legisse (me) apud philosophum Graecum memini (ni fallor, ille Aristotēles fuit in libro, quem de ebrietate composuit), muliēres raro in ebrietatem cadere, crebro senes, nec causam vel hujus frequentiae, vel illius raritatis adjecit (Macrob. 7, 6, 15).
12. Fortunatā omne aurum suum, omnia vestimenta vendidit et mi centum aureos in manu posuit (Petron. 76).
13. Scaevolā exposuit nobis sermōnem Laelii, de amicitia habitum ab illo secum et cum altēro genero (Cic. Lael. 1, 3).
14. Quotiens te pater ejus domu suā ejecit, quotiens custōdes posuit, ne limen intrares! (Cic. Phil. 2, 18, 45).
15. Tot quaestiōnes fortunā tibi posuit, nondum illas solvistis (Sen. Ep. 117, 25).

Pono.

1. In virtute posita est vera felicitas (Sen. Vita beata, 16, 1).
2. Quod pulcherrimum, idem tutissimum est, — in virtute spem positam habere (Liv. 34, 14, 4).
3. *Quae praebet latas arbor spatiantibus umbras,
Quo posita est primum tempore, virgā fuit* (Ov. R. A. 85).
4. Arbor citri omni paene tempore plenā est pomis, quae in ea partim matūrā, partim acerbā, partim adhuc in flore sunt posita (Serv. ad V. Ge. 2, 127).
5. *Stet, quicumque volet, potens
Aulae culmine lubrico.
Me dulcis satūret quies:
Obscūro positus loco,
Leni perfruar otio* (Sen. Thy. 391).
6. Ad quae noscendā iter ingrēdi, transmittēre mare solemus, eā, sub oculis positā, negligimus, seu quia ita naturā comparatum (est), ut, proximorum incuriōsi, longinquā sectemur, seu quod omnium rerum cupidō languescit, quum facilis occasio (est), seu quod differimus, tanquam saepe visūri, quod datur videre, quotiens velis cernere (Plin. Ep. 8, 20, 1).
7. *Sub tua (= Proserpinae) purpurei venient vestigia reges,
Deposito luxu, turbā cum paupere mixti.
Omnia mors aequat* (Claudian. Rapt. Pros. 2, 300).
8. *Periculōsae plenum opus aleae
Tractas et incēdis per ignes,
Suppositos cinēri dolōso* (Hor. Od. 2, 1, 6).
9. Rumpit interdum, interdum moratur propositā hominum fortunā (Vell. 2, 110).
10. Legibus et praemia proposita sunt virtutibus, et supplicia vitiis (Cic. De or. 1, 58, 247).
11. In melle sunt linguae sitae vestrae atque orationes lacteque; corda in felle sunt sita atque acerbō acēto (Pl. Truc. 178).
12. Vita mortuorum in memoria est posita vivorum (Cic. Phil. 9, 5, 10).
13. Ut palmae arbōris ramus, imposito onere, non deflectitur in terram ceterarum more, sed renititur et ultro adversus sarcinae pondus erigit sese, ita viri fortis animus, quo plus negotiis premitur quove magis saevit fortunā, hoc est erectior (Seyffert, Scholae lat. v. 2, p. 217).
14. Hispaniā, inter Africam et Galliam positā, Oceāni freto et Pyrenaeis montibus clauditur (Justin. 44, 1, 3).
15. In certamine bellorum exercitātā paucitas ad victoriam promptior est; rudis et indoctā multitūdo expositā semper ad caedem (Veget. 1, 1).
16. Magnā nobis a te propositā merces est (Cic. Ep. ad Qu. fratrem 3, 3, 4).

461.

Cuplo. Concupisco.

1. Salvum tu me esse cupisti (Cic. Planc. 33, 79).
2. Neque enim ille servitūtem vestram, ut antea, sed jam irātus sanguinem concupivit (Cic. Phil. 4, 5, 11).

462.

Rapio.

1. *Mantuā me genuit, Calābri rapuēre, tenet nunc Parthenōpe; cecīni pasqua, rura, duces* (Vergilius apud Suetonium p. 296 Roth).
2. Pentheum diripuisse ajunt Bacchas: nugas maximas fuisse credo (Pl. Merc. 2, 4, 1 = 469).
3. *Eripuit caelo fulmen, mox scepra tyrannis* (о Франклине) (K. 665).
4. *Illum ego per flammās et mille sequentia tela Eripui his humēris, medioque ex hoste recēpi* (V. Aen. 6, 110).
5. *Singulā de nobis anni praedantur euntes: Eripuēre jocos, Venērem, convivia, ludum; Tendunt extorquēre poēmata* (Hor. Ep. 2, 2, 55).
6. Pecuniam si cuipiam fortunā adēmit aut si alicujus (pecuniam) eripuit injuriā, tamen, dum existimatio est intēgrā, facile consolatur honestas egestātem (Cic. Quinct. 15, 49).
7. Ennius, antiquissimus vates, obsidiōnis famem exprīmens, offam eripuisse plorantibus libēris patres, commemorat (Plin. H. N. 18, 8 (19), 84).
8. Quo quisque est sollertior et ingeniosior, hoc docet iracundius et laboriosius: quod enim ipse celeriter arripuit, id quum tarde percipi videt, discruciat (Cic. Rosc. Com. 11, 31).
9. Nobis majores nostri rempublicam libēram reliquerunt; nos etiam socios nostros de servitūte eripuimus (Rutil. Lup. 2, 16 = Rhetores lat. min., ed. Halm, p. 20, 7).
10. *Nil non mortāle tenemus, Pectōris exceptis ingeniique bonis. En ego, quum patriā caream vobisque domoque, Raptaque sint, adīmi quae potuēre mihi, Ingenio tamen ipse meo comitorque fruorque: Caesar in hoc potuit juris habere nihil* (Ov. Tr. 3, 7, 43).
11. In ipso senectūtis limīne ereptus, impendentia deterioris aetātis incommōda morte vitasti (Mureti Or. 26 = v. 1, p. 272).
12. An deum aliquem protecturum vos rapturumque hinc putatis? (Liv. 3, 28, 4).
13. Mihi fortunā, multis rebus ereptis, usum dedit bene suadendi (Sall. Hist. 4, 61, 4).
14. Caesar suum familiārem et hospitem ereptum e manibus hostium videbat (Caes. B. G. 1, 53, 6).
15. Nulli, etiam cui rapinā feliciter cessit, gaudium rapti duravit in postērum (Sen. Ep. 74, 7).

16. Mithridates fugiens maximam vim auri atque argenti pulcherri-
marumque rerum omnium, quas et a majoribus acceperat et ipse
bello superiore ex tota Asia direptas in suum regnum congesserat,
in Ponto omnem reliquit (Cic. Imp. Pomp. 9, 22).

463.

Disco.

1. Verā didici dicere (Pl. Amph. 2, 2, 55 = 687).
2. *Dediscit animus sero, quod didicit diu* (Sen. Tro. 642).
3. Qui mori didicit, servire dedidicit (Sen. Ep. 26, 10).
4. *Perdidici, istaec esse verā, damno cum magno meo* (Pl. Asin. 1, 3, 35 = 187).
5. *Namque deos didici secūrum agere aevum* (Hor. Sat. 1, 5, 101).
6. *Ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores, nec sinit esse feros* (Ov. Pont. 2, 9, 47).
7. Littēras didicisti (Plaut. Truc. 735).
8. Nec didicere artem ullam (Plaut. Rud. 291).
9. Philosophari nunquam didici neque scio (Plaut. Merc. 147).
10. Felix, qui, aliorum malis edoctus, ipse mala vitare, a malis et dolore vacuus esse didicit! (Jacobs, Lat. Elementarbuch, VI, p. 130).
11. Neque littēras Graecas didici: parum placebat eas discere, quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerant (Sall. Jug. 85, 32).
12. Nemo facere metuit, quod se bene didicisse confidit (Veget. 1, 1).

464.

Cresco.

1. *Crescit amor nummi, quantum ipsā pecuniā crevit* (Juv. 14, 139).
2. *Creverunt et opes, et opum furiōsā cupido,
Et, quum possideant plurimā, plura volunt* (Ov. F. 1, 211).
3. Lacus in Albano nemore sine ullis caelestibus aquis causāve quā aliā in altitudinem insolitam crevit (Liv. 5, 15, 2).
4. Postquam Cn. Pompejus ad bellum maritimum atque Mithridaticum missus est, plebis opes imminutae, paucorum potentiā crevit (Sall. Cat. 39, 1).
5. In ruīnam pronā sunt, quae sine fundamentis crevere (Sen. Ira 1, 20, 2).
6. Educatio maximam diligentiam desiderat: facile est enim tenēros adhuc animos componere, difficulter reciduntur vitia, quae nobiscum creverunt (Sen. Ira 2, 18, 2).

465.

Nosco.

1. Novi ego ingenium viri indocile: flecti non potest, frangi potest (Sen. Thy. 199).
2. Novi ingenium mulierum: nolunt, ubi velis; ubi nolis, cupiunt ultro (Ter. Eun. 4, 7, 42 = 812).

3. Novi ego amantes: animum advertunt graviter, quae non censeas (Ter. Heaut. 3, 3, 9 = 570).
4. Expertus novi, quantā crux sit amor (Erasm. 1, 160).
5. *Si quid novisti rectius istis,
Candīdus imperti; si non, his utēre mecum* (Hor. Ep. 1, 6, 67).
6. Nosti mores mulierum: dum molliuntur, dum conantur, annus est (Ter. Heaut. 2, 2, 10 = 240).
7. Quis hoc loco nos novit? (Petron. 14).
8. Mediōcres poētas nemo novit, bonos pauci (Tac. De orat. 10).
9. Nec sunt beāti, quorum divitias nemo novit (Apul. Met. 5, 10).
10. *Verus amor nullum novit habere modum* (Prop. 3, 6, 30 = 2, 15, 30).
11. *Grammaticus, rhetor, geomētres, pictor, aliptes,
Augur, schoenobates, medicus, magus: omnia novit
Graecūlus esuriens; in caelum, jussēris, ibit* (Juv. 3, 76).
12. *Nos haec novimus esse nihil* (Mart. 13, 2, 8).
13. *At chartis nec furta nocent, nec saecūla prosunt,
Solāque non norunt haec monumenta mori* (Mart. 10, 2, 11).
14. *Hunc servare modum nostri novēre libelli:
Parcēre persōnis, dicere de vitiis* (Mart. 10, 33, 9).
15. Plerique neque in rebus humanis quicquam bonum norunt, nisi quod fructuosum sit, et amicos, tanquam pecūdes, eos potissimum diligunt, ex quibus sperant se maximum fructum esse capturos (Cic. Lael. 21, 79).
16. *Pax — optimā rerum
Quas homini novisse datum est; pax unā triumphis
Innumēris potior* (Sil. It. 11, 592).
17. Bellum (= pulchrum) est suā vitia nosse (Cic. Att. 2, 17, 2).
18. Magnā res est vocis et silentii tempora nosse (Sen. De moribus, 74).
19. *Principis est virtus maximā nosse suos* (Mart. 8, 15, 8).
20. *Nosse velint omnes, mercēdem solvère nemo* (Juv. 7, 157).
21. Habet suos quisque mores, et est suā cuique sententiā; et, si verum fatēri volūmus, sunt suā cuique vitia; quae, si usquam, certe in matrimonio novisse oportet, non odisse (Erasm. 1, 173).
22. Inventa sunt specūla, ut homo ipse se nosset (Sen. N. Q. 1, 17, 4).
23. Hectōra quis nosset, si felix Troja fuisset?
Publicā virtuti per malā factā viā est (Ov. Tr. 4, 3, 75).
24. L. Ampelius Macrino suo salutem. Volenti tibi omnia nosse scripsi hunc librum memoriālem, ut noris, quid sit mundus, quid elementa, quid orbis terrarum ferat vel quid genus humanum peregerit (Ampelius, p. 1, Woelfflin).
25. Nostrum unum quemque optime norunt (Cic. Verr. 1, 6, 17).
26. Nosti me: quod semel destinavi, clavo tabulari fixum est (Petron. 75).
27. Nemo potest de ea re, quam non novit, non turpissime dicere (Cic. De or. 2, 24, 101).
28. *Cetērā nec verum nec fas animantia norunt;
Verum et fas unus novit et odit homo* (Scaliger, Poēmata omnia, p. 25).

29. Eā loca eosque homines, de quibus cotidie audimus, nosse jucundum est (Mureti Praefatio = v. 2, p. 220).
30. Calvisio Sabīno memoriā tam malā erat, ut illi nomen modo Ulixis excidēret, modo Achillis, modo Priāmi, quos tam bene noverat, quam paedagōgos nostros novimus (Sen. Ep. 27, 5).
31. Amōre patriae censes nos nostrorum majorum inventa nosse debere (Cic. De or. 1, 58, 247).

466.

Nosco.

1. Adhuc neminem cognōvi poētam, qui sibi non optimus videretur: sic se res habet: te tuā, me delectant meā (Cic. Tusc. 5, 22, 63).
2. Facilius Porsennā Mucio ignōvit, quod voluērat occidēre, quam sibi Mucius, quod non occidērat (Sen. Ep. 24, 5).
3. Soli ex animantibus nos astrorum ortūs, obltūs cursūsque cognovimus (Cic. N. D. 2, 61, 153).
4. Amas Egnatium Marcellinum atque etiam mihi saepe commendas; amabis magis commendabisque, si cognoveris ejus recens factum (Plin. Ep. 4, 12, 1).
5. Quum te tranquillum animo esse cognovero, de iis rebus, quae hic geruntur, certiozem faciam (Cic. Fam. 4, 5, 6).
6. Ne mitissimus quidem victor statim ignovit (Sen. Controv. 10, 3 (32), 14 = p. 489, 9).
7. Quid est tam futile, quam quidquam approbare non cognitum? (Cic. Acad. 2, 18, 59).

467.

Pasco.

1. *Pastor, arator, eques, — pavi, colui, superavi, — Capras, rus, hostes, — fronde, ligōne, manu* (Poētae lat. min., v. 4, N 194: Ad Vergilium).

468.

Quiesco.

1. *Nox erat, et placidum carpebant fessā sopōrem
Corpora per terras, silvaeque et saevā quiērant* (= quieverant)
Aequōra (V. Aen. 4, 522).

469.

Suesco.

1. Nullum vocabūlum neutrum comparativum, numēro pluralivo, casu recto, ante extremum a habet i littēram, sicūti: meliora, majora, graviora. Proinde igitur plura, non pluria dici consuēvit (Gell. 5, 21).

2. Nam qui mentiri aut fallere insuerit (= insueverit) patrem, haud dubie tanto magis audebit ceteros (Ter. Ad. 1, 1, 30 = 55).
3. *Exsilia mihi sunt haud novā, assuevi malis* (Sen. Agam. 302).
4. Pelopidas, quum Thessaliam in potestatem Thebanorum cuperet redigere legationisque jure satis tectum se arbitraretur, quod apud omnes gentes sanctum esse consuesset, a tyranno Alexandro Pheraeo comprehensus, in vincla coniectus est (Nep. 16, 5, 1).
5. Qui semel a veritate deflexit, hic non majore religione ad perjurium, quam ad mendacium, perdūci consuevit (Cic. Rosc. com. 16, 46).
6. Quid est illud, quod contumeliā dicitur? Coram uno aliquid dictum ridemus, coram pluribus—indignamur, et eorum aliis libertatem non relinquimus, quae ipsi in nos dicere assuevimus (Sen. De const. 16, 4).

470.

Exardesco.

1. Bellum subito exarsit (Cic. Lig. 1, 3).
2. Totā Italiā desiderio libertatis exarsit (Cic. Phil. 10, 9, 19).

471.

Convalesco.

1. *Principiis obsta: sero medicina paratur, Quum malā per longas convaluere moras* (Ov. R. A. 91).
2. Ille in morbum continuo incidit, ex quo non convaluit (Cic. Fam. 13, 29, 4).

472.

Scisco.

1. Quidam eorum mortem sibi ipsi consciverunt (Liv. 22, 61, 9).
2. A natura luxuriā descivit, quae cotidie se ipsā incitat et tot saeculis crescit et ingenio adiuvat vitia (Sen. Ep. 90, 19).

473.

Ico.

1. Ptolemaeus in proelio telo venenato ictus est (Cic. Div. 2, 66, 135).
2. Tyrannus fuit ille et fulmine ictus est, et poenas diis immortalibus dedit (Quint. Decl. 274 = p. 133 Lemaire).
3. Nam canis, quando est percussus lapide, non tam illum appetit, qui sese icit, quam illum eum ipsum lapidem, qui (= quo) ipsa icta est (Pacuvius = Diehl p. 50).

474.

Lino.

1. *Ego laudo ruris amoeni Rivos et musco circumlita saxa nemusque* (Hor. Ep. 1, 10, 7).

475.

Lucesco.

1. Quem potes recordari in vita illuxisse tibi diem laetiolem? (Cic. Phil. 1, 12, 30).
2. *Inter spem curamque, timōres inter et iras
Omnem crede diem tibi diluxisse supremum:
Gratā superveniet, quae non sperabitur horā* (Hor. Ep. 1, 4, 12).

476.

In-notesco.

1. *Quicumque turpi fraude semel innotuit,
Etiam si verum dicit, amittit fidem* (Phaedr. 1, 10, 1).

477.

Rodo.

1. Ex Campania prodigiā nuntiātā erant, mures in aede Jovis aurum rosisse (Liv. 27, 23, 2).

478.

Ob-stupesco.

1. *Obstupui, stetēruntque comae, et vox faucibus haesit* (V. Aen. 2, 774 = 3, 48).
2. Membra mihi metu debilia sunt: animus timore obstupuit (Ter. Ad. 612).

479.

Sugo.

1. Paene cum lacte nutrīcis errōrem suxisse videmur (Cic. Tusc. 3, 1, 2).

480.

Tundo.

1. Hannibal magis vires Romanorum contūdit, quam animos fregit (Val. Max. 3, 2, 11).
2. Ita me miserum et meos discipulos fustibus male contuderunt (Plaut. Aul. 409).
3. In pertusum ingerimus dicta dolium: operam ludimus (Plaut. Pseud. 369).

481.

Tingo.

1. Hercūli Dejanirā sanguīne Centauri tinctam tunīcam induit (Cic. Tusc. 2, 8, 20).

482.

Venio.

1. Vēni, vidi, vici (Suet. Caes. 37).
2. Cur in theātrum, Cato sevēre, venisti? (Mart. 1, Prooem., v. 3).
3. Vēnit amor gravius, quo serius (Ov. Her. 4, 19).
4. Minus stultus est is, cui nihil in mentem vēnit, quam ille, qui, quod stulte altēri vēnit in mentem, comprōbat (Cic. Cluent. 31, 84).
5. *Nemo ad id sero vēnit, unde nunquam, Quam semel vēnit, potērit reverti* (Sen. H. F. 869).
6. *Vēnit summā dies et ineluctabile tempus Dardaniae. Fuimus Troes; fuit Ilium et ingens Gloriā Teucrorum* (V. Aen. 2, 324).
7. Ac mihi quidem jam pridem vēnit in mentem, bellum (= pulchrum) esse aliquo exire, ut eā, quae agebantur hic quaeque dicebantur, nec viderem nec audirem (Cic. Fam. 9, 2, 3).
8. Quid non miraculo est, quum primum in notitiam vēnit? (Plin. 7, 1, 6).
9. Ut quis ex longinquo revenērat, miracūla narrabant (Tac. Ann. 2, 24).
10. Quam multā (mala) non exspectatā venerunt! Quam multā exspectatā nusquam comparuerunt! Etiamsi futurum est, quid juvat dolori suo occurrere? Satis cito dolebis, quum venerit; interim tibi meliora promitte (Sen. Ep. 13, 10).
11. Casus mirificus quidam intervēnit (Cic. Fam. 7, 5, 2).
12. Pythagōras, quum in geometria quiddam novi invenisset, Musis bovem immolavisse dicitur (Cic. N. D. 3, 39, 88).
13. Juventutem nemo intellēgit discedere, sed discessisse; et senectūtem non sentimus advenire, sed advenisse (Sen.)
14. Advēnit maxīmi discriminis dies, quo Caesar Antoniusque, productis classibus, pro salūte alter, in ruīnam alter terrarum orbis dimicāvere (Vell. 2, 85, 1).
15. Galeam, gladium, hastam Lacedaemonii invenerunt (Plin. 7, 57, 200).
16. *Invidiā Sicūli non invenere tyranni Majus tormentum* (Hor. Ep. 1, 2, 58).
17. Aesculapius primus purgatiōnem alvi dentisque evulsiōnem, ut ferunt, invēnit (Cic. N. D. 3, 22, 58).
18. Jam portum invēni: Spes et Fortunā, valete: Nil mihi vobiscum; ludite nunc alios (More = K. 643).
19. Invēni portum: Spes et Fortunā valete: Sat me lusistis; ludite nunc alios (Janus Pannonius = Hb. 109).
20. Jam Antiphōnem convēni, affinem meum, cumque eo revēni ex inimicitia in gratiam. Videte, quaeso, quid potest pecunia (Pl. Stich. 3, 1, 7 = 408).
21. Cunctas natiōnes et urbes populus aut primores aut singuli regunt; delectā ex iis et consociatā reipublicae formā laudari facilius, quam evenire, vel, si evēnit, haud diuturnā esse potest (Tac. Ann. 4, 33).

22. Beneficia eo usque laetā sunt, dum videntur exsolvi posse; ubi multum antevenēre, pro gratia odium redditur (Tac. Ann. 4, 18).
23. Vēnit ad nos Cicēro tuus ad cenam (Cic. Qu. fr. 3, 1, 6, 19).
24. Nunc, cujus jussu venio, et quamobrem venerim, dicam, simulque ipse elōquar nomen meum (Pl. Amph. Prol. 17).
25. *O! quid solūtis est beatius curis,
Quum mens onus repōnit ac peregrino
Labōre fessē vēmīmus larem ad nostrum
Desideratoque acquiescīmus lecto!* (Catull. 31, 7).
26. Comoediam apud Graecos, dubium est, quis invenerit primus; apud Latinos certum est (De tragoedia et comoedia, p. XLV, Lemaire in editione Terentii).
27. Vēni postridie, ipse non vēnit (Cic. Phil. 5, 7, 19).
28. Placet: vive. Non placet: licet eo reverti, unde venisti (Sen. Ep. 70, 15).
29. Epicūrus ait: „Non accēdet ad rempublicam sapiēns, nisi si quid intervenerit“. Zenon ait: „Accēdet ad rempublicam, nisi si quid impederit“ (Sen. ad Serenum de otio, 3, 2).
30. Si latet in vino verum, ut proverbialia discunt, Invēnit verum Teuto, vel inveniet (Medulla facetiarum, 267).
31. Huc Mithridātes cum uno, cui maximam habebat fidem, vēnit (Nep. 14, 11, 2).
32. *Metus quum vēnit, rarum habet somnus locum* (Syr. 352).
33. Helvetii in Aeduorum fines pervenērunt eorumque agros populabantur (Caes. B. G. 1, 11, 1).
34. Maxime commōvent, quae contra spem expectationemque evenērunt (Sen. Ira 2, 31, 2).

483.

Venio.

1. Consilia calidā et audacia, primā specie laetā, tractātu durā eventu tristia sunt (Liv. 35, 32, 13).
2. Quae est in hominibus tantā perversitas, ut, inventis frugibus, glande vescantur? (Cic. Or. 9, 31).
3. Inventa sunt specūla, ut homo ipse se nosset (Sen. N. Q. 1, 17, 4).
4. Quid dulcius, quam habere amicum, cum quo audeas, ut tecum, omnia loqui? Servandus ergo est omni diligentīā raro inventus amicus: est enim alter ego (Sen. De mor. 20).
5. *Multos in summā pericūla misit
Ventūri timor ipse mali.* (Lucan. 7, 104).
6. Quum utile esset scire tempestātem ventūram, ad multā signa attendebant vetēres,— ad cantūs avium, ad motūs quadrupēdum (Wetstenius).
7. Ventum ad supremum est (V. Aen. 12, 803).
8. *Frustra, quum ad senectam ventum est, repētas adolescentiam* (Syr. 210).
9. Si reventum in gratiam est, bis tanto amici sunt inter se, quam prius (Pl. Amph. 3, 2, 61 = 942).

10. Nihil est simul et inventum et perfectum (Cic. Brut. 18, 70).
11. Plurimae caedes circa Copaldem paludem inventae; ibi ex limo erūtā extractāque sunt ex stagno cadavēra, saxis aut amphōris, ut pondere traherentur in profundum, adnexā (Liv. 33, 29, 6).
12. Ut ventum Romam est, prius sociorum legāti, quam regis, auditi sunt (Liv. 32, 37, 1).
13. Edēpol, me uxōri exoptatum credo adventurum domum, quae me amat, quam contra amo (Pl. Amph. 2, 2, 22 = 654).
14. Rex Deiotārus legātos ad me misit, se cum omnibus suis copiis in mea castra esse venturum (Cic. Fam. 15, 4, 5).
15. *Quod est venturum, sapiens quāsi praesens cavet* (Syr. 615).
16. Omnia, quae ventura sunt, in incerto jacent: protinus vive (Sen. De brev. vitae 9, 1).

484.

Aperio. Operio. Comperio. Reperio.

1. Re ipsa reppēri, facilitāte nihil esse homini melius neque clementiā (Ter. Ad. 5, 4, 6 = 860).
2. Octaviānus Augustus auxit ornavitque Romam aedificiis multis, isto glorians dicto: „Urbem lateritiam reppēri, relinquo marmoream“ (Aurel. Vict. Epit. 1, 21).
3. Quomōdo lucem diemque omnibus hominibus, ita omnes terras fortibus viris naturā aperuit (Tac. Hist. 4, 64, 18).
4. *Aprilem memōrant ab aperto tempore dictum* (Ov. F. 4, 89).
5. *Cautus enim metuit foveam lupus accipiterque suspectos laqueos, et opertum miluus hamum* (Hor. Ep. 1, 16, 50).
6. Stadium centum viginti quinque nostros efficit passūs, hoc est, pedes sexcentos viginti quinque. Posidonius (dicit), non minus quadraginta stadiorum a terra altitudinem esse, in quam nubila ac venti nubesque perveniant; inde purum liquidumque et imperturbatae lucis aëra. — Insignes sunt illae Posidonii mensūrae, quae non multum recēdunt a veritate, observationibus nobis comperitā. Nubes enim in summa altitudine a terra ascendunt circiter triginta milia pedum; nec aliā ferme est mensūrā Posidonii in quadraginta stadiis (Brotier) (Plin. N. H. 2, 23 (21), 85).
7. Opertā quae fuere, apertā sunt (Plaut. Capt. 521).
8. Comperitum est, in bello plurimum ingenium posse (Sall. Cat. 2, 2).
9. Magnus est in republica campus, multis apertus cursus ad laudem (Cic. Phil. 14, 6, 17).
10. Quia voluntas, tacitis nobis, intellēgi non potest, verba reperta sunt (Cic. Caecina, 18, 53).
11. Adulatio quam similis est amicitiae! Non imitatur tantum illam, sed vincit et praetērit. Apertis ac propitiis auribus recipitur (Sen. Ep. 45, 7).

485.

Haurio.

1. Multos imperitos nandi aut invalldos, graves lorlcis aliisque tegminibus, hausere gurgites (Liv. 5, 38, 8).
2. Effusā flammā uno repente omnia incendio hausit (Liv. 30, 6, 5).
3. Caesā aut haustā flammis quadraginta milia hominum sunt (Liv. 30, 6, 8).
4. Multi (equites) fugientes interfecti (sunt); nec ferro tantum perire, sed, in palūdes quidam coniecti, profundo limo cum ipsis equis hausti sunt (Liv. 31, 37, 8).
5. Quum tantum labōris exhaustum sit et ad finem jam opēris tandem perventum, relinquendāne haec censētis? (Liv. 5, 5, 6).

486.

Saeptio.

1. Cur armatorum corōnā senatus saeptus est? Caritāte te et benevolentīā civium saeptum oportet esse, non armis (Cic. Phil. 2, 44, 112).
2. Expugnate Nolam, campestem urbem, non flumine, non mari saeptam (Liv. 23, 45, 10).

487.

Sentio.

1. Sensi ego in optimo filio, tu in exspectatis ad amplissimam dignitātem fratribus, Scipio, mortem omni aetāti esse commūnem (Cic. Sen. 19, 68).
2. Omnibus aut ipse affui cladibus, aut, quibus affui, maxime unus omnium eas sensi (Liv. 26, 41, 11).

488.

Vincio.

1. Caesar suos praemiis, adversarios clementiae specie devinxerat (Cic. Phil. 2, 45, 116).
2. Viros optimos summo beneficio in perpetuum tibi tuisque devinxis (Cic. Fam. 13, 7, 5).
3. Habetis libertātem, quam petistis: foro medio, luce clarā, videntibus vobis, vinculus ad mortem rapior (Liv. 23, 10, 7).
4. Ad sinistram intransibus, non longe ab ostiarii cella, canis ingens, catēnā vinculus, in pariēte erat pictus, superque scriptum: „Cave, cave canem“ (Petron., 29).
5. Non est animus in sua potestate, ebrietate devinctus (Sen. Ep. 83, 16).

489.

Salio (De-silio).

1. Rex quoque in pericūlo fuit. Salūti fuit eques, qui raptim ipse desiluit pavldumque regem in equum subjēcit (Liv. 31, 37, 9).

490.

Sepelio.

1. *Sperandum est vivis, non est spes ullā sepultis* (B. 3190).
2. *Ingeniis non ille favet plauditque sepultis* (Hor. Ep. 2, 1, 88).

Отложительные глаголы.

ВТОРОЕ СПРЯЖЕНИЕ (§ 291).

491.

Fateor.

1. Quum id posset infitiri, repente praeter opinionem omnium confessus est (Cic. Catil. 3, 5, 11).
2. Se ab reo pecuniam, quum iudex esset, clam accepisse, confessus est (Cic. Cluent. 31, 85).

492.

Reor.

1. Hoc verbum in pectus Jugurthae altius, quam quisquam ratus erat, descendit (Sall. Jug. 11, 7).
2. Sed eā res longe aliter, ac ratus erat, evēnit (Sall. Jug. 7, 3).

ТРЕТЬЕ СПРЯЖЕНИЕ (§ 292).

493.

Fungor.

1. Nemo parum diu vixit, qui virtutis perfectae perfecto functus est munere (Cic. Tusc. 1, 45, 109).
2. Ita maximis honoribus perfunctus es, ut te semper homines majoribus dignum judicarent (Mureti Or. 26 = v. 1, p. 272).
3. Cogita, nullis defunctum malis affici: illā, quae nobis infēros faciunt terribles, fabulam esse, nullas imminere mortuis tenēbras, nec carcērem, nec flumina igne flagrantia, nec obliuōnis amnem, nec tribunalia et reos et in illā libertate tam laxā ullos itērum tyrannos. Luserunt istā poētae, et vanis nos agitavere terroribus (Sen. Ad Marc. 19, 4).
4. Apud quasdam gentes scimus adhuc legem servari, ut a propinquis suis consumantur defuncti, adeo quidem, ut objurgentur aegri frequenter, quod carnem suam faciant pejorem (Petron. 141).

5. Uxorem vivam amare voluptas est, defunctam religio (Stattus, Silv. l. 5, proem. = p. 125 ed. Baehrens).
6. Xenophon in ea militia, quā cum Cyro minore perfunctus est, suā scribit somnia, quorum eventūs mirabiles exstiterunt (Cic. Div. 1, 25, 52).

494.

Loquor.

1. *Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locūtum* (Dion. Cato 1, 12).
2. Nonne, si locuturus es cum aliquo quamlibet docto, uno tamen, minus commovēris, quam si cum multis, vel indoctis? (Plin. Ep. 7, 17, 8).
3. *O quotiens et quae nobis Galatēā locutā est!* ((V. Ecl. 3, 72).
4. Xenophontis voce Musas quasi locutas (esse), ferunt (Cic. Orat. 19, 62).
5. *Saepe etiam stultus fuit opportunā locutus* (Erasmus, Adagia, p. 676).
6. Latine Apollo nunquam locutus est (Cic. Div. 2, 56, 116).
7. Dulcia atque amārā apud te sum elocutus omnia (Pl. Pseud. 694).

495.

Sēquor.

1. Fortunā, ut saepe alias, virtutem est secūtā (Liv. 4, 37, 7).
2. *Mirā cano: sol occubuit, nox nullā secutā est* (K. 1554).
3. Senectus nos in cursu, a tergo insēquens, necopinantes assecutā est (Cic. Tusc. 1, 39, 94).
4. Et sine sapientia et sine eloquentia et sine ullo vero bono multi eā, quae vulgo habentur amplissimā, et olim consecuti sunt, et cotidie consequuntur (Muretus, Ep. 94, p. 143).
5. Reliquimus omnia et secuti sumus te.
6. Nemo, qui fortitudinis gloriam consecutus est insidiis et malitiā, laudem est adeptus (Cic. Off. 1, 19, 62).
7. Leonides, Alexandri paedagōgus, quibusdam eum vitiis imbuit, quae robustum quoque et jam maximum regem ab illā institutione puerilli sunt persecuta (Quint. 1, 1, 9).
8. Alexander percultos hostium fudit, fugientes prudentius, quam avidius, persecutus est (Curt. 4, 16, 29).
9. Extremus elephantorum dies fuit, in quo admiratio magnā vulgi atque turbae, delectatio nullā exstītit. Quin etiam misericordiā quaedam consecutā est atque opinio ejusmodi, esse quandam illi beluae cum genere humano societātem (Cic. Fam. 7, 1, 3).
10. Qui pro republica vitam ediderunt, nunquam, mehercūle, eos mortem potius, quam immortalitatem, assecutos putavi (Cic. Planc. 37, 90).
11. Illi impii, quos caecidistis, etiam ad infēros poenas parricidii luent; vos, qui extremum spiritum in victoria effudistis, piorum estis sedem et locum consecuti (Cic. Phil. 14, 12, 32).

12. Pro mortali condiçione vitae immortalitatem estis consecuti (Cic. Phil. 14, 12, 33).

496.

Queror.

1. Hoc majores nostri questi sunt, hoc nos querimur, hoc posteri nostri querentur, eversos mores, regnare nequitiam, in deterius res humanas et omne nefas labi. At ista eodem stant loco stabuntque, paulum dumtaxat ultra aut citra mota (Sen. Benef. 1, 10, 1).

497.

Complexor.

1. Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares; sed omnes omnium caritates patria una complexa est (Cic. Off. 1, 17, 57).
2. Non enim solum Fortunam caecam est, sed eos etiam plerumque efficit caecos, quos complexa est (Cic. Lael. 15, 54).
3. Hic me complexus est conspersitque lacrimis (Cic. Planc. 41, 99).
4. Terram nos nascentes excipit, natos alit semelque editos sustinet semper, novissime complexa gremio (Plin. N. H. 2, 63, 154).

498.

Labor.

1. Regiam, crede mihi, res est succurrere lapsis (Ov. Pont. 2, 9, 11).
2. Caesar, prolapsus in egressu navis, verso ad melius omne, „Teneo te“, inquit, „Africa“ (Suet. Caes. 59).
3. Iniquum est collapsis manum non porrigere: commune hoc jus generis humani est (Sen. Contr. 1, 1, 14 = p. 75, 8).
4. Lingua lapsa verum dicit (B. 1667).
5. In aliquantum jam altitudinis excitata erant moenia, quum subito collapsa ruina sunt (Liv. 29, 18, 17).
6. Lucretiam cultrum, quem sub veste abdolum habebat, eum in corde defigit, prolapsaque in vulnus, moribundam cecidit (Liv. 1, 58, 11).
7. Nunquam in solido stetit superbam felicitas, et ingentium imperiorum magnam fastigiam oblivione fragilitatis humanae collapsa sunt (Sen. Suas. 2, 3 = p. 13, 20).

499.

Nitor.

1. Nihil rerum mortalium tam instabile ac fluxum est, quam famam potentiae non sua vi nixae (Tac. Ann. 13, 19).
2. Milites, genu dextro innixi, nutum consulis ad consurgendum expectabant (Liv. 8, 9, 14).

500.

Utor.

1. Omnes et habentur et dicuntur tyranni, qui potestāte sunt perpetuā in eā civitatē, quae libertāte usā est (Nep. 1, 8, 3).
2. **A.** Nimīrum sum usus amicissimo medico. — **B.** Quonam? — **A.** Non alio, quam me ipso, nisi si quem arbitraris mihi me ipso amiciorem (Erasm. 1, 301).
3. Punitis ingeniis, gliscit auctoritas; neque aliud externi reges, aut qui eādē saevitiā usi sunt, nisi dedēcus sibi atque illis gloriam peperere (Tac. Ann. 4, 35).
4. Difficilius est temperare felicitati, quā te non putes diu usurum (Tac. Hist. 2, 47).

501.

Ag-grēdior. In-grēdior. E-grēdior. Di-grēdior. Pro-grēdior.

1. O fortunāte, nescis, quid mali praeterieris, qui nunquam es ingressus mare! (Ter. Hec. 3, 4, 4, = 418).
2. Tribūni plebis dixerunt, nihil non aggressuros homines, si magnā conātis magnā praemia proponantur (Liv. 4, 35, 7).
3. In eundem portum, ex quo eram egressi, magnā jactati tempestāte, confūgimus (Cic. Tusc. 5, 2, 5).
4. Galli, silentio ex castris egressi, ad campestris munitiōnes accēdunt (Caes. B. G. 7, 81, 1).
5. Conjux Darēi receperat in sinum filium, nondum sextum annum aetātis egressum, in spem tantae fortunae, quantam pater ejus paulo ante amiserat, genitum (Curt. 3, 11, 24).
6. Scipio cum magna caede hostium urbem est ingressus (Liv. 24, 41, 9).
7. Pelopidas in proelio, procul digressus a suis, conjectu telorum confossus conclidit (Nep. 16, 5, 4).
8. Nihil est pejus iis, qui, paulum aliquid ultra primas littēras progressi, falsam sibi scientiae persuasiōnem induerunt (Quint. 1, 1, 8).
9. Frequenter irritā est ejus voluntas, qui non, quae facilia sunt, aggreditur, sed vult facilia esse, quae aggressus est (Sen. Ira 3, 7, 1).

502.

Patior.

1. Maximum solacium est cogitare, id sibi accidisse, quod ante se passi sunt omnes, omnesque passuri (Sen. Ad Polyb. 1, 3).
2. *O socii, — neque enim ignāri sumus ante malorum, — O passi graviora, dabit deus his quoque finem* (V. Aen. 1, 198).
3. *Utīlis interdum est ipsis injuriā passis* (Ov. Her. 17, 187).
4. Quam multā passus est Ulixes in illo errore diuturno! (Cic. Off. 1, 31, 113).

5. Virgo Vestālis Claudiā, patrem complexā triumphantem, ab inimico tribūno plebei de curru detrāhi passa non est (Cic. Cael. 14, 34).

503.

Morior.

1. Nil unquam peccavit, nisi quod mortuā est (Inscriptio).
2. *Passer mortuus est meae puellae, Passer, deliciae meae puellae, Quem plus illā oculis suis amabat* (Catull. 3, 1).
3. Jacet corpus dormientis, ut mortuū; viget autem et vivit animus (Cic. Div. 1, 30, 63).
4. Vixi, quemadmodum volui; quare mortuus sim, nescio (Inscriptio sepulchralis).
5. Nam videbar somniare me ego esse mortuum (Ennius apud Cic. Acad. 2, 16, 51 = Diehl p. 49).
6. Ajunt, Graecam Latinamque linguam jam pridem mortuas esse. Ego eas nunc demum non tantum vivēre et vigēre contendo, sed, si in translatione perstandum est, firmā valetudine uti, postquam esse in potestate plebis desierunt (Mureti Or 17 = v. 2, p. 160).
7. Ave, imperator, morituri te salutant (Suet. Claud. 21).
8. Spes bonā dat vires, animum quoque spes bonā firmat; Vivēre spe vidi, qui moriturus erat (Adespoton = K. 3104).
9. *Mortuā hic ego sum, et sum cinis; is cinis terrā est. Si est terrā deā, ego sum deā, mortua non sum* (Inscriptio ap. Friedlaenderum, IV, 366).
10. Medici nunquam aegris dicunt, illo morbo eos esse morituros (Cic. Div. 2, 25, 54).
11. Eo ipso die puer ante noctem mortuus est (Cic. Cluent. 9, 27).
12. Illi sunt mortui scelēris tui testes (Cic. Verr. 5, 46, 121).
13. Nullā sum, nullā sum, totā, totā occidi, cor metu mortuum est, membra miserāe tremunt (Plaut. Cas. 621).
14. Valet apud nos clarorum hominum et bene de republica meritorum memoriā etiam mortuorum (Cic. Sest. 9, 21).
15. Tu illum amas mortuum (Cic. Phil. 2, 43, 110).
16. Condiunt Aegyptii mortuos et eos servant domi, Persae etiam cerā circumlitos condunt (Cic. Tusc. 1, 45, 108).
17. Vulgus existimat, mortuorum animas circa tumulos et corporum suorum reliquias oberrare (Lactant. 2, 2 = p. 63 Gersdorf).
18. Bene fecit Regūlus, quod est mortuus (Plin. Ep. 6, 2, 4).
19. Tiberius tertio et vigesimo imperii anno, aetatis septuagesimo octavo, ingenti omnium gaudio, mortuus est in Campania (Eutr. 7, 11).

504.

Adipiscor.

1. Nihil est virtute amabilius; quam qui adeptus erit, ubicunque erit gentium, a nobis diligetur (Cic. N. D. 1, 44, 121).

2. Lentūlus summos honores a populo Romano adeptus est (Cic. Cluent. 42, 118).
3. Nihil aeque gratum est adeptis, quam concupiscentibus (Plin. Ep. 2, 15, 1).
4. Nemo, qui fortitudinis gloriam consecutus est insidiis et malitiā, laudem est adeptus (Cic. Off. 1, 19, 62).
5. Si amicitiam tuam ero adeptus, me bonum amicum habebis (Nep. 2, 9, 4).

505.

Expergiscor.

1. Sublto experrectus sum, epistolā tuā acceptā, et tam bellum somnium perdidit (Sen. Ep. 102, 2).
2. Sero experrectus es (Sen. Ep. 122, 10).

506.

Nanciscor.

1. Milvo est quoddam bellum quasi naturāle cum corvo: ergo alter alterius, ubicunque nactus est, ovā frangit (Cic. N. D. 2, 49, 125).

507.

Nascor.

1. Non sum uni angulo natus; patria meā totus hic mundus est (Sen. Ep. 28, 4).
2. *Mulier profecto natā est ex ipsā morā* (Pl. Mil. 4, 7, 9 = 1292).
3. *Inimici famam non ita, ut natā est, ferunt* (Pl. Pers. 3, 1, 23 = 351).
4. Feliciores sunt, qui vixerunt, quam qui nec nati sunt nec nascentur unquam (Erasm. 1, 156).
5. Ita vixi, ut non frustra me natum existimem (Cic. Senect. 23, 84).
6. Decessit Alexander mense uno minus annos tres et triginta natus, vir supra humanam potentiam magnitudine animi praeditus (Just. 12, 16, 1).
7. *Apri — animal propter convolviam natum* (Juv. 1, 141).
8. *Optima Grajorum sententiā, quippe homini ajunt Non nasci esse bonum, natum aut cito morte potiri* (Auson. Id. 15, 49).
9. *O fortunatam natam me consule Romam!* (Cic. ap. Quint. 9, 4, 41).
10. *Ver erat aeternum, placidique tepentibus auris Mulcebant Zephyri natos sine semine flores* (Ov. Met. 1, 107).
11. Facilius est egestatem ferre in hac natis (Quint. Decl. 269 = p. 108 Lemaire).
12. *Hic domus Aenāe cunctis dominabitur oris, Et nati natorum, et qui nascentur ab illis* (V. Aen. 3, 97).

13. Si mortuorum aliquis miseretur, et non natorum misereatur (Sen. Ad Marc. 19, 5).
14. Venus ex mari nata est (Lambinus ad Hor. Od. 1, 3, 1).
15. Nemo tam pauper esse potest, quam natus est (Minuc. Fel. Oct. 36, 5).
16. *Humānā matre natus, humāno patre, Mirari non est aequum, sibi si praetimet* (Pl. Amph. Prol. 28).
17. Prodigia aliā visā eo anno Romae sunt, aliā nuntiata. In foro et comitio et Capitolio sanguinis guttae visae sunt, et terrā aliquotiens pluvit, et caput Vulcāni arsit. Nuntiatum est, Nare amni lac fluxisse; pueros ingenuos Arimīni sine oculis ac naso, et in Picēno agro non pedes, non manūs habentem natum (Liv. 34, 45, 6—7).
18. Quidquid est natum, moritur. Quidquid moritur, natum erat (Sen. De remed. fort. 2, 6).
19. Ut aliarum nobis rerum innata dulcedo est, sic amicitiae (Sen. Ep. 9, 17).
20. Sermōne eo debemus uti, qui innatus est nobis (Cic. Off. 1, 31, 111).
21. Omnes, quicumque nati sunt eruntve, non solum miseri, sed etiam semper miseri. Quoniam etiam mortui miseri sunt, in miseriam nascimur sempiternam (Cic. Tusc. 1, 5, 9).
22. Malo astro natus est (Petron. 134).
23. Sunt ingeniis nostris semina innata virtutum (Cic. Tusc. 3, 1, 2).
24. Non nobis solum nati sumus, ortusque nostri partem patriā sibi vindicat, partem amici (Cic. Off. 1, 7, 22).
25. Amisisti matrem statim natā, immo dum nascēris; crevisti sub noverca (Sen. Ad Helviam, 2, 4).
26. Quidam de partu uxoris mathematicum consuluit. Is respondit, virum fortem nasciturum et parricidam (Quint. Excerpta declam., v. 5, p. 416 Lemaire).

508.

Obliviscor.

1. Obliti salutis meae, de vobis ac de vestris liberis cogitate (Cic. Catil. 4, 1, 1).
2. Nec vero quemquam senem audivi oblitum, quo loco thesaurum obruisset (Cic. Sen. 7, 21).

509.

Proficiscor.

1. P. Lentulum patrem Rhodi esse ajunt, Alexandrae filium, Rhodoque Alexandream C. Cassium profectum esse constat (Cic. Att. 11, 13, 1).
2. Omnes, qui gloriae famaeque ducuntur, mirum in modum assensio et laus, a minoribus etiam profecta, delectat (Plin. Ep. 4, 12, 6).
3. Caesar itinere terrestri profectus est in Syriam (Bell. Alex. 33, 5).
4. In Britanniam te profectum non esse, gaudeo (Cic. Fam. 7, 17, 3).

510.

Ulciscor.

1. *Moriēmur inultae?*
Sed moriāmur, ait. Sic, sic juvat ire sub umbras (V. Aen. 4, 659).
2. Quum bene nos, Jupiter, juvisti, dique alii omnes, vobis habeo grates atque ago, quia probe sum ultus meum inimicum (Pl. Pers. 755).
3. Caesar non solum publicas, sed etiam privātas injurias ultus est (Caes. B. G. 1, 12, 7).
4. Non, hercle, is sum, qui sum, ni hanc injuriam meque ultus fuero (Pl. Men. 472).

511.

Revertor.

1. Quum per insūlas in Asiam naviganti mihi nuntiatum esset, Rhodios naves complures instructas et paratas in aqua habere, Rhodum deverti (Lentulus ap. Cic. Epist. fam. 16, 15, 2).
2. Pomptinus, conscendens jam navem, Ephēso Laodicēam revertit.
3. Dejotārus rex nihil unquam, nisi auspiciāto, gerit. Itaque persaepe revertit ex itinēre, quum jam progressus esset multorum dierum viam (Cic. Div. 1, 15, 27).
4. Victor e Thessalia Brundisium cum legionibus revertisti (Cic. Phil. 2, 24, 59).
5. Principes civitātum, qui ante fuerant, ad Caesarem reverterunt (Caes. B. G. 1, 31, 1).
6. Philosophi nobilissimi innumerabiles, semel egressi, nunquam domum reverterunt (Cic. Tusc. 5, 37, 107).
7. Legāti, qui missi in Macedoniam erant, jam reverterant Romam (Liv. 41, 19, 4).
8. Caesar, discēdens, post diem septimum sese reversurum confirmat (Caes. B. G. 6, 33, 4).
9. Sullā, Athēnas reversus, in principes seditiōnis et noxios animadvertit (Granius Licinianus, p. 24, 3).

512.

Paciscor.

1. His malis fracti, Lacedaemonii in annos triginta pepigerunt pacem (Justin. 3, 7, 1).

513.

Defetiscor. Fessus.

1. Ego vapulando, ille verberando usque ambo defessi sumus (Ter. Ad. 2, 2, 5 = 213).
2. Detur aliquando otium quiesque fessis! (Sen. H. F. 925).

3. *Somne, quies rerum, placidissime somne deorum,
Pax animi, quem curā fugit, qui corda, diurnis
Fessā ministeriis, mulces reparasque labōri* (Ov. Met. 11, 623).
4. Diurnitate pugnae hostes defessi proelio excedebant, alii integris viribus succedebant (Caes. B. G. 3, 4, 3).

ЧЕТВЕРТОЕ СПРЯЖЕНИЕ (§ 295).

514.

Experior.

1. Experto credite (V. Aen. 11, 283).
2. Expertus novi, quantā crux sit amor (Erasm. 1. 160).
3. Dulce bellum inexpertis (Erasm. Adagia in v. Imperitia).
4. *Dulcis inexpertis culturā potentis amici;
Expertus metuit* (Hor. Ep. 1, 18, 86).
5. Quod ipsi experti non sunt, id docent ceteros (Cic. De or. 2, 18, 76).
6. Haec est hominum totā ratio, ut, quod experti non sunt, nequāquam esse posse arbitrentur (Augustin. Civ. 2, 3 = v. 2, p. 489, 6 Dombart).
7. Nunquam illud oraclum Delphis tam celēbre et tam clarum fuisset, neque tantis donis refertum omnium populorum atque regum, nisi omnis aetas oraclorum illorum veritatem esset experta (Cic. Div. 1, 19, 37).
8. Adamantem lapīdem multi apud nos habent, et maxime auriflces insignitoresque gemmarum; qui lapis nec ferro nec igni nec alia vi ullā perhibetur, praeter quam hircīno sanguīne, vinci. Sed, qui eum habent atque noverunt, numquid ita mirantur, ut hi, quibus primum potentiā ejus ostenditur? Quibus autem non ostenditur, fortasse nec credunt, aut, si credunt, inexpertā mirantur (Augustin. Civ. 21, 4).
9. Desponderat filiam viro acri et pro causa plebis expertae virtutis (Liv. 3, 44, 3).
10. Expertus scribo, quod scribo (Plin. Ep. 7, 25, 2).
11. Plerumque creditur iis, qui experti sunt (Cic. Top. 19, 74).

515.

Orior.

1. Omnia ortā occidunt et auctā senescunt (Sall. Jug. 2, 3).
2. Diluculum est, quum, sole nondum orto, jam lucet; secundum diluculum vocatur mane, quum lux videtur solis (Censorin. 24 et Macrob. Sat. 1, 3).
3. *Flumina paucā vides magnis de fontibus ortā;
Plurimā collectis multiplicantur aquis* (Ov. R. A. 97).
4. Lunā, si, splendens exortā, puro nitōre fulsit, serenitatem; si rubicundā, ventos; si nigrā, pluvias portendere creditur (Plin. N. H. 18, 79, 347).

5. Oves, quas pasclmus, ortae sunt ab ovibus feris; sic, quas allimus, caprae a capris feris (sunt) ortae (Varr. R. R. 2, 3, 3 = p. 223, 7).
6. Ortā omnia intereunt (Sall. Epist. ad Caes. 1, 5).
7. Tibi a me nullā ortā est injuriā (Ter. Ad. 2, 1, 35 = 189).
8. Omnia mala exempla ex rebus bonis orta sunt (Sall. Cat. 51, 27).
9. Odium, certaminibus ortum, ultra metum durat et ne in victis quidem deponitur (Vell. 1, 12, 7).
10. Etruscā gens orta est Sardibus ex Lydia. Tyrrhēnus enim, inde profectus cum magna manu eorum, occupavit eam partem Italiae, quae nunc vocatur Etruriā (Festus, p. 430 Lindsay).
11. Sublito tempestātes coortae sunt maximae (Cic. Verr. 1, 18, 46).
12. Tum insidiatores, exorti, saxa duo ingentia devolvunt, quorum altēro caput ictum est regi, altēro humērus (Liv. 42, 15, 9).
13. Haec quum dixisset (Epaminondas), risus omnium cum hilaritāte coortus est (Nep. 15, 8, 5).

516.

Ordior.

1. Celtibēri in Hispania, qui, bello domiti, se Ti. Graccho dediderant, pacati manserant, M. Titinio praetōre obtinente provinciam, rebellarunt sub adventum Ap. Claudii, orsiq̄ue bellum sunt ab repentina oppugnationē castrorum Romanorum (Liv. 41, 26, 1).
2. Scipio adhortandorum militum causā talem orationem est exorsus (Liv. 21, 39, 10).
3. *Conticuere omnes intentiq̄ue ora tenebant.*
Inde toro pater Aeneas sic orsus ab alto (V. Aen. 2, 1).

517.

Assentior.

1. Ejus sententiae libenter assensus sum (Cic. Phil. 11, 6, 15).

Полуотложительные глаголы.

ВТОРОЕ СПРЯЖЕНИЕ (§ 294).

518.

Audeo.

1. Non est ausus meam domum possidēre (Cic. Dom. 41, 107).
2. Et tu apud patres conscriptos contra me dicere ausus es (Cic. Phil. 2, 21, -51).
3. Caesus est virgis Athenagōras, qui in fame frumentum exportare erat ausus (Cic. Flacc. 7, 17).
4. Cares, qui tum Lemnum incolebant, Miltiādi resistēre ausi non sunt atque ex insula demigrarunt (Nep. 1, 2, 5).
5. Epicurūs se unus sapientem profiteri est ausus (Cic. Fin. 2, 3, 7).
6. Turpe quid ausurus te sine teste time (Thales apud Ausonium, Septem sapient. sent.).

519.

Gaudeo.

1. Cognitā morte C. Trebonii, non plus gavisus sum, quam dolui (Cic. Phil. 13, 10, 22).
2. Frustra sum igitur gavisus miser (Ter. Heaut. 857).

520.

Soleo.

1. Credere necesse est, Jovis ipsius simulacri faciem diebus festis minio illi solitum (esse) triumphantiumque corpora. Cujus rei causam equidem miror, quamquam et hodie id (= minium) expeti constat Aethiōpum populis totosque eo tingi procēres, hunc ibi deorum simulacris colorem esse (Plin. N. H. 33, 7 (36), 111).
2. Est in Originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus (Cic. Tusc. 1, 2, 3).

ТРЕТЬЕ СПРЯЖЕНИЕ (§ 295).

521.

Fido.

1. Eis amicis sociisque confisus, Catilinā opprimendae reipublicae consilium cepit (Sall. Cat. 16, 4).
2. Pars Aquitaniae sese Crasso dedit obsidesque ultro misit; paucae nationes, anni tempore confisae, hoc facere neglexerunt (Caes. B. G. 3, 27).
3. Massilienses, et celeritate navium et scientia gubernatorum confisi, circumvenire nostros contendebant (Caes. B. G. 1, 58, 1).
4. P. Sextius Baculus, diffisus suae atque omnium salutis, inermis ex tabernaculo prodit (Caes. B. G. 6, 38, 2).

Неправильные глаголы (§ 296—314).

522.

1. Possum (§ 297—298).

1. *Non amo te, Sabidi, nec possum dicere, quare;
Hoc tantum possum dicere: non amo te* (Mart. 1, 32 (33), 1).
2. *Non omnia possumus omnes* (V. Ecl. 8, 63).
3. Neque non possunt di futura praenoscere (Cic. Div. 2, 51, 105).
4. Potest igitur testibus iudex non credere? Cupidis et iratis et conjuratis et ab religione remotis non solum potest, sed etiam debet (Cic. Font. 10, 21 [6, 11]).
5. *Ipsa quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secus ac flumen. Neque enim consistere flumen,
Nec levis hora potest; sed, ut unda impellitur unda,
Urgeturque prior veniente, urgetque priorem,
Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur,
Et nova sunt semper* (Ov. Met. 15, 179).

6. *Cunctis potest accidere, quod cuius potest* (Syr. 150).
7. De pictore, sculptore, fictore, nisi artifex, judicare non potest (Plin. Ep. 1, 10).
8. *Rebus in angustis facile est contemnere vitam; Fortiter ille facit, qui miser esse potest* (Mart. 11, 56, 15).
9. Quae de illo dicuntur, dici non possunt; quae dici possunt, non dicuntur (Auct. ad Her. 4, 28, 39).
10. *Nulla placere diu nec vivere carmina possunt, Quae scribuntur aquae potoribus* (Hor. Ep. 1, 19, 1).
11. Sine opera tua di horum nil facere possunt (Pl. Cist. 1, 1, 51 = 51),
12. *Dis proximus ille est, Quem ratio, non ira movet; qui, facta rependens, Consilio punire potest* (Claudianus, De consulatu Fl. Mallii Theodori, 227).
13. *Gaudes carminibus; carmina possumus donare* (Hor. Od. 4, 8, 11).
14. *Videre nostram mala non possumus; Alii simul delinquunt, censores sumus* (Phaedr. 4, 10, 4).
15. Nec reprehendere libet, nec laudare possum (Cic. Leg. 3, 9, 22).
16. Nemini ego possum esse bene merenti de republica non amicus (Cic. Prov. cons. 9, 24).
17. Audi reliqua et risum contine, si potes (Cic. Fin. 4, 25, 71).
18. Tu, Caesar, civitatem dare potes hominibus, verbo non pote (Suetonius, De ill. gramm., 22).
19. *Quod sum, non potes esse; Tu quod es, e populo quilibet esse potest* (Mart. 5, 13, 9).
20. Nemo omnia potest scire (Varr. R. R. 2, 1, 2).
21. Praeterita mutare non possumus (Cic. Pis. 25, 59).
22. Miserius stultitiam quid possumus dicere? (Cic. N. D. 1, 9, 23).
23. Apud omnes gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitae necisque potestatem esse (Gaj. Inst. 1, § 52).
24. Canes et latrare et mordere possunt (Cic. R. A. 20, 57).
25. Praeterita magis reprehendi possunt, quam corrigi (Liv. 30, 30, 7).
26. *Difficilis, facilis, jucundus, acerbus es idem; Nec tecum possum vivere, nec sine te* (Mart. 12, 47).
27. Qui non est vir bonus, potest nihilominus medicus esse, potest gubernator, potest grammaticus tam, mehercules, quam coquus (Sen. Ep. 87, 17).

523.

Posse.

1. *Juvenile vitium est regere non posse impetum* (Sen. Tro. 250).
2. *Vix a te videor posse tenere manus* (Ov. Am. 1, 4, 10).
3. Atque hoc scelesti in animum inducunt suum, Jovem se placare posse donis, hostiis: et operam et sumptum perdunt (Pl. Rud. 22).
4. Quid est in vita miserius, quam mori? Quid in morte, quam non posse sepeliri? (Sen. Contr. 8, 4 = p. 384, 14).
5. Scio, quidvis homini accidere posse (Cic. Phil. 12, 10, 24).

6. Saepe audivi, poëtam bonum neminem sine inflammatiōne animorum existēre posse et sine quodam afflātu quasi furōris (Cic. De or. 2, 46, 194).
7. Dicet, rempublicam administrari sine metu ac severitatē non posse (Cic. Verr. 5, 9, 22).

524.

Potero.

1. *Nec tibi nobilitas poterit succurrere amanti:
Nescit amor priscis cedere imaginibus* (Prop. 1, 5, 23).
2. Quum per valetudinem et per anni tempus navigare poteris, ad nos veni (Cic. Fam. 16, 7).
3. *Et venit ecce Mycon, venit et vicinus Iolas:
Litibus hi vestris poterunt imponere finem* (Calpurn. Ecl. 1, 6, 92).
4. Dicam, si potero, latine. Scis enim, me graece loqui in latino sermone non plus solere, quam in graeco latine (Cic. Tusc. 1, 8, 15).
5. **A.** Injuriam accipere potero.—**B.** Gaude: facere non poteris (Sen. De remed. fort. 10, 2).
6. *Jamque opus exegi, quod nec Jovis ira nec ignis
Nec poterit ferrum nec edax abolere vetustas* (Ov. Met. 15, 871).

525.

Poteram.

1. *Quam bene, Caune, tuo poteram nurus esse parenti,
Quam bene, Caune, meo poteris gener esse parenti!* (Ov. Met. 9, 488).
2. Atticus mendacium neque dicebat neque pati poterat (Nep. 25, 15, 1).

526.

Potui.

1. *Quae potui, feci; faciant meliora potentes* (Adespoton).
2. Ignosco tibi, si neque Poenorum jura calles, neque nostras potuisti leges inspicere (Cic. Balb. 14, 32).
3. Unde illa potuit, quae docebat alios, ipse didicisse? (Cic. Div. 2, 23, 51).
4. Quid per se peregrinatio prodesse cuiquam potuit? (Sen. Ep. 104, 13).
5. Bello graviore pugnavi, quo necesse fuit etiam senibus militare, quo fortes esse non potuerunt, etiam qui priore bello fuerant (Sen. Contr. 8, 5 = p. 386).
6. Non omnes casus providere legum latores potuerunt (Quint. Decl. 274 = p. 131 Lemaire).
7. Qui celeriter arma capere potuerunt, paulisper nostris restiterunt (Caes. B. G. 4, 15, 4).

8. Potuisti populāri hanc terram, quae te (= Coriolānum) genuit atque aluit? (Liv. 2, 40, 60).
9. Saepe, qui miserēri potuit, misericordiam rogat (Comicus apud Sen. Contr. 9, 27, p. 428 = Diehl p. 72).
0. *Felix, qui potuit rerum cognoscere causas!* (V. Georg. 2, 490).

527.

Possim. Possem.

1. Ut non omnem frugem neque arborem in omni agro reperire possis, sic non omne facinus in omni vita nascitur (Cic. Rosc. Am. 27, 75).
2. Habet multitudo vim quandam talem, ut, quemadmodum tibi cen sine tibiis canere, sic orator sine multitudine audiente eloquens esse non possit (Cic. De or. 2, 83, 338).
3. Utinam tam facile veram invenire possim, quam falsam convincere! (Cic. N. D. 1, 32, 91).
4. *Nemo tam divos habuit faventes, Crastinum ut posset sibi polliceri* (Sen. Thy. 619).
5. Beatus est nemo, qui eam lege vivit, ut non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interflicti possit (Cic. Phil. 1, 14, 35).
6. *Qui non vetat peccare, quum possit, jubet* (Sen. Tro. 291 Leo = = 300 Peiper).
7. Quid mihi jucundius, quam, quum coram tecum loqui non possim, aut scribere ad te, aut tuas legere litteras? (Cic. Fam. 12, 30, 1).
8. *Impedit iram animum, ne possit cernere verum* (Dion. Cato, 2, 4).
9. Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quae modo asellus onustus auro posset ascendere (Cic. Att. 1, 16, 12).
10. *Nil prodest, quod non laedere possit idem* (Ov. Tr. 2, 266).
11. Quam multa sunt vota, quae etiam sibi fati pudet! Quam paucam, quae facere coram teste possumus! (Sen. Benef. 6, 38, 5).
12. Optimum est pati, quod emendare non possis (Sen. Ep. 107, 9).
13. Quae domus tam stabilis, quae tam firma civitas est, quae non odiis atque dissidiis funditus possit everti? (Cic. Lael. 7, 23).
14. *Nil admirari — prope res est una, Numici, Solaque, quae possit facere et servare beatum* (Hor. Epist. 1, 6, 1).

528.

2. Edo (§ 299—300).

1. *Cur, Quae laedunt oculos, festinas demere; si quid Est animum, differs curandi tempus in annum? Dimidium facti, qui coepit, habet: sapere aude; Incipe* (Hor. Ep. 1, 2, 37).
2. Esse oportet, ut vivas, non vivere, ut edas (Auct. ad Her. 4, 28, 39).
3. Qui e nucis nucleum esse vult, frangit nucem (Pl. Curc. 1, 1, 55 = 55).

4. Ad haec pervenitur verba: „Virtus et philosophiā et justitiā—verborum inanium creptus est; unā felicitas est—bene vitae facere: esse, bibere, frui patrimonio,—hoc est vivere, hoc est se mortālem esse meminisse“ (Sen. Ep. 123, 10).
5. Quid cessamus proelium committere? Dum mane est, omnes esse mortāles decet (Pl. Persa, 1, 3, 32 = 112).
6. *Carpe cibos digītis: est quidam gestus edendi: Ora nec immundā totā perunge manu* (Ov. A. A. 3, 755).
7. Pater, avus, proāvus, abāvus, atāvus, tritāvus, quasi mures, semper edere aliēnum cibum, neque edacitate eos quisquam poterat vincere (Pl. Persa, 1, 2, 5 = 57).
8. De mendico male meretur, qui ei dat, quod edit (= edat) aut bibat: nam et illud, quod dat, perdit, et illi producit vitam ad miseriam (Pl. Trin. 2, 2, 62 = 339).
9. *Ergo etiam, quum me supremus adēderit ignis, Vivam, parsque mei multā superstes erit* (Ov. Am. 1, 15, 39).
10. *Lusisti satis, edisti satis atque bibisti: Tempus abire tibi est* (Hor. Ep. 2, 2, 214).
11. Quas herbas pecūdes non edunt, homines edunt (Pl. Pseud. 3, 2, 36 = 825).
12. Si ursus hominem comest, quanto magis homo debet ursum comesse (Petron. 66).

529.

3. Fero (§ 301—303).

1. Ego pretium ob stultitiam fero (Ter. Andr. 3, 5, 4 = 610).
2. Omnibus inimicis reipublicae esse me acerrimum hostem, prae me fero (Cic. Fam. 12, 28, 3).
3. Altērā manu fert lapīdem, panem ostentat altērā (Pl. Aul. 2, 2, 18 = 195).
4. *Qui fert malis auxilium, post tempus dolet* (Phaedr. 4, 18, 1).
5. *Saepe, premente deo, fert deus alter opem* (Ov. Tr. 1, 2, 4).
6. *Uvas fert vitis triplīces: est primā voluptas, Ebrietas sequitur, numērum sed nauseā finit* (Medulla facietiarum, 305).
7. Suā quisque facta ad caelum fert (Sall. Jug. 53, 8).
8. Multos videmus homines optimos et innocentissimos (quantum quidem hominis naturā fert) in vita nunquam respirare a molestiis, sed perpetuā quadam calamitatum serie usque ad extremum spiritum premi (Mureti Or. 3 = v. 2, p. 27).
9. *Pacem huc fertis, an arma?* (V. Aen. 8, 114).
10. Quaedam falsā veri speciem ferunt (Sen. Ira 2, 22, 2).
11. *Multā ferunt anni venientes commōda secum; Multā recedentes admunt* (Hor. A. P. 175).
12. *Nec jurare time: Venēris perjuria venti Irritā per terras et freta summā ferunt* (Tib. 1, 4, 21).
13. Venatōres in nive pernoctant; famem, sitim, frigus, vigiliam ferunt; cum apris, cum ursis aliisque indomitae feritatis animalibus de vita saepenumero decernunt ac dimicant (Mureti or. 15 = v. 2, p. 138).

14. Omnes arbōres, quo magis senescunt, hoc maturius ferunt fructūs (Plin. N. H. 16, 27 (50), 116).
15. Qui audierunt synphoniam, ferunt secum in auribus modulatiōnem illam ac dulcedīnem cantuum (Sen. Ep. 123, 9).
16. Amor — non optimus consultor: nam caecum esse ferunt (Erasm. 1, 153).
17. Post mediam noctem ferunt verā esse somnia (Acolastus, 413).
18. Mercurium Galli omnium inventōrem artium ferunt, viarum atque itinērum ducem (Caes. B. G. 6, 17, 1).

530.

Сложные с fero (§ 303).

1. Arrideo omnibus, salūto ac resalūto benigne, nullius animo repugno, nullius institūtum aut factum damno, nemini me praefēro (Erasm. 1, 244).
2. In crastinum diffēro res sevēras (Nep. 16, 3, 2).
3. „Nunc hic dies aliam vitam affert, alios mores postulat“, ut ait Terentius (Andr. 1, 2, 18) (Cic. Fam. 12, 25, 5).
4. Dies affert vel horā potius, nisi provisum est, magnas saepe clades (Cic. Phil. 3, 1, 2).
5. Ad omnia aliā aetāte sapius rectius; solum unum hoc vitii senectus affert hominibus: attentiores sumus ad rem omnes, quam sat est (Ter. Ad. 5, 3, 46 = 833).
6. *Vivitur parvo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui sallnum,
Nec leves somnos timor aut cupidō
Sordidus aufert* (Hor. Od. 2, 16, 13).
7. Profert mores plerumque oratio et animi secretā detēgit. Nec sine causa Graeci prodiderunt, „ut vivat, quemque etiam dicere“ (Quint. 11, 1, 30).
8. *Castā refert castae genetricis filiā mores,
Lasctvae nunquam filiā castā fuit* (Owen ap. Bind. 451).
9. *Vix equidem credo, sed et insultare jacenti
Te mihi, nec verbis parcere, fama refert* (Ov. Pont. 4, 3, 27).
10. Haud parvi refert ad hilaritatem convivii, quo quisque loco se deat (Erasm. v. 2, p. 76).
11. Notavi in chirogrāpho ejus (= Augusti) illā praecipue: non dividit verba nec ab extrema parte versuum abundantes littēras in alterum transfert, sed ibidem statim subjicit circumductique (Suet. Aug. 87).
12. Plebs a populo eo differt, quo species a genere: nam appellatiōne populi — universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis et senatoribus; plebis autem appellatiōne — sine patriciis et senatoribus cetēri cives significantur (Justin. Inst. 1, 2, 4 = Gaj. 1, 3).
13. Qui amat, cui odio ipse (= ipse) est, eum bis facere stulte duco: labōrem inānem ipse capit et illi molestiam affert (Ter. Hec. 343).
14. Quid mihi aufert, qui ridet? (Petron. 61).

15. Molestus est jucundum somnium videnti, qui excitat: auferi enim voluptatem, etiamsi falsam, effectum tamen verae habentem (Sen. Ep. 102, 1).
16. *Restituunt furtum fures, vi raptā latrones;*
Omnia mors auferit restituitque nihil (Owen = Broeder, p. 94).
17. Plus molestiarum affēerunt nonnullis parentibus liberorum mores, quam mortes (Erasm. 1, 157).
18. **A.** Innumeras curas secum afferunt libēri. — **B.** Sed iidem innumeras voluptates (Erasm. 1, 156).
19. Lictōres consulibus et praetoribus fasces et secures praeferunt, tamquam dignitatis insignia (Cic. Qu. fr. 1, 1, 13).
20. Si imagines nobis amicorum absentium jucundae sunt, quae memoriam renovant et desiderium absentiae falso atque ināni solacio levant, — quanto jucundiores sunt littērae, quae verā amici absentis vestigia, veras notas afferunt? (Sen. Ep. 40, init.).
21. Simiarum genera perfectam hominis imitationem continent, — facie, naribus, auribus, palpebris, quas solae quadrupedum habent. Pedibus paulum differunt: sunt enim, ut manūs praeongae (Plin. N. H. 11, 44 (100), 246).
22. In India ei, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt et Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore (Cic. Tusc. 5, 27, 77).
23. Hiberniae solum caelumque et ingenia cultusque hominum haud multum a Britannia differunt (Tac. Agr. 24).
24. Quidam nimis magnum studium multamque operam in res obscuras atque difficiles conferunt, easdemque non necessarias (Cic. Off. 1, 6, 19).

531.

Fer. Ferens. Ferendus (и сложные).

1. *Differ: habent parvae commoda magna morae* (Ov. F. 3, 394).
2. Obscuro, populares, ferte misero atque innocenti auxilium, subvenite inopi (Ter. Ad. 155).
3. Te, Apollo sancte, fer opem, teque, omnipotens Neptūne, invoco, vosque adeo, venti! (Turpilius apud Cic. Tusc. 4, 34, 73 = Diehl, p. 69).
4. Timeo Danaos et dona ferentes (V. Aen. 2, 49).
5. Democritum potius imitemur, quam Heraclitum. Hic enim, quotiens in publicum processerat, flebat, ille ridebat. Huic omnia, quae agimus, miseriae, illi ineptiae videbantur: elevanda ergo omnia et facili animo ferenda (Sen. Tranq. 1, 15, 2).
6. *Quo fata trahunt retrahuntque, sequamur.*
Quidquid erit, superanda omnis fortunā ferendo est (V. Aen. 5, 709).
7. Nullum officium referenda gratia magis necessarium est (Cic. Off. 1, 15, 47).
8. Ferendum hoc onus est (Pl. Amph. 1, 1, 21 = 175).
9. Quis terram aut quotannis feracem, aut semper optimas fruges et nunquam malas inutilesque herbas edentem efferentemque vidit? ([Cic.] Consolatio 48, 165).

Ferre (и сложные).

1. Nemo potest persōnam diu ferre (Sen. Clem. 1, 1, 6).
2. Necessitas for iter ferre docet, consuetūdo facile (Sen. Tranq. 10, 1).
3. Non sentire malā suā — non est hominis, et non ferre — non est viri (Sen. Ad Polyb. 17, 2).
4. *Perjuria ridet amantum
Juppiter, et ventos irritā ferre jubet* (Tib. 3, 6, 49).
5. Qui recūsāt ferre casūs humanos, quibus omnes ex aequo sumus obnoxii, sive plebeji sumus, sive reges, is e vita migret, oportet (Erasm. 1, 156—7).
6. Stolci dicunt: „Usque ad ultimum vitae finem in actu erimus, non desinemus commūni bono opēram dare, adjuvare singūlos, opem ferre etiam inimicis senili manu. Nos sumus, qui nullis annis vacatiōnem damus et, quod ait ille vir disertissimus, „canitiem galeā premimus“; nos sumus, apud quos usque eo nihil ante mortem otiosum est, ut, si res patitur, non sit ipsā mors otiosā“ (Sen. Ad Serenum de otio 1, 4).
7. Miraris, si libēri homines superbiam tuam ferre non possumus (Curt. 8, 7, 14).
8. Diutius nostrorum militum impētum hostes ferre non potuerunt ac terga verterunt (Caes. B. G. 4, 35, 2).
9. Omnia ferre si potes, et debes (Juv. 5, 170).
10. *Dictum autem
Hos quoque felices, qui ferre incommōda vitae,
Nec jactare jugum vitā didicēre magistrā* (Juv. 13, 20).
11. Vulgāre Graeciae dictum, semper aliquid novi Africam afferre (Plin. N. H. 8, 16 (17), 42).
12. Quod munus reipublicae afferre majus meliusve possumus, quam si docemus atque erudimus juventūtem? (Cic. Div. 2, 2, 4).
13. Oportet privātis utilitatibus publicas, mortalibus aeternas anteferre (Plin. Ep. 7, 18, 5).
14. *Fortunā opes auferre, non animum potest* (Sen. Med. 176).
15. Auferre, trucidare, rapere falsis nominibus imperium atque, ubi solitudinē faciunt, pacem appellant (Tac. Agr. 30).
16. *Tolle moras: semper nocuit differre parātis* (Lucan. 1, 281).
17. *Multos in summā pericūla misit
Ventūri timor ipse mali. Fortissimus ille est,
Qui promptus metuendā pati, si commūnus instent,
Et differre potest* (Lucan. 7, 104).
18. *Praeferre patriam libēris regem decet* (Sen. Tr. 341).
19. Duo praecipuā Mercurii munera sunt: nuntium deorum agere et lucrum mortalibus, imprimis mercatoribus, afferre (Lambinus ad Pl. Amph. 12 apud Lemaire).
20. Romanus orator non bellum se Syracusanis, sed opem auxiliumque afferre ait (Liv. 24, 33, 5).

533.

Feram (и сложные) — futurum.

1. Fortiter fortunam meam feram (Sen. Contr. 9, 16 = p. 161, 3).
2. *Quod male fers, assuesce: feres bene* (Ov. A. A. 2, 647).
3. *Quod fors feret, feremus aequo animo* (Ter. Ph. 1, 2, 88 = 138).
4. Quis nunc feret oratorem, de infirmitate valetudinis praefantem? qualia sunt fere principia Corvini (Tac. Dial. 20).
5. *Discite sanari, per quem didicistis amare:
Unā manus vobis vulnus opemque feret.
Terrā salutāres herbas eādemque nocentes
Nutrit, et urticae proximā saepe rosā est* (Ov. Rem. 43).
6. *Ire, pedes quocunque ferent* (Hor. Epod. 16, 21).
7. Par pari referam (Erasm. 1, 39).
8. Neque mihi ullā obsistet amnis nec mons neque adeo mare; nec calor nec frigus metuo neque ventum neque grandinem; imbrem perpetiar, labōrem sufferam, solem, sitim; non concedam neque quiescam usquam noctu neque dius (= die) prius profecto, quam aut amicam aut mortem investigavero (Pl. Merc. 5, 2, 16 = 859).
9. *Eheu, fugāces, Postūme, Postūme,
Labuntur anni, nec piētas moram
Rugis et instanti senectae
Affēret indomītaeque morti* (Hor. Od. 2, 14, 1).
10. Is demum vir erit, cujus animum neque prosperā flatu suo effērent, nec adversā infringent (Liv. 45, 8, 7).
11. Erit inter eos etiam, qui nascentur, sicut inter nos fuit, magnā dissensio, quum alii laudibus ad caelum res tuas effērent, alii fortasse aliquid requirerent (Cic. Marcell. 9, 29).

534.

Ferebam (и сложные).

1. Praeter arma, milites Romani aliā ad castrorum aut pugnae usum instrumenta, item frumentum in multos dies ferebant (Fuss, Antiq. R. 1, 364).
2. Reus ab se culpam in milites transferebat (Liv. 26, 3, 1).

535.

Tull.

1. *Perfer et obdūra: multo graviora tulisti* (Ov. Tr. 5, 11, 7).
2. *Perfer et obdūra: dolor hic tibi prodērit olim:
Saepe tulit lassis succus amārus opem* (Ov. Am. 3, 11, 7).
3. *Stulte, quid o frustra votis puerilibus optas,
Quae non ullā tulit fertque feretque dies?* (Ov. Tr. 3, 8, 11).
4. Multos et Romanorum civitas et Graeciā tulit singulāres viros.

5. *Omne tulit punctum, qui miscuit utlle dulci* (Hor. A. P. 343).
6. *Aetas parentum, pejor avis, tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiore* (Hor. Od. 3, 6, 46).
7. *Hic erit, hic jurātā manet! Rumpantur inīqui!
Vicimus: assiduas non tulit illā preces* (Prop. 1, 8, 27).
8. *Multi committunt eādē diverso crimīna fato:
Ille crucem scelēris pretium tulit, hic diadēma* (Juv. 13, 103).
9. Eādē aequitate animi tulit adversā; quā et prosperā exceperat (Mureti Or. 3 = v. 2, p. 27).
10. Themistōcles ingratae patriae injuriam non tulit (Cic. Lael. 12, 42).

536.

Сложные с tuli.

1. Equidem dotem ad te attūli majorem multo, quam tibi erat pecuniā (Pl. Aul. 3, 5, 24 = 498).
2. *Praetūlit arma togae, sed pacem armātus amavit* (Pompejus) (Lucan. 9, 199).
3. *Multā petentibus
Desunt multā. Bene est, cui deus obtūlit
Parcā, quod satis est, manu* (Hor. Od. 3, 16, 42).
4. *Graeciā capta ferum victōrem cepit, et artes
Intūlit agresti Latio* (Hor. Ep. 2, 1, 156).
5. *Persōnam tragicam forte vulpes vidērat:
„O quantā species“, inquit, „cerērum non habet!“
Hoc illis dictum est, quibus honōrem et gloriam
Fortunā tribuit, sensum commūnem abstūlit* (Phaedr. 1, 7).
6. Beneficia meminisse debet is, in quem collātā sunt, non commemorare, qui conūlit (Cic. Lael. 20, 71).
7. M. Antonīnus philosophus tantum honōris magistris suis detūlit, ut imagīnes eorum aureas in larario haberet ac sepulchra eorum aditu, hostiis, floribus semper honoraret (Jul. Capitolinus in vita M. Antonini 3, 5).
8. Plus tibi virtus tuā dedit, quam fortunā abstūlit (Cic. Fam. 5, 18, 1).
9. Ulixes domi etiam contumelias servorum ancillarumque pertūlit (Cic. Off. 1, 31, 113).
10. Littērae tuae mihi somnum attulerunt (Cic. Att. 9, 7, 7).
11. Postquam aurum abstulimus, in navem conscendimus (Plaut. Ba. 277).
12. Eā res Caesāri non minorem, quam ipsā victoriā, voluptātem attūlit, quod suum familiārem ereptum e manibus hostium videbat (Caes. B. G. 1, 53, 6).
13. Nulli unquam fuit pejus. Quos cruciātus, quantā malā pertūli! Nemo me surrecturum putavit. Quotiens deploratus sum a meis, quotiens a medicis relictus! (Sen. Ep. 78, 14).

537.

Feram (и сложные) — praesens conjunctivi.

1. *In silvam non ligna feras insanius* (Hor. Sat. 1, 10, 34).
2. *O mihi praeteritos refērat si Juppiter annos!* (V. Aen. 8, 560).
3. *Di tibi, si quā pios respectant numina, si quid
Usquam justitiā est et mens sibi consciā recti,
Praemia dignā ferant!* (V. Aen. 1, 603).
4. Si hoc fieri potuisse dicis, doceas oportet, quomodo, nec fabellas aniles proferas (Cic. N. D. 3, 5, 12).
5. Indiā tam pinguis est alicubi et tam feracis soli, ut in eo mella frondibus defluant, lanas silvae ferant (Mela 3, 7, 62).
6. *Esse quid hoc dicam, vivis quod famā negatur,
Et suā quod rarus tempora lector amat?
Hi sunt invidiae nimirum, Regule, mores,
Praefērat antiquos semper ut illā novis* (Mart. 5, 10, 1).
7. Nihil enim est profecto homini prudentiā dulcius, quam, ut cetera auferat, affert certe senectus (Cic. Tusc. 1, 39, 94).
8. Quam ob rem omnes, quum secundae res sunt maxime, meditari secum oportet, quo pacto adversam aerumnam ferant (Ter. Ph. 2, 1, 11 = 241).
9. Graeci proverbio dicunt, multos esse, qui thyrsus ferant, sed paucos Bacchos (Mureti Or. 16 = vol. 2, p. 142).
10. *Sed pretium si grande feras, custodiā victā est;
Nec prohibent claves, et canis ipse tacet* (Tib. 2, 4, 33).
11. *Bis gratum est, ultro si, quod opus est, offēras* (Syr. 44 in edit. Spengelii).

538.

Ferrem (и сложные).

1. Vel iniquissimam pacem justissimo bello anteferrem (Cic. Fam. 6, 6, 5).
2. Quum Cn. Marcius Coriolānus, qui in exilium erat pulsus, dux Volscorum factus, exercitum hostium Urbi admovisset, et missi ad eum — primum legāti, postea sacerdotēs frustra deprecati essent, ne bellum patriae inferret, Veturiā mater et Volumniā uxor impetraverunt ab eo, ut recederet (Periocha I. 2 Livii).
3. Pyrrhus, Epirotarum rex, ut auxilium Tarentinis ferret, in Italiam venit (Periocha I. 12 Livii).
4. Haec quidem ego non ferrem, nisi me in philosophiae portum contulissetem (Cic. Fam. 7, 30).

539.

Tulero. Tuleram. Tulerim. Tulissem. Tulisse (и сложные).

1. Caesar omnibus, qui arma tulerant, manus praecidit vitamque concessit (Hirt. B. G. 8, 44, 2).

2. Non modo poenam non extimescet, qui mihi vim attulerit, sed etiam gloriam sperabit a latronum gregibus et praemia (Cic. Phil. 12, 10, 25).
3. Quam quis ignominiam non pertulerit, ut effugiat dolorem, si id summum malum esse decreverit? (Cic. Tusc. 2, 6, 16).
4. *Quis tulērit Gracchos de seditiōne querentes?* (Juv. 2, 24).
5. Nunquam decebit sic adversus alios agere, quomodo contra nos agi ab hominibus condiciōnis ejusdem iniquo animo tulissemus (Quint. 11, 1, 66).
6. Cultrum, securim fures venisse atque abstulisse, dicito (Plaut. Aul. 95).
7. Aristotēles Sardanapalli epigramma deridet, in quo ille rex Syriae gloriatur, omnes se secum libidinum voluptates abstulisse (Cic. Fin. 2, 32, 106).

540.

Feror. Ferri (и сложные).

1. Philosophiā, ut fertur, virtutis continet et officii et bene vivendi disciplinam (Cic. Pison. 29, 71).
2. Sacrilegia minutā puniuntur, magnā in triumphis feruntur (Sen. Ep. 87, 23).
3. Nubes quum sereno in caelum feruntur, ex quacunque parte id fiet, venti exspectentur (Plin. N. H. 18, c. 82, 355).
4. Aquā, quae flumine Nilo fertur, est limosā atque turbidā (Bell. Alex. 5).
5. Divus Hadrianus fertur, quum in venatione filium suum quidam necaverat, qui novercam adulterabat, in insulam eum deportasse, quod latronis magis, quam patris jure eum interfecit: nam patriā potestas in pietate debet, non atrocitate consistere (Digesta 48, 9, 5).
6. Ad Labienum incredibili celeritate de Caesaris victoria fama perfertur (Caes. B. G. 5, 53, 1).
7. Tilon, Indiae insulam, perhibent eo praeferrī ceteris terris, quod omnis arbor, quae in ea gignitur, nunquam nudatur tegmine foliorum (Augustini Civ., 21, 5).

541.

Ferar — futurum.

1. *Quum volet, illā dies, quae nil, nisi corporis hujus, Jus habet, incerti spatium mihi finiat aevi; Parte tamen meliore mei super altā perennis Ast a ferar, nomenque erit indelebile nostrum* (Ov. Met. 15, 873).
2. Facilius ad eā, quae visa, quam ad illā, quae auditā sunt, mentis oculi ferentur (Cic. De or. 3, 41, 163).

542.

Ferebat (и сложные).

1. Qui multa bella gesserant, multas urbes expugnauerant, multa hominum milia occiderant, antiquitas in deorum numerum referebantur (Mureti Or. 3 = v. 2, p. 25).

543.

Ferrer (и сложные).

1. C. Duillius consul adversus classem Poenorum prospere pugnavit, primusque omnium Romanorum ducum navalis victoriae duxit triumphum. Ob quam causam ei perpetuus quoque honos habitus est, ut revertenti a cena, tibicine canente, funale praeferretur (Periocha l. 17 Livii).

544.

Latus (и сложные).

1. Si tempus est ullum jure hominis necandi, quae multa sunt, certe illud est non modo justum, verum etiam necessarium, quum vi vis illata defenditur (Cic. Mil. 4, 9).
2. Nonne, si locuturus es cum aliquo quamlibet docto, uno tamen, minus commoveris, quam si cum multis vel indoctis? Opinor, quia in numero ipso est quoddam magnum collatumque consilium, quibusque singulis judicii parum, omnibus plurimum (Plin. Ep. 7, 17, 8. 10).
3. Elati spe celeris victoriae et hostium fuga, superiorumque temporum secundis proeliis, nihil adeo arduum sibi existimabant, quod non virtute consequi possent (Caes. B. G. 7, 47).
4. Est boni viri non solum ab aliquo prolata criminatio repellere, sed ne ipsum quidem esse suspiciosum (Cic. Lael. 18, 65).
5. Ejus rei Pompejo quum nuntius allatus esset, eo die proficiscitur (Bell. Hisp. 6).

4. **Volo. Nolo. Malo** (§ 304).

545.

Volo. Vis.

1. *Audivere, Lyce, di mea vota, di
Audivere, Lyce: fis anus, et tamen
Vis formosa videri* (Hor. Od. 4, 13, 1).
2. Mihi istic nec seritur nec metitur: nisi ea, quae tu vis, volo (Pl. Epid. 2, 2, 80 = 265).
3. Dic mihi: quis ea est, quam vis ducere uxorem? (Pl. Aul. 2, 1, 49 = 170).
4. Si vis pacem, para bellum (K. 217).

5. *Si vis incolumem, si vis te reddere sanum, Curas tolle graves, somnum fuge meridianum* (Flos seu liliū medicinae).
6. *Si consilium vis, Permittes ipsis expendere numinibus, quid Conveniat nobis rebusque sit utile nostris. Nam pro jucundis aptissima quaeque dabunt di. Carior est illis homo, quam sibi* (Juv. 10, 346).
7. Faciam ita, ut vis (Pl. Trin. 1172).
8. Si vis amari, ama (K. 3102).
9. *Nil in te scripsi, Bithynice. Credere non vis Et jurare jubes? Malo satisfacere* (Mart. 12, 78).
10. Omnia, quae tu vis, ego cupio (Plaut. Persa 766).
11. Vis, me ducere uxorem? (Sen. Contr. 2, 6 (14), 3 = p. 217, 8).

546.

Vult.

1. *Stultum facit fortuna, quem vult perdere* (Syr. 160).
2. Eodem collyrio omnium oculos vult curare (Hb. 56).
3. Mundus vult decipi (Hb. 143).
4. Corporis exigua desideria sunt: frigus submoveri vult, alimentis famem ac sitim extinguere (Sen. Ad Helv. 10, 2).
5. Vult, placere sese amicae, vult mihi, vult pedisēquae, vult famūlis, vult etiam ancillis; et quoque catūlo meo subblanditur novus amātor, se ut quum videat gaudeat (Pl. Asin. 1, 3, 31 = 183).
6. Malefacere qui vult, nusquam non causam invenit (Syr. 370).
7. *Haurit aquam cribro, qui discere vult sine libro* (Bind. 1288).
8. Qui e nuce nucleum esse (=edere) vult, frangit nucem (Pl. Curc. 1, 1, 55 = 55).
9. *Audit, quod non vult, qui pergit dicere, quod vult* (Dion. Cato, Monost. 10).
10. Qui virtutem suam publicari vult, non virtuti laborat, sed gloriae (Sen. Ep. 113, 32).
11. *Pauper videri Cinna vult, et est pauper* (Mart. 8, 19).
12. **A.** Omnem rem scio.— **B.** Quid id est, quod scis?—
A. Tuus pater vult vendere... **B.** Omnem rem tenes.—
A. Tuam amicam.— **B.** Plurimum tu scis; sed qui (=quomodo) scis, esse amicam illam meam?— **A.** Tute heri ipse mihi narasti (Pl. Merc. 2, 4, 9 = 477).
13. Pictores et ii, qui signa fabricantur, et vero etiam poëtae— suum quisque opus a vulgo considerari vult (Cic. Off. 1, 41, 147).
14. Facile meus pater (=Juppiter), quod vult, facit (Pl. Amph. 139).
15. Adulescens vult diu vivere, senex diu vixit (Cic. Sen. 19, 68).
16. Pater adulescenti dare vult uxorem (Plaut. Cist. 195).
17. *Nubere vis Prisco: non miror, Paula, sapisti. Ducere te non vult Priscus, et ille sapit* (Medulla facetiarum, 184).
18. Gaudet enim, quisquis provocatur ad doctrinam suam in medium proferendam, quia nemo vult latere, quod didicit (Macrob. 7, 2, 4).
19. *Regnat, non loquitur, qui nil, nisi quod vult, facit* (Syr. 622).

Volumus. Vultis. Volunt.

1. Si volumus aequi rerum omnium iudices esse, hoc primum nobis persuadeamus, neminem nostrum esse sine culpa (Sen. Ira, 2, 28, 1).
2. Quae volumus, et credimus libenter, et, quae sentimus ipsi, reliquos sentire speramus (Caes. B. C. 2, 17).
3. Vivimus, not ut volumus, sed ut possumus (Menandri Monost. 190).
4. Ego huic bene, et hic mihi volumus, et amicitia est antiqua (Pl. Pseud. 233).
5. Dum divitias consequi volumus, in multa mala incidimus: ergo divitiae bonum non sunt (Sen. Ep. 87, 28).
6. Veremur quidem vos, Romani, et, si ita vultis, etiam timemus; sed plus et veremur et timemus deos immortales (Liv. 29, 37, 17).
7. Si vultis nihil timere, cogitate, omnia esse timenda (Sen. N. Q. 6, 2, 3).
8. Fere libenter homines id, quod volunt, credunt (Caes. B. G., 3, 18).
9. Quod nimis miseri volunt, hoc facile credunt (Sen. H. F. 313).
10. Nihil magis aegris prodest, quam ab eo curari, a quo volunt (Sen. Controv. 4, 5 = p. 266, 23).
11. Qui stultis videri eruditi volunt, stulti eruditus videntur (Quint. 10, 7, 21).
12. Nam, ut servi volunt esse erum, ita solet: boni sunt — bonus est; improbi sunt — malus fit (Pl. Most. 4, 1, 16 = 872).
13. Omnia bene facta in luce se collocari volunt (Cic. Tusc. 2, 26, 64).
14. *Aut prodesse volunt, aut delectare poëtae,
Aut simul et jucunda et idonea dicere vitae* (Hor. A. P. 333).
15. Quin etiam obest plerumque iis, qui discere volunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur: desinunt enim suum iudicium adhibere; id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum vident (Cic. N. D. 1, 5, 10).
16. Avaritiam si tollere vultis, mater ejus est tollenda, luxuries (Cic. De or. 2, 40, 171).

548.

Velle. Volens.

1. Pars magna bonitatis est velle fieri bonum (Sen. Ep. 34, 3).
2. *Pars sanitatis — velle sanari fuit* (Sen. Phaedra 249).
3. Bona continentiae pars est — ex animo continentem esse velle (Erasm. 1, 212).
4. *Mille hominum species, et rerum discolor usus;
Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno* (Pers. 5, 52).
5. *Ne pudeat, quae nescieris, te velle doceri:
Scire aliquid laus est; culpa est — nil discere velle* (Dion. Cato 4, 29).
6. An vos A. Hirtium, C. Caesarem pacem velle censetis? (Cic. Phil. 12, 4, 9).

7. *Ducunt volentem jata, nolentem trahunt* (Sen. Ep. 107, 11).
8. *Nihil est difficile volenti* (Erasm. 1, 245).
9. *Nemo alteri imperium volens concedit* (Sall. Epist. ad Caes. 1, 1 = p. 129 Gerlach).
10. *Non magis crudeles sunt, qui volentes vivere occidunt, quam qui volentes mori non sinunt* (Sen. Contr. 8, 4 = p. 385, 1).
11. *Humani generis mores tibi nosse volenti Sufficit una domus* (Juv. 13, 159).

549.

Nolo. Malo — praesens.

1. *Si mihi pergit, quae vult, dicere, — ea, quae non vult, audiet* (Ter. Andr. 5, 4, 17 = 920).
2. *Catus amat pisces, sed non vult tingere plantas* (R. 47).
3. *Regnare non vult, esse qui invisus timet* (Sen. Phoen. 654).
4. *In steriles campos nolunt iuga ferre juvenci:
Pingue solum lassat, sed juvat ipse labor* (Mart. 1, 107).
5. *Ideo mutari nolumus, quia nos optimos esse credimus* (Sen. Ep. 59, 11).
6. *Hispani bellum, quam otium, malunt: si extraneus deest, domi hostem quaerunt* (Justin. 44, 2, 2).
7. *Multa eveniunt homini, quae vult, quae non vult* (Pl. Trin. 2, 2, 80 = 361).
8. *Nolo virum, facili redimit qui sanguine famam;
Hunc volo, laudari qui sine morte potest* (Mart. 1, 8, 5).
9. *Errare, mehercule, malo cum Platone, quam cum istis (=Pythagoreis) vera sentire* (Cic. Tusc. 1, 17, 39).
10. *Bono me esse ingenio ornatam, quam auro, multo mavolo: aurum fortunā invenitur, naturā ingenium bonum; bonam ego, quam beatam, me esse nimio dici mavolo* (Pl. Poen. 1, 2, 88 = 301).
11. *Dimidium donare Lino, quam credere totum,
Qui mavult, mavult perdere dimidium* (Mart. 1, 75 (76), 1).
12. *Aliena vitia reprehendi quisque mavult, quam sua* (Quint. 2, 5, 16).
13. *Malo gloriam, quam vitam* (Sen. Contr. 1, 8, 2 = p. 131, 17).
14. *Emere malo, quam rogare* (R. 100).
15. *Nolo ego metui, amari mavolo* (Pl. Asin. 835).
16. *Si quid per jocum dixi, nolito in serium convertere* (Pl. Poen. 5, 5, 41 = 1320).
17. *Quum voco te dominum, noli tibi, Cinna, placere:
Saepe etiam servum sic resaluto meum* (Mart. 5, 57).
18. *Credere, pastores, levibus nolite puellis* (Calpurn. Ecl. 3, 90).
19. *Idem velle atque idem nolle — ea demum firma amicitia est* (Sall. Cat. 20, 4).
20. *Verum illud verbum est, vulgo quod dici solet, omnes sibi malle melius esse, quam alteri* (Ter. Andr. 2, 5, 16 = 426).
21. *Quidquid vult, habere nemo potest; illud potest — nolle, quod non habet* (Sen. Ep. 123, 3).

550.

Volam.

1. *Si Fortuna volet, fies de rhetore consul.*
Si volet haec eadem, fies de consule rhetor (Juv. 7, 197).
2. *Multa renascentur, quae jam cecidere, cadentque,*
Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet usus,
Quem penes arbitrium est et jus et norma loquendi (Hor. A. P. 70).
3. Medico diligenti, priusquam conetur aegro adhibere medicinam, non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam consuetudo valentis et natura corporis cognoscenda est (Cic. De orat. 2, 44, 186).
4. *Quum volet, illa dies, quae nil, nisi corporis hujus*
Jus habet, incerti spatium mihi finiat aevi;
Parte tamen meliore mei super alta perennis
Astra ferar, nomenque erit indelebile nostrum (Ov. Met. 15, 873).
5. *Si quā voles apte nubere, nube pari* (Ov. Her. 9, 32).
6. *Alium silere quod voles, primus sile* (Sen. Phaedra 876).
7. *Non satis est, pulchra esse poemata: dulcia sunt,*
Et, quocumque volent, animum auditoris agunto (Hor. A. P. 99).
8. *Quod voles gratum esse, rarum effice* (Sen. Ben. 1, 14, 1).
9. *Jam faciam, quodcumque voles* (Tib. 3, 19, 21 = 4, 13, 21).
10. *Quum quis mutare aliquid volet, paulatim debet assuescere*
(Cels. 1, 3 = p. 16, 10).

551.

Nolam.

1. *Qui nolet fieri desidiosus, amet* (Ov. Am. 1, 9, 46).
2. *Nil unquam invita donabis conjugē; vendas,*
Hac obstante, nihil; nihil, haec si nolet, emetur (Juv. 6, 212).

552.

Malebam.

1. *Cato esse, quam videri, bonus malebat* (Sall. Cat. 54, 6).
2. *Optimus quisque facere, quam dicere, malebat* (Sall. Cat. 8, 5).

553.

Volui. Volueram. Voluero. Voluisset.

1. *Vixi, quemadmodum volui; quare mortuus sim, nescio* (Inscriptio sepulchralis).
2. *An quisquam est alius liber, nisi ducere vitam*
Cui licet, ut voluit? (Pers. 5, 83).
3. *Non vides, qualem nobis vitam rerum natura promiserit, quae primum nascentium hominum fletum esse voluit? Hoc principio*

- edimur, huic omnis sequentium annorum ordo consentit (Sen. Ad Polyb. 4, 3).
4. *Jamque dies, nisi fallor, adest, quem semper acerbum, Semper honoratum, — sic di voluistis, — habebo* (V. Aen. 5, 49).
 5. *Pedites sine intermissione — imbribus vel nivibus sub tecto, reliquis diebus exerceri in campo, voluerunt rei militaris periti* (Veget. 3, 2).
 6. *Sulla primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari* (Cic. Leg. 2, 22, 57).
 7. *Volui sedulo meam nobilitatem occultare et genus et divitias meas* (Plaut. Capt. 299).
 8. *Nunquam volui populo placere: nam, quae ego scio, non probat populus; quae probat populus, ego nescio* (Sen. Ep. 29, 10).
 9. *Iis, qui haec omnia flamma ac ferro delere voluerunt, non inimicitias solum, sed etiam bellum indixi atque intuli* (Cic. Prov. cons. 10, 24).
 10. *Erras, Clodi: non te iudices urbi, sed carceri reservarunt, neque te retinere in civitate, sed exsilio privare voluerunt* (Cic. Att. 1, 16, 9).
 11. *Annus novus voluerunt esse primum mensem Martium* (Diehl p. 95).
 12. *Facilius Porsenna Mucio ignovit, quod voluerat occidere, quam sibi Mucius, quod non occiderat* (Sen. Ep. 24, 5).
 13. *Quantum praestiterint nostri majores prudentia ceteris gentibus, tum facillime intellegitis, si cum illorum Lycurgo et Dracone et Solone nostras leges conferre volueritis* (Cic. De or. 1, 44, 197).
 14. *Quod si deficient vires, audacia certe Laus erit: in magnis et voluisse sat est* (Prop. 3, 1, 5 (2, 10, 5)).
 15. *Gigantes quid aliud fuisse credendum est, quam hominum quandam impiam gentem, deos negantem et ideo existimatam, deos pellere de caelesti sede voluisse?* (Macrob. Sat. 1, 20, 8).

554.

Velim. Nolim. Malim.

1. *Igitur perquam velim scire: esse phantasmata et habere propriam figuram numenque aliquod putes, an inania et vana ex metu nostro imaginem accipere* (Plin. Ep. 7, 27, 1).
2. *Quoniam non potest id fieri, quod vis, id velis, quod possit* (Ter. Andr. 2, 1, 5 = 305).
3. *Laedere nunquam velimus, longeque absit illud propositum potius amicum, quam dictum, perdendi* (Quint. 6, 3, 28).
4. *Sic natura comprobatur, ut eum, quem laudes, etiam ames; porro, quem ames, etiam laudari ab illo velis* (Apul. Flor. 1, 9).

- . Nec enim unquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet mature fieri senem, si diu velis senex esse (Cic. Sen. 10, 32).
6. Nec quidquam aliud est philosophia, si interpretari velis, praeter studium sapientiae (Cic. Off. 2, 2, 5).
7. **A.** Dic mihi: quibus rebus tu metiris suavitatem? — **B.** Somno, conviviis, libertate faciendi, quae velis, pecunia, honoribus (Erasm. 1, 270).
8. Neque enim quisquam est tam malus, ut videri velit (Quint. 3, 8, 44).
9. *Inveniat, quod quisque velit. Non omnibus unum est, Quod placet: hic spinas colligit, ille rosas* (Petron. fr. 35).
10. Quid, si nocere velint manus pedibus, manibus oculi! (Sen. Ira 2, 31).
11. Dicit, omne bellum sumi facile, ceterum aegerrime desinere; non in ejusdem potestate initium ejus et finem esse; inciperet cuivis etiam ignavo licere; deponi, quum victores velint (Sall. Jug. 83).
12. Velim igitur, censor meus Aemilianus respondeat, unquamne ipse soleat pedes lavare (Apul. Apol. p. 207 Nisard).
13. *Aurum et opes et rura frequens donabit amicus; Qui velit ingenio cedere, rarus erit* (Mart. 8, 18, 9).
14. *Uxorem quare locupletem ducere nolim, Quaeritis? Uxori nubere nolo meae* (Mart. 8, 12, 1).
15. Malim, mori meos, quam mendicari: boni miserantur illum, hunc irrident mali (Pl. Vidul. fr. XV (III)).
16. Quorum si alterum sit optandum, malim equidem indisertam prudentiam, quam stultitiam loquacem (Cic. De or. 3, 35, 142).
17. Novi ingenium mulierum: nolunt, ubi velis; ubi nolis, cupiunt ul'ro (Ter. Eun. 4, 7, 42 = 812).
18. *Esto, quod es; quod sunt alii, sine quemlibet esse; Quod non es, nolis; quod potes esse, velis* (R. 106).

555.

Vellem. Nollem. Mallem.

1. Vellem nescire litteras (Suet. Ner. 10).
2. Quam vellem, Romae esses, si forte non es (Cic. Att. 5, 18, 1).
3. Ilic vivere vellem,
Ob'itusque meorum obliviscendus et illis (Hor. Ep. 1, 11, 8).
4. Is habitus animorum fuit, ut pessimum factus auderent pauci, plures vellent, omnes paterentur (Tac. Hist. 1, 28).
5. Ego sane nollem uxorem doctam (Erasm. 1, 272).
6. Ego me Phidiam esse mallem, quam vel optimum fabrum tignarium (Cic. Brut. 73, 257).
7. **A.** Dic mihi: utrum malles nunquam nasci, an nasci morituram? — **B.** Equidem malim nasci morituram (Erasm. 1, 156).

Eo (и сложные) — praesens indicativi.

1. *Sed non per p'acidas it meā puppis aquas* (Ov. Pont. 2, 2, 30).
2. *Qualis artifex pereo!* (Suet. Nero 49).
3. *Deliberando saepe perit occasio* (Syr. 160).
4. *Bonis quod bene fit, haud perit* (Pl. Rud. 4, 3, 2=939).
5. *Inops, potentem dum vult imitari, perit* (Phaedr. 1, 24, 1).
6. *Quum fortunā perit, nullus amicus erit* (R. 65).
7. *Nullā reparabilis arte*
Laesā pudiciā est: depērit illā semel (Ov. Her. 5, 101).
8. *Male partum male dispērit* (Pl. Poen. 4, 2, 22=844).
9. *Sic transit gloriā mundi* (K. 2516).
10. *Spretā in tempore gloriā interdum cumulator redit* (Liv. 2, 47, 11).
11. *Haud igitur redit ad nihilum res ullā* (Lucr. 1, 242).
12. *Adeo res redit: si quis quid reddit, magnā habendā est gratiā* (Ter. Ph. 1, 2, 5=55).
13. *Omnia mutantur, nihil intērit* (Ov. Met. 15, 165).
14. *Invitat culpam, qui peccātum praetērit* (Syr. 269).
15. *Invldus acer obit, sed livor morte carebit* (K. 1356).
16. *Livor, iners vitium, mores non exit in altos,*
Utque latens imā vipērā serpit humo (Ov. Pont. 3, 3, 101).
17. *Virtus praemium est optimum; virtus omnibus rebus anteit pro-*
fecto: libertas, salus, vitā, res et parentes, patriā et prognati
tutantur, servantur; virtus omnia in sese habet; omnia adsunt
bonā, quem penes est virtus (Pl. Amph. 2, 2, 17=648).
18. *Heu, heu! quam brevibus pereunt ingentia fatis!* (Claudian. In
Rufin. 2, 49).
19. *Crede mihi, quamvis ingentia, Postūme, dona*
Auctōris pereunt garrulitate sui (Mart. 5, 52, 7).
20. *Diffugere nives, redeunt jam gramina campis*
Aroribusque comae (Hor. C. 4, 7, 1).
21. *Aures nostras auditā velocius, quam lectā praetereunt* (Auson.
Idyll. 3 Hesperio filio=p. 260 Peiper).
22. *Nam, nunc novae quae prodeunt comoediae*
Multo sunt nequiores, quam nummi novi (Pl. Cas. 9).
23. *Optima quaeque dies miseris mortalibus aevi*
Primā fūgit; subeunt morbi tristisque senectus,
Et labor, et durae rapit inclementiā mortis (V. Ge. 3, 66).
24. *Non videntur tibi contra naturam vivere, qui jejūni bibunt, qui*
vinum recipiunt inanibus venis et ad cibum ebrii transeunt?
(Sen. Ep. 122, 7).
25. *Qui adeunt elephantos, non gestant vestem candidam; nec puni-*
ceam, qui tauros; quod his coloribus, compertum est, eā ani-
malia effēri (Erasm. 1, 173).
26. *Ortā omnia intereunt* (Sall. ad Caes. 1, 5).
27. *Unde is? Ubi fuisti? Ubi bibisti?* (Pl. Cas. 2, 3, 28=245).

28. „Meā Glycerium“, inquit, „quid agis? Cūr te is perditum?“ (Ter. Andr. 1, 1, 107 = 134).
29. E tenui casā saepe vir magnus exit (R. 96).
30. Pereunt aliquando innocentes: quis negat? nocentes tamen saepius (Sen. Ep. 14, 15).
31. Nunc ego amore pereo (Plaut. Poen. 142).
32. Jamne abis? (Plaut. Men. 441).
33. Apes regem suum sequuntur, quocunque it (Varro, R. R. 3, 16, 8).
34. Intērit in magnitudine maris Aegaei stillā mellis (Cic. Fin. 3, 14, 45).
35. Frequens imitatio transit in mores (Quint. 1, 11, 2).
36. *Redditur arboribus florens revirentibus aetas;*
Et cur non homini, quod fuit ante, redit? (Poetae lat. min. 2, 223 Lemaire).
37. Subit etiam ipsius inertiae dulcēdo, et invisā primo desidiā postremo amatur (Tac. Agr. 3).
38. Malum ego vobis dabo, nisi abitis (Plaut. Persa 827).

557.

Eo (и сложные) — **imperativus**.

1. Heus, Phaedrōme, exi, exi, exi, inquam, ocius! (Pl. Curc. 2, 2, 26 = 276).
2. Abi, quo dignus es, cum istis tuis ineptiis (Mureti Ep. 82 = p. 128).
3. **A.** Antīpho ubi nunc est? — **B.** Foris. — **A.** Abi, Phaedria, eum require atque addūce huc. — **B.** Eo, rectā viā quidem illuc (Ter. Ph. 2, 1, 78 = 308).
4. *Ite procul, Musae, si nil prodestis amanti* (Tib. 2, 4, 15).
5. *Tu ne cede malis, sed contra audentior ito,*
Quam tuā te fortunā sinet (V. Aen. 6, 95).
6. Ite alācres et spe pleni (Curt. 4, 14, 25).
7. I, rus te amōve (Plaut. Most. 74).
8. *I, bone, quo virtus tuā te vocat, i pede fausto* (Hor. Epist. 2, 2, 37).
9. Abi cito ac suspende te (Ter. Andr. 255).
10. Abite ab oculis (Pl. Truc. 477).
11. Qui visuri domos, parentes, uxores, liberos estis, ite mecum (Liv. 4, 28, 5).

558.

Ire (и сложные).

1. *Restat iter caelo: caelo tentabimus ire;*
Da veniam coepto, Juppiter alte, meo (Ov. A. A. 2, 37).
2. Nullus est tantus animi dolor, quem patiar mecum ire cubitum (Erasm. 1, 246).
3. *Moriemur inultae?*
Sed moriamur, ait. Sic, sic juvat ire, sub umbras (V. Aen. 4, 659).

4. *Lusisti satis, edisti satis atque bibisti:*
Tempus abire tibi est (Hor. Ep. 2, 2, 214).
5. *Non cuivis homini contingit adire Corinthum* (Hor. Ep. 1, 17, 36).
6. *Neque enim lex aequior ullā est,*
Quam necis artifices arte perire suā (Ov. A. A. 1, 665).
7. *Miraris vetēres, Vacerrā, solos,*
Nec laudas, nisi mortuos poētas.
Ignoscas, petimus, Vacerra: tanti
Non est, ut placeam tibi, perire (Mart. 8, 69).
8. *Qui (= passer) nunc it per iter tenebricosum,*
Illuc, unde negant redire quemquam (Catull. 3, 11).
9. *Soles occidēre et redire possunt;*
Nobis, quum semel occidit brevis lux,
Nox est perpetuā una dormiendā (Catull. 5, 4).
10. *Omnia tempus edax depascitur, omnia carpit,*
Omnia sede movet, nil sinit esse diu.
Flumina deficiunt, profugum mare litora siccant,
Subsidunt montes, et juga celsa ruunt.
Quid tam parvā loquor? Moles pulcherrimā caeli
Ardebit flammis totā repente suis.
Omnia mors poscit. Lex est, non poenā perire:
Hic aliquo mundus tempore nullus erit (Sen. De qualitate temporis = Anth. lat., № 232).
11. Auxerunt Romae tumultum littērae, ex Gallia allatae, ab L. Porcio praetōre: Hannibālem movisse ex hibernis et jam Alpes transire (Liv. 27, 39, 1).
12. Miliens perire est melius, quam in sua civitatē sine armatorum praesidio non posse vivēre (Cic. Phil. 2, 44, 112).
13. Per autumnum neque sine veste neque sine calceamentis prodire oportet, praecipueque diebus frigidioribus, neque sub divo noctu dormire, aut certe bene operiri (Cels. 1, 3 = p. 21, 23).
14. Druides imprimis hoc volunt persuadere, non interire animas, sed ab aliis post mortem transire ad alios (Caes. B. G. 6, 14, 5).
15. Quāto satius est ire apertā viā et rectā (Sen. Ep. 102, 20).
16. Quia perire solus nolo, te cupio perire mecum (Pl. Epid. 77).

559.

iens (и сложные).

1. On, bone custos, salve, colūmen vero familiae, cui commendavi filium, hinc abiens, meum (Ter. Ph. 2, 1, 56 = 286).
2. Pericla, damna perēgre rediens semper secum cogitet haut filii peccātum aut uxōris mortem aut morbum filiae (Ter. Ph. 2, 1, 13 = 243).
3. Monstror diglto praetereuntium (Hor. C. 4, 3, 22).
4. *Utque comes radios per solis euntibus, umbrā,*
Quum latet hic, pressus nubibus, illā fūgit, —

Molle sic sequitur fortunae lumina vulgus:

Quae simul inductā nube teguntur, abit (Ov. Tr. 1, 9, 11).

5. Sallustius ait, Hispanorum fuisse morem, ut in bella euntibus juvenibus parentum facta memorarentur a matribus (Sall. Fr. Hist. 2, 14 = p. 35 Dietsch).
6. Semper usque ad hanc aetatem ab ineunte adulescentia tuis servivi imperiis et praeceptis, pater (Pl. Trin. 301).

560.

Eundum est. Eundi.

1. Potius sero, quam nunquam, obviam eundum audaciae temeritae (Liv. 4, 2, 11).
2. *Nascitur exiguus, sed opes acquirit eundo, Quāque vēnit, multas accipit amnis aquas* (Ov. A. A. 2, 343).
3. Eo nunc cum cohortibus mihi per nives eundum est (Cic. Fam. 8, 15, 2).

561.

Ibam.

1. Ad te ibamus, Phormio (Ter. Ph. 5, 8, 6 = 900).
2. Ibam forte viā Sacrā (Hor. Sat. 1, 9, 1).

562.

Ibo (и сложные).

1. Cur ego vivo? Cur non morior? Quid mi est in vita boni? Certum est: ibo ad medicum, atque ibi me toxico morti dabo. Quando id mihi adimitur, quā causā vitam cupio vivere? (Pl. Merc. 2, 4, 3 = 471).
2. Medio tutissimus ibis (Ov. Met. 2, 137).
3. Ibis, redibis, non morieris in bello (K. 69).
4. *Cede repugnantī: cedendo victor abibis* (Ov. A. A. 2, 197).
5. Certum est mihi, quasi umbrā, quoquo tu ibis, te semper sequi (Pl. Cas. 1, 1, 3 = 91).
6. *Quantum oculis, animo tam procul ibit amor* (Prop. 4 (3), 21, 10).
7. *Mortalia facta peribunt* (Hor. A. P. 68).
8. Si magistratus hoc scierint, ibis in crucem (Petron. 137).
9. Ibo ego illi obviam (Pl. Amph. 1, 1, 107 = 263).
10. Auferere, non abibis, si ego fustem sumpsero (Plaut. Amph. 358).
11. Ibis tandem aliquando, quo te jam pridem istā tuā cupiditas effrenatā ac furiosā rapiebat (Cic. Catil. 1, 10, 25).
12. *Et tuā transibit contemnens ossa viator, Nec dicet: „cinis hic doctā puellā fuit“* (Prop. 3, 2, 5 = 2, 11, 5).

II (II СЛОЖНЫЕ).

1. Plenus annis abiit, plenus honoribus (Plin. Ep. 2, 1, 7).
2. *Factum abiit, monumenta manent* (Ov. F. 4, 709).
3. Monstra evenerunt mihi: intro iit in aedes ater aliēnus canis; anguis in impluvium decēdit de tegūlis; gallinā cecīnit (Ter. Ph. 4, 4, 24 = 705).
4. Nos homuncūli indignamur, si quis nostrum interiit aut occisus est, quorum vitā brevior esse debet, quū uno loco tot oppidorum cadavēra projectā jacent (Cic. Fam. 4, 5, 4).
5. *Fine tamen laudandus erit, qui morte decōrā
Hoc solum fecit nobile, quod periit* (Auson. Tetrast. 8).
6. Jamne abiit Syrā? (Plaut. Merc. 791).
7. *Periere mores, jus, decus, piētas, fides,
Et qui redire, quum perit (= periit), nescit pudor* (Sen. Ag. 112).
8. *Nunc patimur longae pacis mala. Saevior armis
Luxuriā incubuit, victumque ulciscitur orbem.
Nullum crimen abest facinus, u? libidinis, ex quo
Paupertas Romanā perit (= periit)* (Juv. 6, 292).
9. *Otia si tollas, periere Cupidinis arcūs* (Ov. R. A. 139).
10. Ex quingentis — septuaginta ferrum famesque absumpsit, cetēri incolūmes Praeneste redierunt (Liv. 23, 19, 17).
11. *Saepe in magistrum scelēra redierunt suā* (Sen. Thy. 3, 11).
12. Viri nostri domo ut abierunt, hic tertius annus (Pl. Stich. 29).
13. Eā tempestāte flos poētarum fuit, qui nunc abierunt hinc in commūnem locum (Pl. Cas. 18).
14. Horatius Lucilium senem vocat (Sat. 2, 1, 34), qui anno aetātis quadragesimo sexto mortem obiit (Forcellini in. v. Senex, extr.).
15. Di me servant, salvā res est. Salvum est, si quid non perit (= periit) (Pl. Aul. 2, 2, 30 = 207).
16. *Fūgere pudor verumque fidesque.
In quorum subiēre locum fraudesque dolique
Insidiaeque et vis et amor scelerātus habendi* (Ov. M. 1, 129).
17. Quod penitus infixum est animis hominum multoque usu confirmatum inveteravit ac velut in naturam abiit, subito tolli sine magna pernicie tranquillitātis humanae non potest (Erasm. 1, 267).
18. Muliercūlae epitaphium.
Immatura peri (= perii). Sed tu, felicior, annos
Vive tuos, conjux optime, vive meos (Petron. Fragm. poet. = Nisard, p. 98).
19. Germani magnā cum multitudīne hominum flumen Rhenum transierunt non longe a mari, quo Rhenus influit (Caes. B. G. 4, 1, 1).
20. Is repente abiit a me hinc ante lucem (Pl. Amph. 2, 2, 9 = 639).
21. Chrysanthus abiit ad plures (Petron. 42).
22. Mihi discipūlus, tibi sodālis periit, huic filius: nam ego illum perisse dico, cui periit pudor (Plaut. Ba. 484).
23. Pompejus mare transiit cum omnibus militibus, quos secum habuit. Hic numerus est hominum milia triginta (Cic. Att. 9, 6, 3).

24. Multorum mensium labor hostium perfidiā et vi tempestatis puncto temporis interiit (Caes. B. C. 2, 14, 4).
25. *Nec, quae praeteriit, itērum revocabitur undā,
Nec, quae praeteriit, horā redire potest* (Ov. A. A. 3, 63).
26. Milites nostri castra capiunt, hostium multitudinem innumerabilem concidunt, amplius quinque et viginti milia capiunt, quae postea sub corōna venierunt (Granius Licinianus, p. 25, 6 Fle-misch).

564.

Іеро (и сложные).

1. Nimia est voluptas, ubi diu afueris domo, domum ubi redieris, si tibi nulla est aegritudo animo obviam (Pl. Stich. 4, 1, 18 = 523).
2. *Sic quum transierint mei
Nullo cum strepītu dies,
Plebejus moriar senex.
I'li mors gravis incūbat,
Qui notus nimis omnibus,
Ignōtus moritur sibi* (Sen. Thy. 398).

565.

Еам (и сложные).

1. *Pereant amici, dum unā inimici intercidant* (Poeta apud Cic. Deiot. 9, 25).
2. Pereant, qui ante nos nostra dixerunt (Donatus apud Hieronymum = Hb. 209).
3. Fiat justitia, et pereat mundus (Hb. 70).
4. *Quisquis amat, valeat; pereat, qui nescit amare.
Bis tanto pereat, quisquis amare vetat* (Carmina latina epigraphica, Buecheler, Nr. 945).
5. Aut bibat, aut abeat (Cic. Tusc. 5, 41, 118).
6. Aequo animo e vita, quum ea non placeat, tanquam e theatro, exeamus (Cic. Fin. 1, 15, 49).
7. In corpore si quid ejusmodi est, quod reliquo corpori noceat, id uri secarique patimur, ut membrum aliquod potius, quam totum corpus, intereat; sic in reipublicae corpore, ut totum saluum sit, quidquid est pestiferum, amputetur (Cic. Phil. 8, 5, 15).
8. *Quid facies, facies Veneris si veneris ante?*
Ne sedeas, sed eas, ne per eas pereas (Carmen scholasticum).
9. *Et pudet et metuo — semperque eademque precari,
Ne subeant animo taedia justa tuo* (Ov. Pont. 4, 15, 29).
10. Apud Hippocrātem scriptum est, non satis esse ad morbos sanandos, si medicus recte ac diligenter munus suum obeat, nisi et ab aegroto ipso, et ab iis, qui ei assident, communi opera ac diligentia medici conatus adjuventur (Mureti Or. 9 = v. 2, p. 32).
11. Rogitas, quo ego eam, quam rem agam, quod negotii geram (Pl. Men. 1, 2, 6 = 115).

566.

Ierim (и сложные).

1. O fortunate, nescis, quid mali praeterieris, qui nunquam es ingressus mare (Ter. Hec. 3, 4, 4 = 418).
2. Nunc mea mater irata est mihi, quia non redierim domum ad se (Pl. Cist. 1, 1, 103 = 101).

567.

Isse (и сложные).

1. *Mirēmur, periisse homines? Monumenta fatiscunt:
Mors etiam saxis nominibusque vēnit* (Auson. Epitaphia, 32, 9 Peiper).
2. *Si numēres anno soles et nubila toto,
Invenies, nitūdum saepius isse diem* (Ov. Tr. 5, 8, 31).
3. Bene gestā re, rediisse me videt magnasque apportavisse divitias domum (Plaut. Stich. 411).
4. Legāti, a rege Commagēno ad me missi, Parthos in Syriam transisse nuntiaverunt (Cic. Fam. 15, 4, 3).
5. Eam gentem (= Gallorum) traditur famā, dulcedīne frugum maximeque vini, nova tum voluptate, captam, Alpes transisse agrosque, ab Etrusco ante cultos, possedissee (Liv. 5, 33, 2).
6. Unum quidem hercle jam scio, periisse me (Plaut. Merc. 266).

568.

Iturus (esse) (и сложные).

1. Dolebam, patres conscripti, rempublicam, vestris quondam meisque consiliis conservatam, brevi tempore esse perituram (Cic. Phil. 2, 15, 37).
2. Apollo Pythius oracūlum edīdit, Spartam nullā re aliā, nisi avaritiā, esse perituram (Cic. Off. 2, 22, 77).
3. Omnia mortalium opēra mortalitāte damnata sunt; inter periturā vivimus (Sen. Ep. 91, 12).

569.

Itur. Itum est.

1. Sic itur ad astra (V. Aen. 9, 641).
2. A proximis quisque minime anteiri vult (Liv. 6, 34, 7).
3. *Itum est in viscēra terrae,
Quasque recondidē.at...*
Effodiuntur opes (Ov. Met. 1, 138).
4. Anno quingentesimo quinquagesimo primo ab Urbe condīta, P. Sulpicio Galbā, C. Aurelio consulibus, bellum cum rege Philippo intum est, paucis mensibus post pacem Carthaginensibus datam (Liv. 31, 5, 1).

570.

Queo. Nequeo (§ 310).

1. *Flectere si nequeo sup̄eros, Acheronta movebo* (V. Aen. 7, 310).
2. *Vivas, ut possis, quando nec quis, ut velis* (Diehl, p. 63).
3. *Quod ratio non quit, saepe sanavit morā* (Sen. Ag. 130).
4. *Perāgit tranquillā potestas,*
Quod violentā nequit (Claud. De cons. Fl. Mall. Theod. 239).
5. *Est modus in rebus; sunt certi denique fines,*
Quos ultra citraque nequit consistere rectum (Hor. S. 1, 1, 106).
6. *Ut quimus, ajunt, quando, ut volumus, non licet* (Ter. Andr. 4, 4, 10 = 805).
7. Neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque stipendia sine tributis haberi queunt (Tac. H. 4, 74).
8. Quidam nequeunt, qualis animus sit vacans corpore, intellegere et cogitatione comprehendere (Cic. Tusc. 1, 22, 50).
9. Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit (Cic. Fam. 7, 6, 2).
10. Barbāri quidam ferro decertare acerrime possunt, aegrotare viriliter non queunt (Cic. Tusc. 2, 27, 65).
11. Errat, si quis deos putat nocere nolle: non queunt. Nec accipere injuriam queunt, nec facere: laedere enim laedique conjunctum est (Sen. Ep. 95, 49).
12. *Mentiri nescio; librum,*
Si malus est, nequeo laudare (Juv. 3, 41).
13. *Inde fit, ut raro, qui, se vixisse beātum,*
Dicat et, exacto contentus tempore, vitā
Cedat, uti convlvā satur, reperire queāmus (Hor. S. 1, 1, 117).
14. Cujus aures veritati clausae sunt, ut ab amico verum audire nequeat, hujus salus desperanda est (Cic. Lael. 24, 90).
15. Ut lacrimae saepe de gaudio prodeunt, ita et in illo nimio pavore risum nequivi continere (Apul. Met. 1, 12).
16. Movēri nequibant prae lassitudine ac vulneribus (Liv. 21, 56, 9).

571.

Fio (§ 311—314).

Fio. Fis. Fit.

1. Brevis esse labōro, obscurus fio (Hor. A. P. 25).
2. Lenior et melior fis, accedente senectā? (Hor. Ep. 2, 2, 211).
3. Poētā nascitur, non fit (K. 3092).
4. Fit viā vi (V. Aen. 2, 494).
5. *Discordiā fit carior concordia* (Syr. 151).
6. Ex quovis ligno non fit Mercurius (K. 745).
7. Non fit sine periculo facinus magnum nec memorabile (Ter. Heaut. 2, 3, 73 = 314).
8. Omne malum nascens facile opprimitur; inveteratum fit plerumque robustius (Cic. Phil. 5, 11, 31).

9. Urbes constituit aetas, horā dissolvit. Momento fit cinis, diu silvā (Sen. N. Q. 3, 27, 2).
10. *Carmīne fit vivax virtus, expersque sepulchri
Notitiam serae posteritātis habet* (Ov. Pont. 4, 8, 47).
11. *Suā cuique deus fit dirā cupidō* (V. Aen. 9, 185).
12. *Sunt bonā, sunt quaedam mediocria, sunt malā plura,
Quae legis hic: allter non fit, Avlte, liber* (Mart. 1, 17).
13. *Tempora mutantur, nos et mutamur in illis.
Quomōdo? Fit semper tempore pejor homo* (Owen = K. 1912).
14. *Sed levis fit patientiā,
Quidquid corrigēre est nefas* (Hor. Od. 1, 24, 19).
15. Beneficium non in eo, quod fit aut datur, consistit, sed in ipso dantis aut facientis animo (Sen. Ben. 1, 6, 1).
16. In collocando beneficio et in referenda gratia, si cetērā paria sunt, hoc maxime officii est, ut quisque maxime opis indigeat, ita ei potissimum opitulari, quod contra fit a plerisque (Cic. Off. 1, 15, 49).
17. Cito scribendo non fit, ut bene scribatur; bene scribendo fit, ut cito (Quint. 10, 3, 10).
18. Commūni enim fit vitio naturae, ut invisīs, latitantibus atque incognitis rebus magis confidāmus vehementiusque exterreāmur (Caes. B. C. 2, 14).
19. Et errat longe, meā quidem sententiā, qui imperium credat gravius esse aut stabilius, vi quod fit, quam illud, quod amicitia jungitur (Ter. Ad. 1, 1, 40 = 65).
20. Quidam omni ex re decerpunt, si quid est incommōdi... Nimīrum his placet illud „Optimum non nasci“. Mihi magis aridet Metrodorus, undique decerpens, si quid est boni. Sic enim fit vitā dulcior (Erasm. 1, 245).
21. Qui fit, ut, quum, qui amat, agat, quae amatur, patiat, — occidēre dicatur, quae amatur, quum amans potius occidat se ipsūm? Immo, contra: qui amat, patitur; quae amatur, agit (Erasm. 1, 150).
22. Omnia habeo, neque quicquam habeo. Nihil quum est, nihil deficit tamen (Ter. Eun. 2, 2, 12 = 243).
23. *Ipsā quoque assiduo labuntur tempora motu,
Non secus, ac flumen. Neque enim consistēre flumen,
Nec levis horā potest; sed ut undā impellitur undā,
Urgēturque prior veniente, urgetque priorem,
Tempora sic fugiunt pariter, pariterque sequuntur,
Et nova sunt semper: nam, quod fuit ante, relictum est,
Fitque, quod haud fuerat, momentāque cunctā novantur* (Ov. Met. 15, 179).
24. Ad paupertatem si admigrant infamiae, gravior paupertas fit (Pl. Persa 3, 1, 19 = 347).
25. Atque hoc scelesti in animum inducunt suum, Jovem se placare posse donis, hostiis: et operam et sumptum perdunt. Id eo fit, quia nihil ei acceptum est a perjūris supplicii. Facilius, si qui pius est a dis supplicans, quam qui scelestus est, inveniet veniam sibi (Pl. Rud. Prol. 21 — 26).
26. Opinio commūnis obtinet, deos de die caelum fere tenēre, de nocte vero versari in terris; ergo, quidquid die nocteque fit in

orbe universo a mortalibus, minime latet caelestes (Taubmann apud Lemaire, ad Pl. Rud. Prol. 8).

27. *Blanditiā, non imperio fit dulcis Venus* (Syr. 66).
28. Cito fit, quod di volunt (Petron. 76).
29. An ipse animi discessus a corpore non fit sine dolore? (Cic. Tusc. 1, 34, 82).
30. Bonis quod bene fit, haud perit (Plaut. Rud. 939).
31. Fortasse, ut fit, vincet tuus amor omnes difficultates (Cic. Epist. ad Quint. fr. 2, 13, 2).

572.

Fimus. Fiunt.

1. Nascimur poëtae, fimus oratores (K. 3092).
2. *Consules fiunt quotannis et novi proconsules; Sōlus aut rex aut poëtā non quotannis nascitur* (Poëtae lat. min. Baehrens, v. IV, p. 348, Nr. 419 = Anth. lat. Riese, p. 170, Nr. 252).
3. Fiunt simul cum terrae motu et inundatiōnes maris (Plin. N. H. 2, 84 (86), 200).
4. Autumno ac vere terrae crebrius moventur, sicut fulmīna. Ideo Galliae et Aegyptus minime quatiuntur, quoniam hic aestatis causā obstat, illic hiēmis. Item noctu saepius, quam interdiu. Maximi autem motūs existunt matutini vespertinique, sed propinquā luce crebri, interdiu autem circa meridiem. Fiunt et solis lunaeque defectu, quoniam tempestates tunc sopiuntur, praecipue vero quum sequitur imbres aestūs imbresve aestum (Plin. N. H. 2, 80 (82), 195).
5. Omnia, quae secundum naturam fiunt, sunt habenda in bonis (Cic. Sen. 19, 71).
6. Eā quoque, quae vulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum auctōrem habent, velut omnium fiunt; quale est „ubi amici, ibi opes“ (Quintil. 5, 11, 41).
7. Bonum ex malo non fit: divitiae fiunt. Fiunt autem ex avaritia. Divitiae ergo non sunt bonum (Sen. Ep. 87, 22).
8. Sepulchra sanctiora fiunt vetustate (Cic. Phil. 9, 6, 14).
9. Minimis momentis, maximae inclinatiōnes temporum fiunt quum in omni casu reipublicae, tum in bello (Cic. Phil. 5, 10, 26).
10. Ex infestis hostibus plerumque socii fidēles, interdum etiam cives fiunt (Liv. 40, 46, 11).

573.

Fiēri.

1. Ideo ego adolescentulos existimo in scholis stultissimos fiēri, quia nihil ex iis, quae in usu habēmus, aut audiunt, aut vident (Petron. 1).
2. Pars magnā bonitatis est velle fieri bonum (Sen. Ep. 34, 3).
3. *Quod non vetat lex, hoc vetat fieri pudor* (Sen. Tro. 334).
4. Stoīci omnia faēto fieri dicunt (Cic. Fat. 15, 33).

5. *Ita amicum habeas, posse ut facile fieri hunc inimicum putes* (Syr. 276).
6. *Qui nolet fieri desidiōsus, amet* (Ov. Am. 1, 9, 46).
7. Numerantur sententiae, non ponderantur; nec aliud in publico consilio potest fieri, in quo nihil est tam inaequale, quam aequalitas ipsa. Nam, quum sit impar prudentiā, par omnium jus est (Plin. Ep. 2, 12, 5).
8. Factum est illud; fieri infectum non potest (Pl. Aul. 4, 10, 11 = 741).
9. *Curando fieri quaedam majora videmus*
Vulnera, quae melius non tetigisse fuit (Ov. Pont. 3, 7, 25).
10. *Dives qui fieri vult,*
Et cito vult fieri. Sed quae reverentiā legum,
Quis metus aut pudor est unquam properantis avāri? (Juv. 14, 176).
11. Nec enim unquam sum assensus veteri illi laudatoque proverbio, quod monet „matūre fieri senem, si diu velis senex esse“ (Cic. Sen. 10, 32).
12. Potest fieri, ut fallar (Cic. Fam. 13, 73, 2).
13. Quoniam non potest id fieri, quod vis, id velis, quod possit (Ter. Andr. 2, 1, 5 = 305).
14. Nihil fieri sine causa potest; nec quicquam fit, quod fieri non potest; nec, si id factum est, quod potuit fieri, portentum debet videri (Cic. Div. 2, 28, 61).
15. Nihil turpius physico, quam fieri quicquam sine causa dicere (Cic. Fin. 1, 6, 19).
16. Solon se cotidie aliquid addiscentem dicit senem fieri (Cic. Senect. 8, 26).
17. *Vis fieri felix: est debellanda voluptas* (Seyffert, Palaestra Musarum, p. 1, 11).
18. Cuncto mortalium generi minorem in dies fieri mensuram, prope modum observatur. Homērus non cessavit minora corpora mortalium, quam priscā, conquēri. Non credunt, magnitudines corporum tunc fuisse longe ampliores, quam nunc sunt (Plin. N. H. 7, 16, § 73—74. Augustin. Civit. 15, 9).
19. Faciamus, quod in itinere fieri solet: qui tardius exierunt, velocitate pensant moram (Sen. Nat. quaest. 3, Praef. 4).

574.

Fiam — futurum.

1. Optimis assuescendum: ita fiet solitum, quod erat insolitum, et suave fiet, quod erat insuave, fiet decorum, quod videbatur indecorum (Erasm. 1, 272).
2. *Omnia, Castor, emis: sic fiet, ut omnia vendas* (Mart. 7, 98).
3. Nubes quum sereno in caelum feruntur, ex quacunque parte id fiet, venti expectentur (Plin. N. H. 18, c. 82, § 355).
4. *Si Fortunā volet, fies de rhetore consul.*
Si volet haec eādem, fies de consule rhetor (Juv. 7, 197).
5. Cito sanus fiet (Coe, R. R. 157, 9).
6. Quoquo modo nos gesserimus, fiet tamen illud, quod futurum est (Cic. Div. 2, 8, 21).

575.

Factus (sum).

1. Ut haec dixit Quartillā, Ascyrtos quidem paulisper obstupuit; ego autem, frigidior hiēme Gallicā factus, nullum potui verbum emittēre (Petron. 19).
2. Dictum factum (Ter. Andr. 2, 3, 7 = 381).
3. Nihil est opēre aut manu factum, quod aliquando non consūmat et conficiat vetustas (Cic. Marc. 4, 11).
4. Neque enim ita generati a na ura sumus, ut ad ludum et jocum facti esse videamur; sed ad severitatem potius et ad quaedam studia graviora et majora (Cic. Off. 1, 29, 103).
5. Saucius factus sum in Venēris proelio; sagittā Cupīdo cor meum transfixit (Plaut. Persa 1, 1, 24 = 24).
6. *Dives eram dudum; fecerunt me tria nudum: Aleā, vina, Venus, per quae sum factus egēnus* (R. 88).
7. Quod factum est, infectum reddere ne deus quidem potest (Plutarchi Consol. ad Apoll. c. 26 = p. 137, 23 Didot).
8. Calvus repente factus est (Phaedr. 2, 2, 9).
9. *Repente dives factus est nemo bonus* (App. Syri 329).
10. Factum est illud. Fieri infectum non potest (Pl. Aul. 4, 10, 11 = 741).

576.

Fiam — praesens conjunctivi.

1. **A.** Hic hodie cenato. — **B.** Fiat. Condicio placet (Pl. Rud. 5, 3, 61 = 1417).
2. *Dic mihi, si fias tu leo, qualis eris?* (Mart. 12, 92, 4).
3. Nullā injuriā est, quae in volentem fiat (Digesta, 47, 10, 1, 5).
4. Nihil est tam incredibile, quod non dicendo fiat probabile (Cic. Parad. Prooem. 3).
5. Meo quidem animo, si idem faciant cetēri, opulentiores pauperiorum filias ut indotatas ducant uxōres domum, et multo fiat civitas concordior, et invidiā nos minore utāmur, quam utimur (Pl. Aul. 3, 5, 4 = 478).
6. Fiat justitiā, et pereat mundus (K. 796).
7. Fiat justitia, ruat caelum (K. 796).

Недостаточные глаголы (§ 315—319).

577.

Coepi.

1. Quid opus est verbis? Consuetudine coepi amare contra ego illum, et ille me (Pl. Cist. 1, 1, 96 = 94).
2. *Dimidium facti, qui coepit, habet* (Hor. Ep. 1, 2, 40).
3. *Incipe: dimidium facti est — coepisse: supersit Dimidium; rursum hoc incipe, et efficies* (Auson. Epigr. 81).
4. Omnia inconsulti impētus coepta, initiis validā, spatio languescunt (Tac. Hist. 3, 58).

- . *Dum novus est, potius coepto pugnemus amōri;*
Flammā recens parvā sparsā resēdit aquā (Ov. H. 17, 189).
6. *Restat iter caelo: caelo tentabimus ire;*
Da veniam coepto, Juppīter alte, meo (Ov. A. A. 2, 37).
7. *Quidquid coepit, et desinit* (Sen. Cons. ad Pol. 1, 1).
8. *Sublto mare coepit horrescere* (Cic. Reip. 1, 40, 63).
9. *Qui amicus esse coepit, quia expedit, et desinet, quia expedit*
 (Sen. Ep. 9, 9).

578.

Memini.

1. Memini, etiam quae nolo, oblivisci non possum, quae volo (Cic. Fin. 2, 32, 104).
2. *Si bene commemini, causae sunt quinque bibendi:*
Hospitis adventus, praesens sitis atque futurā,
Et vini bonitas, et quae libet alterā causā (Hb. 266).
3. *Quae (= Phyllis) sibi (nam memini), si quando solus abesses,*
Mella etiam sine te jurabat amārā vidēri (Calpurn. Ecl. 3, 11).
4. *Cui dolet, meminit* (Cic. Mur. 20, 42).
5. *Discit enim citius meminitque libentius illud,*
Quod quis deridet, quam quod probat et veneratur (Hor. Ep. 2, 1, 262).
6. *Meminerunt omnia amantes* (Ov. Her. 15, 43).
7. Quamlibet saepe obligati, si quid unum neges, hoc solum meminerunt, quod negatum est (Plin. Ep. 9, 36).
8. *(Viri) nil metuunt jurare, nihil promittēre parcunt.*
Sed, simulac cupīdae mentis satiata libido est,
Dictā nihil meminere, nihil perjurā curant (Catull. 64, 146).
9. Memento mori (K. 1521).
10. Respice post te, hominem te memento (K. 1521).
11. *Aequam memento rebus in arduis*
Servare mentem (Hor. C. 2, 3, 1).
12. Si quem praeteribis natu grandem, magistratum, doctorem, aut aliōqui virum gravem, memento aperire caput, nec pigeat inflectere genu (Erasm. 1, 36).
13. *Arguit, argulto; quidquid probat illā, probato.*
Quod dicet, dicas; quod negat illā, neges.
Riserit, arride; si flebit, flere memento.
Impōnat leges vultibus illā tuis (Ov. A. A. 2, 199).
14. Ad haec pervenitur verba: „Virtus et philosophiā et justitiā — verborum inanum creptus est; una felicitas est — bene vitae facere: esse (= edere), bibere, frui patrimonio, — hoc est vivere, hoc est se mortalem esse meminisse“ (Sen. Ep. 123, 10).
15. *Feminis lugere honestum est, viris meminisse* (Tac. Germ. 27).
16. *Beneficia meminisse debet is, in quem collata sunt, non commemorare, qui contulit* (Cic. Lael. 20, 71).
17. *Beneficium non est, cujus sine rubore meminisse non possum*
 (Sen. Ben. 2, 8, 2).
18. *Forsan et haec olim meminisse juvabit* (V. Aen. 1, 203).

19. *Frange toros, pete vina, rosas cape, tingere nardo. Ipse jubet mortis te meminisse deus* (Mart. 2, 59, 3).
20. *Nec me meminisse pigebit Elissae, Dum memor ipse mei, dum spiritus hos regit artus* (V. Aen. 4, 335).
21. *Quam ob rem ego te hoc, soror, tametsi es major, moneo, ut tuum memineris officium* (Pl. Stich. 41).
22. *Tum me regem appellari a vobis, meminī, nunc tyrannum vocari video* (Liv. 34, 31, 13).
23. *Memōrem immemōrem facit, qui monet, quod memor meminit* (Plaut. Pseud. 940).
24. *Visne tu te, Servi, cohibere et meminisse, hominem te esse natum?* (Cic. Fam. 4, 5, 4).
25. **A.** *Memento, promississe te, mihi omne argentum redditum iri.* — **B.** *Meminero: de istoc quietus esto* (Plaut. Curc. 490).
26. *Qui sunt boni cives, nisi qui patriae beneficia meminerunt?* (Cic. Planc. 33, 80).
27. *Tu nostri memento, nos nunquam obliviscemur tui* (Carmina lat. epigraphica, Buecheler, No 179).

579.

Odi.

1. *Odi et amo. Quare id faciam, fortasse requiris. Nescio, sed fieri sentio et excrucior* (Catull. 83 (85), 1).
2. *Odi, nec possum cupiens non esse, quod odi* (Ov. Am. 2, 4, 5).
3. *Ego verum amo, verum volo mihi dici; mendacem odi* (Pl. Most. 1, 3, 24 = 181).
4. *Odi profanum vulgus et arceo* (Hor. C. 3, 1, 1).
5. *Dilexi justitiam et odi iniquitatem; propterea morior in exilio* (K. 546).
6. *Aut amat, aut odit mulier; nil est tertium* (Syr. 6).
7. *Audax ad omnia feminā, quae vel amat vel odit* (R. 30).
8. *Odit verus amor nec patitur moras* (Sen. Herc. 588).
9. *Bonus iudex damnat improbandā, non odit* (Sen. Ira 1, 16, 7).
10. *Turbā Remi sequitur fortunam, ut semper, et odit Damnatos* (Juv. 10, 73).
11. *Omnia verā diligimus, id est fidelia, simplicia, constantia; vanā, falsā, fallentia odimus* (Cic. Fin. 2, 14, 46).
12. *Omnes immemorem beneficii oderunt* (Cic. Off. 2, 18, 63).
13. *Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi* (Hor. Ep. 1, 18, 89).
14. *Quos laeserunt, et oderunt* (Sen. Ira 2, 33, 1).
15. *Praeclare enim Ennius: „Quem metuunt, oderunt; quem quisque odit, periisse expetit“. Multorum autem odiis nullas opes posse consistere, si antea fuit ignotum, nuper est cognitum* (Cic. Off. 2, 7, 23).
16. *Odēro, si potero; si non, involtus amabo* (Ov. Am. 3, 11, 35).
17. *Proprium humani ingenii est odisse, quem laeseris* (Tac. Agr. 42).
18. *Oderint, dum metuant* (Accius apud Cic. Off. 1, 28, 97 = Diehl p. 76).

19. Bellum cum captivis et feminis gerere non soleo; armatus sit, oportet, quem oderim (Curt. 4, 11, 17).
20. Habet suos quisque mores, et est sua cuique sententia; et, si verum fateri volumus, sunt sua cuique vitia, quae si usquam, certe in matrimonio novisse oportet, non odisse (Erasm. 1, 173).
21. *Virtutem incolumem odimus, Sublatam ex oculis quaerimus, invidi* (Hor. Od. 3, 24, 31).
22. Jubes me eodem tempore et amare et odisse (Sen. Ben. 6, 6, 2).
23. Hannibalem propter crudelitatem semper haec civitas odit (Cic. Lael. 8, 28).
24. Hac fini ames, tanquam forte fortunam osurus, hac itidem tenus oderis, tanquam fortasse post amaturus (Gell. 1, 3, 30).
25. Ama, tanquam osurus (K. 1152).
26. Vir mitissimus et ob hoc quoque maximus, Thrases, crebro dicere solebat: „Qui vitia odit, homines odit“ (Plin. Epist. 8, 22, 3).
27. Odit populus Romanus privatam luxuriam, publicam magnificentiam diligit (Cic. Mur. 36, 76).
28. *Semper enim mulier, quem conjux diligit, odit* (Dion. Cato 1, 8).
29. Num quemquam amabit, qui ipse semet odit? (Erasm. 2, 317).
30. Odi hominem et odero (Cic. Att. 9, 12, 2).
31. Omnes te di, homines, summi, medii, infirmi, cives, peregrini, viri, mulieres, liberi, servi oderunt (Cic. Phil. 13, 20, 45).

580.

Ajo.

1. *Mense malas Majo nubere, vulgus ait* (Ov. F. 5, 490).
2. *Credula vitam Spes fovet, et fore cras semper ait melius* (Tib. 2, 6, 19).
3. Apud Hypanum fluvium, Aristoteles ait, bestias quasdam nasci, quae unum diem vivant (Cic. Tusc. 1, 39, 94).
4. Titus non oportere ait quemquam a sermone principis tristem discedere (Suet. Titus, 8).
5. Eloquentiam esse, ait Cicero, non inanem loquendi profluentiam, sed sapientiam copiose loquentem (Mureti Orat. 3 = v. 2, p. 30, et Cic. Partit. 79, 81).
6. Ajunt, homines plus in alieno negotio videre, quam in suo (Sen. Ep. 109, 14).
7. Quid ais tu, adulescens? (Pseud. 615).
8. Ajebat Scaurus rem veram, non minus magnam virtutem esse scire dicere, quam scire desinere (Sen. Contr. 28, 17 = p. 437).

СОДЕРЖАНИЕ

	<i>Стр.</i>
Предисловие	2
Полные заглавия цитируемых сокращенно изданий	7
Предварительные сведения. Наиболее употребительные слова	8
Упражнения в чтении	—
1. Формы глагола в активе (без существительных)	11
2. Формы глагола в пассиве (без существительных)	—
3—5. 1-е склонение. Глаголы в активе	—
6. 1-е склонение. Глаголы в пассиве	12
7—10. 2-е склонение. Существительные и прилагательные муж. рода на -us	13
11—15. 2-е склонение. Существительные и прилагательные ср. рода на -um	14
16. 2-е склонение. Существительные и прилагательные на -er	16
17. 2-е склонение. Существительные на -ig	17
18—20. 3-е склонение. Существительные муж. рода на -o	—
21—23. 3-е склонение. Существительные на -or	19
24. 3-е склонение. Существительные на -os	20
25. 3-е склонение. Существительные на -er	—
26. 3-е склонение. Существительные муж. рода на -ēs	21
27. 3-е склонение. Существительные на -ex и -ux	—
28—31. 3-е склонение. Существительные жен. рода на -as	—
32—34. 3-е склонение. Существительные на -is	23
35. 3-е склонение. Существительные жен. рода на -es равносложные	24
36. 3-е склонение. Существительные на -aus	25
37—41. 3-е склонение. Существительные жен. рода на -us	—
42—43. 3-е склонение. Существительные на -z с предшествующей согласной	26
46—47. 3-е склонение. Существительные на -x	28
48. 3-е склонение. Существительные ср. рода на -ma , -l , -t , -c	29
49. 3-е склонение. Существительные на -e	—
50. 3-е склонение. Существительные на -ar , -ur	—
51—52. 3-е склонение. Существительные на -en	—
53—55. 3-е склонение. Существительные ср. рода на -us (gen. — -ōris)	30
56—58. 3-е склонение. Существительные ср. рода на -us (gen. — -ōris)	31
59. 3-е склонение. Существительные ср. рода на -us (gen. — -ūris)	32
60. 3-е склонение. Винительный пад. на -im	—
61. 3-е склонение. Творительный пад. на -i	—
62. 3-е склонение. Имен. и вин. пад. множ. ч. на -ia	33
63. 3-е склонение. Род. пад. множ. ч. на -ium	—
64. 3-е склонение. Неправильно склоняющиеся существительные	34
65. 3-е склонение. Неправильно склоняющиеся существительные. <i>Vis</i>	—
66. 3-е склонение. Исключения по роду. Существительные жен. рода по значению с окончаниями муж. и ср. рода	—
67. 3-е склонение. Исключения по роду. Существительные муж. рода по значению с окончаниями ср. и жен. рода	35
68. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -o	—
69. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -or	36
70. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -os	37
71. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -er	—
72. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -es	—
73. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -ex	38

74. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -as	38
75—76. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -is	—
77. 3-е склонение. Исключения по роду. Существительные муж. рода по значению с окончанием -is	39
78. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -us	—
79. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -i	40
80. 3-е склонение. Исключения по роду. Слова на -us (gen. — -oris , — -eris , — -uris)	—
81. 3-е склонение. Несклоняемые слова	41
82. Прилагательные 3-го склонения 3 окончаний	—
83—97. Прилагательные 3-го склонения 2 окончаний	—
98—118. Прилагательные 3-го склонения 1 окончания	48
119. Исключения: прилаг. 3-го склонения, имеющие в твор. пад. ед. ч. окончание -e	54
120. Исключения: прилаг. 3-го склонения, имеющие в имен. и вин. пад. множ. ч. ср. р. окончание -a	55
121. Исключения: прилаг. 3-го склонения, имеющие в род. пад. множ. ч. окончание -um	—
122—130. 4-е склонение	—
131—140. 5-е склонение	60
141—148. Степени сравнения. Сравнительная степень. Обыкновенная форма	66
149—157. Сравнительная степень. Недостаточные степени сравнения	70
158—159. Превосходная степень. Обыкновенная форма	75
160. Превосходная степень. Более редкие формы	77
161—167. Превосходная степень. Недостаточные степени сравнения	—
168. Превосходная степень, описанная чрез <i>taxite</i> или образованная посредством приставок <i>per</i> и <i>praes</i>	82
169—171. Наречия от прилагательных	—
172. Наречия на -o	84
173—175. Наречия, неправильно образованные	—
176—181. Наречия. Сравнительная степень	85
182. Наречия. Превосходная степень	88
183—195. Местоимения личные	89
196—199. Местоимения возвратные	96
200—213. Местоимения указательные	98
214—235. Местоимения относительные	108
236—241. Местоимения вопросительные	123
242—253. Местоимения неопределенные	125
254. Местоименные прилагательные	135
255—257. Местоимения соотносительные	136
258—261. Наречия соотносительные	139
262—269. Числительные	141
270—281. Глагол <i>sum</i>	145
281—284. Praesens от глаголов 3-го спряж. на -io	150
285. Imperat. praes. act. от глаголов <i>disco</i> , <i>duco</i> , <i>facio</i>	152
286. Imperat. fut. act. всех спряжений	—
287. Partic. praes. act. всех спряжений	153
288. Praes. ind. pass. всех спряжений и отложит. глаголов	154
289. Inf. praes. pass. всех спряжений и отложит. глаголов	155
290. Inf. praes. pass. глаголов 3-го спряжения на -io и отложительных	156
291. Imperat. praes. pass. всех спряжений и отложительных	157
292—296. Fut. ind. act.	—
297—300. Fut. ind. pass. и отложительных	161
301—304. Impf. ind. act.	162
305—308. Impf. ind. pass. и отложительных	165
309—311. Perf. ind. act. 1, 2, 4 спряжений	167
312. Inf. perf. act. всех спряжений	170
313. Plusquam. ind. act. всех спряжений	171
314. Fut. II act. всех спряжений	—
315—317. Perf. ind. pass. 1, 2, 4 спряжений и отложительных	172

	<i>Стр</i>
318—320. Partic. perf. pass. 1, 2, 4 спряжений и отложительных	173
321—329. Глаголы с отступающими от нормального типа перфектами и супинами 1-го спряжения	174
330—354. То же, 2-го спряжения	177
355—481. То же, 3-го спряжения	183
482—490. То же, 4-го спряжения	238
491—492. Отложительные глаголы 2-го спряжения	242
493—513. Отложительные глаголы 3-го спряжения	—
514—517. Отложительные глаголы 4-го спряжения	250
518—520. Полуотложительные глаголы 2-го спряжения	251
521. Полуотложительные глаголы 3-го спряжения	252
522—527. Неправильные глаголы. Possum	—
528. Edo	255
529—544. Fero	256
545—555. Volo. Nolo. Malo	264
556—569. Eo	271
570. Queo. Nequeo	278
571—576. Fio	—
577. Недостаточные глаголы. Coepi	282
578. Memini	283
579. Odi	284
580. Ajo	285